UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00001661 8

(1)

PA
6297
A5
1916
fasc. 1-2

LIBRARY
MAR 27 1963
UNIVERSITY OF TORONTO

833976

I

COLLECTIO SCRIPTORVM VETERVM VPSALIENSIS

# M. TVLLI CICERONIS AD ATTICVM

## EPISTVLARVM LIBRI SEDECIM

RECENSVIT

H. SJÖGREN

FASCICVLVS PRIMVS

LIBROS I—IV CONTINENS

GOTOBVRGI
ERANOS' FÖRLAG

MDCCCCXVI

# M. TVLLI CICERONIS AD ATTICVM

## EPISTVLARVM

LIBRI I—IV

RECENSVIT

**H. SJÖGREN**

VPSALIAE
TYPIS DESCR. K. W. APPELBERG
MDCCCCXVI

# PRAEFATIO

## DE CODICVM VETERVMQVE EDITIONVM RATIONE VNIVERSA

Codices, quibus nobis traditae sunt Ciceronis epistulae ad Atticum, prout ex Italia aut ex Gallia et Germania oriundi sunt, in duas familias discedere constat, quas cisalpinam et transalpinam mos est appellare notisque Ω et Υ designare.

### I. CODICES ITALICI (uel CISALPINI) Ω.

Continent hi codices, si a paruulis discrepantiis discesseris, epistulas ad Brutum, ad Q. fratrem, ad Octauianum, ad Atticum hoc ordine traditas. Horum librorum duas classes dinoscere licet, unam paucorum et maxima ex parte mutilorum, quam Σ littera consueuimus denotare, alteram multorum et plerumque integrorum, quam Δ littera solemus indicare.

A. Ad classem Σ pertinent hi codices:

**E** cod. Ambrosianus E 14 inf., ineunte saec. XIV, ut uidetur, scriptus. — Qui hunc codicem scripsit, multas epp. ad Att. omisit et ex eis ipsis epp., quas describebat, nullo certo consilio alia excerpsit, alia omisit, ut Excerpta Ambrosiana potius hic liber appellandus sit. Continet epistulas ad Att. fol. 152 r. usque ad fol. 212 r.

**G** cod. Parisinus in bibl. nationali, Nouv. Fonds n:o 16248, exeunte saec. XIV uel ineunte XV exaratus. Continet fol. 52 r. — fol. 106 u. epp. ad Att. I—VI 1, 8 (*probari*),

sed multa omissa sunt, ut ad Att. II 3,2 *Fenestrarum* . . . 4 *tertio*, IV 1, 2 *Quem* . . . 7 *aestimabunt*.

**H** cod. Landianus in bibl. Placentina n:o 8, eiusdem fere aetatis. Continet fol. 48 r.—116 r. epp. ad Att. I—VII 22; accedit fol. 116 u. Caesaris ep. ad Cic., quae est ad Att. X 8 B. — In H eadem fere desunt quae in G, non numquam plura in H interciderunt, uelut IV 11, 2 in uoce *delector* desinit G, in *desit* H.

**N** cod. Laurentianus ex Conu. Suppr. n:o 49, eiusdem temporis. Continet fol. 41 (uel rectius 40) u.—131 (130) r. epp. ad Att. I—VII 21, 1 (*conquisitores*).

**O** cod. Taurinensis Lat. n:o 495 (I. V. 34) in bibliotheca uniuersitatis Augustae Taurinorum, ineunte XV saeculo scriptus. Is codex ante incendium, quo bibliotheca illa a. 1904 uastata est, fol. 74 r.—357 r. epp. ad Att. libr. I—XVI continebat. Nunc desunt fere libri XIII—XVI; praeterea ui atque impetu flammarum codex laesus contractusque est, ut non omnia legi possint.

**P** cod. Parisinus in bibl. nationali n:o 8536, eiusdem fere aetatis. Continet fol. 26 r.—195 u. epp. ad Atticum libros XVI.

**V** cod. Palatinus in bibl. Vaticana n:o 1510, exeuntis saec. XV. Continet fol. 61 r.—129 r. epp. ad Att. l. I—III, IV 1—4 a; 14; 16, 1—4 (*intellegat curo*); 17, 1—3 (*magis in ocio*); 18, 2 (*amisimus*) usque ad finem epistulae; 19, 1 (*dictatura*) usque ad finem; V 1—8; 10; IX 2—4; 6, 4—7; 6 A.

Sunt et alii pauci, quorum non opus esse existimaui rationem habere, uelut **R** = cod. Parisinus 8538, qui simillimus est Parisino **P**, et Rauennas (Rau.) 137, 4: 2, qui gemellus est Palatini **V**; lectiones Rauennatis attulit Bootius in ed. p. XVI sqq. — Deperierunt Antonianus (Ant.) et codex Faërni **F**, e quibus Malaspina aliquot lectiones adnotauit.

Σ igitur est consensus codicum **EGHNOPV**(**F**Ant.) aut omnium aut plurimorum eorumque commune designat archetypum.

B. Ad classem Δ pertinent hi codices:

**M** cod. Mediceus plut. XLIX n:o 18, anno circiter 1392 scriptus et postea uariis manibus correctus: **M**¹, **M**², **M**³, **M**⁴; ubicumque res dubia uisa est, M*corr.*, i. e. M correctus uel Medicei corrector, scribendum putaui. Correctionibus non numquam praescriptae sunt notulae al.', cˢ; quas hoc modo expressi: **M**²al., **M**²cˢ.

**b** cod. Berolinensis ex bibl. Hamiltoniana n:o 168, XV saeculo scriptus.

**d** cod. Laurentianus ex bibl. aedilium n:o 217, eiusdem fere aetatis.

**m** cod. Berolinensis ex bibl. Hamilt. n:o 166, anno 1408 scriptus.

**s** cod. Vrbinas in bibl. Vaticana n:o 322, saeculi XV.

Hi codices, ut dixi, epp. ad Att. integras habent, nisi quod M in uoce *magnam* XVI 16, 8 desinit; praeterea exciderunt in M et m I 18, 1 *reperire ex* . . . 19, 11 *et talis*.

Praeter quinque illos codices, quos eligendos putaui, multi exstant eis compares aut mixtam quandam memoriam exhibentes. Quos omnes omittendos existimaui.

Δ igitur est consensus librorum **Mbdms** et simul nota archetypi, unde originem trahere uidentur.

Quae sit propinquitas utriusque classis codicum, infra exponemus; ex his uero lectionibus, quas exempli causa proferam, elucet artiore uinculo EGHNOPV = Σ coniungi neque ex eodem parente ortos esse, ex quo Mbdms = Δ originem traxerunt:

ad Att. I 2, 2 *Ianuario ineunte* Σ *Ianuario mense* Δ. 5, 2 *fuerit* Σ *fuerat* Δ. 13, 2 *nihil metuas mali* Σ *nihil speres mali* Δ. 14, 4 *aperte tecto* Σ *aperte tecte* Δ. 20, 7 *de forensi labore* Σ *de forensi* (om. *labore*) Δ. — II 1, 12 *Latinos diligenter* Σ *diligenter Latinos* Δ. 7, 4 *ereptis gubernaculis* Σ *receptis gubernaculis* Δ. 16, 2 *si Bibulus* Σ *sibi Bibulus* Δ. 21, 4 *lapsus potius quam progressus* Σ *lapsus quam progressus potius* Δ. — III 7, 1 *nam castellum munitum*

Σ *natura* (uel *nã*) *castellum munitum* Δ. 15, 1 *me obiurgas et rogas* Σ *me obiurgas* (om. *et rogas*) Δ. 15, 2 *simulationem aliorum* Σ *simulationem malorum* Δ. 23, 1 *perscribis* Σ *scribis* Δ. 5 *tua ad* Σ *tu ad* Δ. — IV 1, 4 *cognoui, cum Brundisi essem* Σ *cognoui* (om. *cum B. essem*) Δ. 3, 3 *discessi* Σ *discessimus* Δ. 3, 6 *comminuti* Σ *communiti* Δ. 12 *Idibus enim* Σ *enim* (om. *Idibus*) Δ. 16, 3 *commodum* Σ *consonum* Δ. 17, 4 *loquetur . . . libere nemo* Σ *loquetur . . . liber nemo* Δ. 18, 2 *omnem non modo sucum ac sanguinem sed etiam colorem . .* Σ *non modo omnem sucum* eqs. Δ.

Neque tamen eiusmodi discrepantiae maiores sunt, quam ut iure concludere liceat hos omnes libros manu scriptos, quos nominaui, ex eodem codice litteris minusculis exarato primitus fluxisse, quod magis etiam ex eis, quae de transalpinis illis libris mox disputabimus, elucebit.

Ω igitur est consensus codicum Σ et Δ uel archetypum codicum Italicorum. Continebat epp. ad Brut. IX 6—26 — his epistulis olim inscriptio 'Epp. ad Brut. liber I' imponi solebat —; epp. ad Q. fratrem; ep. ad Octauianum; epp. ad Atticum.

## II. CODICES GERMANICI ET GALLICI (uel TRANSALPINI) ϒ.

Constat in Germania et Gallia olim fuisse libros manu scriptos, qui quales fuerint, si a reliquiis unius libri admodum exiguis discesseris, ex testimoniis tantum adnotationibusque doctorum uirorum iudicare licet. Hos libros (familiam transalpinam) ϒ littera designare consueuimus.

**W** fragmenta codicis Wurceburgensis exeunte XI uel ineunte XII saeculo scripti; quae folia continent 1. ad Att. VI 1, 17—2, 1; 3, 4—4, 1; 2. X 11, 1—15, 4; 3. XI 4, 1—6, 2; 20, 2—23, 3; 4. XI 7, 4—12, 1. Accedunt quattuor frustula quinorum uersuum ex libro XV.

**Z** codex Tornesianus uel Turnesianus, a nomine Joh. Tornesi, id est de Tournes, typographi Lugdunensis,

a. 1564 mortui, appellatus, epistulas ad Atticum tantum continebat sed eas integras. Lectiones codicis **Z** ex adnotationibus Lambini **Z**$^{l}$, Turnebi **Z**$^{t}$, Bosi **Z**$^{b}$ cognouimus [1].

**Cc** lectiones, quas Cratander in margine editionis, quae a. 1528 Basileae prodiit, adscripsit (**C**) aut in textum recepit (**c**) [2].

Ipsa editio Cratandrina ex prioribus editionibus Iensoniana et Ascensiana — de quibus u. infra — pendet illa quidem, sed etiam aliis recensionis subsidiis se usum esse testatur Cratander praef. p. 4: 'Imprimis usus sum codicibus haud mediocriter uetustis . . . multas inde mendas sustulimus, quae priores editiones occuparant: atque id ante omnia in epistolis ad Atticum'. Hoc uerum esse uel ex eo apparet, quod quinque epistulas ad Brutum IX 1—5, quarum index apud nostrae aetatis editores 'liber II' fuit, uetusti codicis Cratandri beneficio seruatas habemus. Accedunt lectiones, maxime in marg. adscriptae, raro in textum receptae, quae non numquam cum W uel Z contra Ω conspirant, uelut hae:

ad Att. II 19, 2 *peraeque* C *peraequi* Z$^{l}$ *de reque* (*re que*) uel *denique* Ω 25, 1 *non quo faceret sed ut faceret* CZ$^{l}$ *sed ut faceret* Ω III 15, 5 *quid est firmius* CZ$^{b}$ *sic est firm*(*i*)*us* Ω IV 2, 3 *plebis scitu is qui* CZ$^{b}$ *plebiscitius qui* (uel sim.) Ω VI 1, 1 *Terminalia* CZ$^{l}$ *ter milia* Ω 3, 6 *cibaria praefecti* WZ$^{l}$ *cibaria profecto* Ω VII 7, 4 *mittit* cZ$^{bl}$ *mittat* Ω X 11, 3 *sed ea tempora sunt, ut* cWZ$^{b}$ *sed ea* Ω XI 5, 1 *te subita re* CW *te sub* Ω.

Υ igitur est consensus lectionum **C**(**c**)**WZ** binarum ternarumue et archetypum designat commune codicum

[1] Magis dubia sunt et incerta, quae de **Z** concludere posse sibi uisi sunt uiri docti ex adnotationibus Pithoei Aduers. subsec. II p. 49 sqq., ex nota v. c. Lambiniana, ex eadem nota V. C. (id est uetus codex) in adnotatiunculis Bosi apud Graeuium in Add. p. 305. Itaque paucis illis locis, ubi eas lectiones attuli, *cod. Pith.*, *v. c. Lamb.*, *v. c. Bosi* scripsi.

[2] **c** igitur in hac editione non modo nouas lectiones Cratandrinas significat sed omnino eas, quae in textum recepit.

Germanicorum et Gallicorum. Qui codex, quem alterum Ω aetate superasse uel ex exemplis supra adlatis concludere licet, epp. ad Brut. librum IX, epp. ad Q. fr., ep. ad Oct., epp. ad Att. uidetur continuisse.

### III. FONS OMNIVM CODICVM X.

Sed Ω et Υ ex eodem parente, quem X appellamus, originem trahere ex multis locis elucet, ubi in utraque familia Ω et Υ eadem lectio tradita est idemue uel similis error — id quod plus ualet — propagatus, ut ad Att. I 12, 3 *Seprullae* ΩCZ[b] — nisi quod emendandi cupiditati indulgentes *seruulae* substituerunt ms —; IV 3, 2 *ruere* et Ω et CZ[1] habent; I 1, 2, si a paruulis discrepantiis discesseris, communis error est; IV 3, 5 *si se uti turbae iam obtulerit* CZ[bl] praebent, similia Ω. Atque in fine libri IV ad Att. ordinem epistularum ac tenorem rerum interruptum uidemus non modo in eis codicibus, quos habemus, id est in Ω, sed etiam in Z; de qua re u. ad IV 16, 5. Unde conicere licet in communi archetypo X translatione foliorum seriem turbatam esse, quod magis etiam comprobatur simili confusione in primis epistulis libri IX ad Brut., id est in uetusto codice Cratandri, et in libro II ad Q. fratrem, ubi et Ω et C eodem uitio laborant.

Illud uero archetypon X maiusculis litteris scriptum fuisse ex erroribus colligi potest, qui ex permutatione litterarum E et I, F, T; C et G, sim. orti uidentur, ut I 18, 1 *forum* Ω *eorum* Z[1] falso, contra IV 16, 8 *forum* C *corum* Ω falso; II 8, 2 *delicatum* Z[1] *deligatum* Σ (praet. H) *delegatum* ΔH; III 23, 4 *multaeue*] *multae ut* ΩC; IV 3, 3 *acris*] *agris* Ω (sed *acris* ex coniectura s). Atque ex ratione translationis, de qua paulo ante mentionem fecimus, probabiliter concluditur, singulas paginas codicis X tantum continuisse, quantum ad quattuordecim fere uersus editionis Orellianae respondet (i. e. 17 uel 18 uersus huius editionis). — Continuisse uidetur eadem quae Υ, u. supra[1].

---

[1] Libros I—VIII ad Brutum ueri simile est antiquitus periisse.

Stemma igitur codicum, de quibus disputauimus, hoc modo licet adumbrare:




### IV. EDITIONES VETERES.

In apparatu critico constituendo etiam his editionibus usi sumus:

*Rom.* ed. Romana princeps. Romae 1470.
**I** » Iensoniana princeps. Venetiis 1470.
**A**$^{2}$ » Ascensiana altera. Parisiis 1521—22[1].
**c** » Cratandrina. Basileae 1528.

Quarum haec est uniuersa ratio, ut IA$^{2}$c inter se persaepe conspirent contra ΩRom., ut ad Att. I 17, 8 *qui ob iudicandum accepissent*] ante *accepissent* add. *pecuniam* IA$^{2}$c, om. ΩRom. et Z$^{1}$; II 16, 3 *uideatur* IA$^{2}$c *uidebatur* ΩRom.; III 10, 1 *facilius statuere* ΩRom. *statuere facilius* IA$^{2}$c; IV 3, 1 *quo animo* ΩCRom. *quo modo* IA$^{2}$c.

## DE RATIONE RECENSENDI

Iam sequitur, ut de horum subsidiorum natura disseramus et quomodo in epistulis recencendis eis utendum sit constituamus. Id enim nobis propositum est, ut, si potest, eruere conemur, quid in archetypo uetustissimo fuerit, si minus, quid in parente eorum codicum, quos habemus, fuerit.

### I. ARCHETYPVM Ω

quale fuerit, e consensione omnium codicum aut plurimorum concludimus. Primum igitur de ratione classium Σ et Δ pauca dicenda sunt.

---

[1] Editionis Ascensianae primae A$^{1}$ (Parisiis 1511) rationem non habui.

## A. Classis Σ.

**E** uetustissimus est omnium codicum, quos habemus, excepto **W**, neque tamen ex eo ceteri pendent, quod uel ex lacunis permultis intellegitur et ex singularibus lectionibus haud paucis, quae non numquam correctionum con iecturarumue instar sunt, ut ad Att. I 19, 1 *peruenire* C *euenire* Ω (praet. E) Rom. *uenire* EIA²c II 16, 2 *me tu* IA²c Rom. *metu* Ω (praet. E) *tu* E IV 10, 2 *quod poterit*] *cum poteris* E 16, 7 *muratos*] *munitos* E; ad Brut. IX 8, 2 (I 2 a, 2) *egisse ut*] *fecisse ut* E.

**GH** inter se simillimos esse constat, quod ex communibus lacunis satis apparet, ut ad Att. IV 1, 2—7 (u. supra); accedunt lectiones amborum propriae, uelut hae: ad Att. I 12, 2 *cogendis*] *congerendis* GH II 8, 2 *spectare*] *exspectare* GH IV 8 a, 4 *petam*] *putabam* GH. Sed G melior est et sincerior ut I 10, 4 *quamuis acrem amatorem*] *quamuis acrematorem* G *quamuis hac re emptorem* H IV 3, 6 *essem illo recusante*] *essem Milo recusante* G *essem Milone recusante* H. Est tamen, ubi G titubauerit, ut II 16, 1 *dormitanti*] *dormienti* G III 8, 1 *alter . . . Athenas* om. G. Illud quidem satis constat, GH e communi fonte fluxisse. — De consensione M³GH uide infra p. XVII.

**N** cognatione quadam cum GH contineri documento sunt loci huiusmodi: I 17, 8 *ualde* om. GHN III 17, 3 *exspecto*] *exopto* GHN. Quod etiam comprobatur uaria collocatione uerborum, ut I 9, 1 *nobis abs te* G, rell. sed *abs te nobis* H *abs te* (om. *nobis*) N, quae discrepantia forsitan ita explicanda sit, ut in codice, unde tres illi pendent, fuerit *nobis* superscripto *abs te*; eadem fere ratio est I 17, 10 *litteris satis* G, rell. *satis litteris* N *litteris* (om. *satis*) H. Cfr etiam ad Q. fr. I 1, 45 *attineat*] *pertineat* GH *pertineat seu actineat* N. — Eum codicem, unde originem ducunt GHN, littera Π designamus.

**O¹V** propria cognatione coniunctos esse ex his aliisque similibus locis elucet: ad Att. I 14, 6 *itaque mirum in modum*] *ita quem in modum* O¹V 16, 5 *certarum*] *caetera-*

*rum* O¹V II 1, 6 *forte* om. O¹V III 3 *te esse*] *omnino te esse* O¹ *te omnino esse* V IV 2, 6 *sumpsissem* C *sumpsisse* Ω sed *suppressisse* O¹V. — Sed O permultis locis correctus est, maxime ad similitudinem codicum classis Δ, ut I 12, 3 *Seprullae*] *seruulae* msO² II 1, 5 *ante non est*] *non est ante* M¹mO² III 9, 2 *haec*] *haec omnia* ΔO² IV 5, 2 *a Vettio me* Z^b *a Vectio* O¹PFAnt. *auercio* X (desunt EG HV) *aut etiam* ΔO².

**P** persaepe conspirat cum OV contra ceteros[1]: I 14, 1 *circo*] *circulo* OPV II 17, 1 *a. d.* VI *circiter Id.*] *ad circiter* VI *Id.* OPV III 2 *cura ut cito aduoles* in fine epistulae add. OPV, sed *cito ut* P IV 4 a, 1 *ueneris*] *uenies* OPV. — De consensu editionum IA²c cum codicibus OPV u. p. XXV.

**O¹PV** igitur e communi archetypo manasse putamus, quod Φ littera designari solet. Ab eadem origine repetendi sunt codices Malaspinae Ant(onianus) et F, qui perierunt.

Quid in Σ fuerit, ex horum consensu concluditur aut omnium aut plurimorum, praesertim eorum, qui diuersae prosapiae sunt, ut EGNP.

Stemma igitur classis Σ hoc fere modo licet delineare:




Graeca habent GOP, om. EHNV, sed ita, ut in E *gr̄.* uel *grec̄.* haud raro inseratur, in N lineae distortae Graecorum uocabulorum locis scriptae sint.

[1] Correctionum **O²** hic nullam habeo rationem.

## B. Classis Δ.

**M** huius classis codicum et uetustissimus est et longe optimus. Neque tamen ex eo ceteri fluxerunt. Nam m, quem non nulli uiri docti putarunt ex M descriptum esse, postquam correctiones $M^2$ adscriptae essent, uel ex huiusmodi locis concludimus sui iuris esse: ad Att. I 17, 2 *conspectu*] *inspectu* $M^1$m, sed *in-* erasit, *cō-* in loco raso adscr. $M^2$; ad Q. fr. I 1, 28 *uelimus*] *uolumus* m *uelimus* $M^2$ sed ita, ut *-us* manu prima scriptum sit, *uelim-* in rasura $M^2$ correxerit. Sed et alias $M^2$ ab m persaepe differt, ut IV 15, 4 *criminans* $M^2$ *criminari* $M^1$m, 15, 7 *epistulae* $M^2$ *epistulam* $M^1$m. Ne ceteri quidem ex M aut m, quem quasi intermedium fuisse crediderunt, pendent; uelut ad Att. I 18, 1 *mera* ex uett. edd. restitutum est, om. m: *mea* rell. II 12, 4 *obuiam uenisset* ΩCZ sed *obuenisset* mF 16, 1 *primum*] *proximum* m 24, 2 *insinuauit in familiaritatem* Orellius: *in sinu aut in familiaritate* Ω sed *in sinu atque in familiaritate* m III 15, 7 *quoniamque* (uel *quoniam cum*) rell. codd., sed *quando quidem* m IV 6, 2 *libet*] *debet* m.

Sed propinqua cognatione inter se contineri **$M^1$m** ex multis locis elucet, uelut ad Att. I 17, 5 *ingenuitas*] *integritas* $M^1$m II 19, 1 *te profecto*] *profecto te* $M^1$m 22, 5 *quid tempus* om. $M^1$m III 8, 4 *Kal. Iunias*] *Kal. Maias* $M^1$m IV 18, 4 *triumphaturum*] *triumphare* $M^1$m. Desunt in utroque I 18, 1 *reperire ex* . . . 19, 11 *et talis*. — Huiusmodi locis $M^1$ plerumque correctus est a $M^3$, u. infra.

**bd** inter se simillimos esse constat: ad Att. I 14, 5 *facile* om. bd II 7, 2 *omnibus uestigiis*] *sane uestigiis* bd III 8, 1 *prope esset plena* Σ *prope est et plena* Mm *prope est plena* bd *plena est* s IV 3, 2 *uehemens* Ω sed *uehementer* bd.

**s** multas habet peculiares lectiones, quae coniecturarum suspicionem mouent: I 16, 4 *impetrarat*] *impetrauit* s II 1, 3 *decem* ante *essent orationes* add. s III 11, 2 *me iuua; consolari iam desine*] pro *iam* habet *non* s IV 15, 7 *bessibus*] *exile* s. — De $M^4$s, sI$A^2$cRom. u. p. XIX, XXVI.

Neque raro inter se consentiunt M[1]ms, praesertim in primo ad Att. libro, ms, bds:

a. **M[1]ms**: I 13, 2 *retinendam contra* om. M[1]ms  II 13, 2 *fremitus* Σ *infremitus* Mms *infirmitus* bd  III 10, 1 *aliud aliquid*] *aliquid aliud* M[1]ms;

b. **ms**: I 13, 3 *ad uirgines atque* om. ms  II 5, 1 *in*] *mihi* ms  14, 2 *uidi*] *uideo* ms;

c. **bds**: I 20, 2 uerba *conuertissem . . . fuisset* desunt in bds  II 7, 3 *inter istos*] *inter ipsos* bds  III 19, 3 *me coactum*] *mecum actum* bds  IV 1, 6 *Afranium*] *Herennium* bds. — Graeca haud raro omissa sunt in bds; u. ad IV 8 a, 2, 4, al.

De correctionibus Medicei. — **M[1]**. Non numquam correctiones prima manu adscriptae sunt, uelut II 1, 1 *iisdem*] *iis* M[1], *dem* in marg. add. M[1]  III 25 *ne* (ante *omnia*) om. et add. M[1]  IV 15, 4 *condemnatus*] *al' comendatus* M[1] in marg.

**M[2]** sunt correctiones Colucci Salutati, qui primus erat codicis illius possessor. Is in corrigendo libros maxime ad classem Δ pertinentes uidetur adhibuisse; non numquam adscripta est nota *c*ˢ:[1]

I 20, 2 *sed a me* M[1]Σ (praet. E)  *sed tamen a me* M[2] bdms  *sed tamen* E  II 1, 11 *censu*] *accensu* M[1]  *accessu* M[2]bdms  III 15, 2 *incolumis*] *c*ˢ *incolumem* M[2] = bds  IV 1, 7 *habebimus* M[2]bdms  *habemus* M[1]NOPV (desunt EGH)  2, 4 *tibi*] *c*ˢ *sibi* M[2] = bdms. — Non nullas lectiones, quibus *al.'* adscriptum est, ex alio fonte manasse apparet: II 4, 5 *uideamur*] *al.' uideam* M[2] = N  IV 18, 2 *terris*] *al'. ceteris* M[2] = N  ad Q. fr. II 3, 2 *uersus denique*] *al.' uersus etiam* M[2] = E. Est ubi M[2] dupliciter correxerit; u. ad Att. III 5, IV 16, 1. — In posterioribus ad Att. libris correctionibus haud raro nota *l'* (= uel) adscripta est.

---

[1] Quid nota cˢ significet, quae non numquam in aliis codicibus inuenitur (ut non nullis locis in **N** in epp. ad Brut.), non satis constat; F. Leo quidem mecum aliquando benigne communicauit sibi uideri signum uerbi *codices* esse.

**M**[3] est manus Nicolai Nicoli f., qui post mortem Colucci in possessionem codicis Medicei uenit. Eius correctiones e codice quodam Pistoriensi, qui postea periit, fluxisse concludere licet; simillimus erat duobus illis GH. Adnotationibus plerumque additae sunt notulae *l'*, ∴, ÷, sim. — I 17, 9 *locatio*] *collocatio* M³GH II 1, 9 *suscensuit*] *sustinuit* M³GH III 2 *nobis*] *nobilis* M³GH III 7, 1 *nam* Σ praet. GH *natura* Δ *nam ad* M³GH IV 19, 1 *moretur*] *memoretur* M³GH. Non numquam M³ cum bd(s)GH (u. infra) conspirat, uelut I 20, 4 *pedarii*] *praeclari*(*i*) M³bdGH 20, 7 *agit*] *aget* M³bdsGH. Desinit M³ ep. ad Att. VII 24; cod. Pist. autem septem ad Att. libros continebat.

**M**[4] coniecturas et emendationes Leonardi Arretini designat, in cuius manus codex Mediceus a. 1437 uenit. — I 11, 3 *mire quam*] *mirum est quam* M⁴ 14, 5 *commulcium*] *conuicium* M⁴ II 9, 2 *nisi*] *si* M¹ *si . . . non* M⁴ III 6 *pertinuit in eis et*] *pertinuisset* M⁴ IV 6, 2 *ne dolere quidem* M⁴ *dolere quidem* (om. *ne*) Ω.

Iam ut ad ipsos codices reuertamur, **Mm(s)**, **bd(s)**, **ms** prosapias esse huius classis constat. Stemma codicum Δ, quoniam ex archetypo numerosa sane proles ac uaria propagata est, uix potest tam accurate constitui atque alterius classis, sed tamen hoc modo licet rem deformare:




Graeca pleraque habent huius classis codices; in margine Medicei plurima rescripta sunt minusculis litteris simulque addita uersio Latina. Eadem fere interpretatio plerumque adscripta est in dms, perraro in b.

De mutuis nexibus codicum Σ et Δ haec fere comperta habemus. Ex Δ lectiones in O saepe migrarunt, u. p. XIII; fortasse non numquam in alios, ut N IV 4 a, 1. Ex Σ correctus est M, et quidem ita, ut M[2]al'. haud raro cum E aut N congruat, M[3] uero plerumque cum GH. Porro est consensus quidam M[3]bdGH uel M[3]bdsGH dubiae originis; forsitan archetypum librorum bds ex Pistoriensi uel consimili aliquo libro non nulla adsumpserit. Cfr ad Att. I 20, 4 *pedarii*] *preclari(i)* M[3]bdGH II 4, 1 *ferres*] *faceres* M[3]bdsGH III 21 *planissime*] *plenissime* M[3]bdsGH IV 3, 4 *manu magna*] *magna manu* Mcorr., i. e. M[3], bdsGH.

Permagni autem momenti est consensus aut affinitas M[1], optimi codicis classis Δ, cum altera familia Σ, ut ad Brut. IX 21, 1 (I 13, 1) *obtestans* MΣ *ostentans* bdms; ad Q. fr. II 12 (11), 1 *discingor* Σ *distingor* M[1] *distringor* M[2] bd *distinguor* ms; ad Att. II 1, 11 *censu* M[3]Σ *accensu* M[1] *accessu* M[2]bdms IV 2, 4 *tibi* M[1]NO[1]PV (desunt EGH) *sibi* M[2]bdms 16, 3 *ioculatorem* M[1]Σ *ioculatoriae* M[2]bdms. Haec enim sunt uestigia communis originis; nam ne quis suspicetur M corrigendo familiae Σ adsimilatum esse, obstant et paruulae discrepantiae, quibus quasi gradibus deductam fuisse corruptelam deprehendimus (u. ad Q. fr. II 12, 1, ad Att. II 1, 11), et similia uestigia in aliis quoque codicibus (ut d) quamuis pauca et leuiter impressa, ut ad Brut. IX 20, 1 (I 12, 1) *summa supplicia* Md[1]Σ *multa supplicia* bd[2]ms.

Iam cum de classibus Σ et Δ earumque prosapiis satis disputatum esse uideatur, sequitur, ut archetypi Ω scriptura quo modo recuperanda sit persequamur.

Quid in Ω fuerit, e consensu codicum, ut diximus, aut omnium aut plurimorum concludimus. Neque enim satis est in unius cuiuslibet testimonio adquiescere. Itaque ad Brut. IX 8, 2 (I 2 a, 2) *Quod scribis me maximo otio egisse, ut insectarer Antonios* in Ω fuisse pro certo habemus, neque quidquam tribuimus uetustissimo codici E, qui solus *fecisse* substituit, aut H, qui *gessisse* habet. Ne Medi-

ceus quidem M, alterius familiae optimus codex idemque antiquissimus, quem ante solebant editores sequi, per se satis est fide dignus. Velut ad Att. IV 16, 9 *Sed haec mallem integra re tecum egisse* editorum fuit magna dissensio, utrum *egisse* an *egissem* legendum esset, quoniam illud M² habet teste Baitero, hoc M¹, consuetudo uero utrumque admittit: *egisse* uerum esse omnium codicum consensio comprobat, *egissem* M¹ solus habet, sed *-m* expuncta et lineola deleta. — IV 18, 2 *amisimus omnem non modo sucum ac sanguinem sed etiam colorem et speciem pristinam ciuitatis* fuerunt qui de *non modo* dubitarent, quia desunt in M¹ (cfr ad Q. fr. I 1, 44, ad Att. III 15, 5), add. M²; sed in ceteris omnibus tradita sunt. — ad Att. III 8, 4 *Me et meorum malorum maeror et metus de fratre in scribendo impedit* in Ω fuisse testantur plurimi codices, qui aut *meror* aut *memor*, quod eodem redit (*meõr, mēor*), habent: *memoria* M⁴EO editoribus probatum nihil est nisi coniectura eaque reiectanea. Itaque I 17, 5 *ingenuitas* archetypi Ω scripturam esse ex M³bdsΣ colligimus, *integritas*, quod per se nihil offensionis habet, duobus illis M¹m non satis firmatum putamus; III 10, 1 et consentientibus bdEGHNOP et sermone Tulliano adducimur, ut *aliud aliquid* pro uero habeamus: *aliquid aliud* M¹msV, uulg. Atque M¹m(s)ENOPV plus ualent quam bd(s)GH (u. supra); quin etiam ex consensu M¹, id est optimi codicis classis Δ, cum classi Σ probabiliter concludere uidemur, quid in Ω fuerit, u. exx. supra adlata.

Correctiones Medicei M²M³M⁴ ceterorum codicum testimoniis aestimandas esse apparet. Itaque ad Att. IV 18, 2 uerba *non modo* M² genuina esse arbitramur, II 1, 11, ubi *censu*, quod uerum est, seruarunt M³Σ, tradita leuiter corrupta praebet M¹ *accensu*, magis deprauata *accessu* M²bdms. M³ nihil ualet, si cum GH tantum aut bd(s)GH congruit, u. exx. p. XVII adlata; si uero classem Σ refert, ut I 17, 5 *ingenuitas*, II 1, 11 *censu*, magni momenti est. M⁴ lectiones sunt magna cautione adhibendae; sunt enim coniecturae Leonardi Arretini; non numquam uerum uidit; u. p. XVI.

Si classes inter se discrepant, Σ solet ueriorem archetypi Ω imaginem reddere quam Δ, ut I 13, 2 *nihil metuas mali* Σ *nihil speres mali* Δ uoce *speres* ex proximo *nihil speres boni* adscita, II 7, 4 *ereptis* Σ *receptis* Δ (corr. $M^3$) III 15, 2 *simulationem aliorum* Σ *simulationem malorum* Δ (corr. $M^3$) IV 12 *idibus* Σ om. Δ; multo rarius Δ praestat, ut IV 16, 3 *consonum* Δ *commodum* Σ. Accedit non numquam C aut Z ad fidem alterius classis, maxime Σ, probandam; itaque III 15, 2 *aliorum* C quoque habet, IV 12 *idibus* Z.

Sed in ipso Ω errores fuisse mendosa scriptura omnium uel plurimorum librorum documento est et aliis locis et his: II 1, 5 *plebeio rem* $M^4$s, uett. edd., uulg. *plebeiorum* Ω praet. s; IV 1, 1 *fuitque cui* s, uett. edd., uulg. *fuit cui* Mcorr.bdΣ praet. V *fuit qui* $M^1$mV. Huiusmodi igitur locis neque $M^4$ neque singuli codices ueram archetypi Ω lectionem seruarunt sed deprauatam felici coniectura emendarunt; quod etiam uett. edd. non numquam fecerunt, u. infra p. XXVI.

Illud denique monendum est codices aliquotiens ita uariare, ut in archetypo duplicem scripturam fuisse suspicemur, ut II 18, 2 *laute* $M^3$ (sed deletum) bdΣ (praet. N) *recte* $M^1$msN III 14, 2 *ueni* HP *iui* GN *ii* rell. Ubicumque talia diiudicanda erunt, ea, quae uetustatis speciem prae se ferunt, probanda sunt; accedunt non numquam percommode etiam locupletiores testes, nam altero loco, quem modo attuli, *laute* $CZ^b$ habent, altero *ueni* $Z^b$.

Iam ad horum testium fidem spectandam pergamus.

## II. ARCHETYPVM Υ.

Si tres illi testes CWZ adsunt aut saltem duo, uelut CZ aut CW aut WZ, de archetypo Υ facilius est iudicium et certius; persaepe autem necesse est in unius testimonio adquiescere, ubi C solum aut Z aut W adhibere licet[1].

[1] Codicis **W**, quoniam ex libris I—IV in illo nihil seruatum est, h. l. rationem non habeo. — **C** et **Z** inter se non numquam leuiter dissident: II 19, 2 *peraeque* **C** *peraequi* $\mathbf{Z}^1$.

## A. Lectiones Cratandri **C**(**c**).

Primum igitur quaerendum est, quatenus editio Cratandrina uetustiorum codicum imaginem referat. Qua quidem de re inter uiros doctos magna fuit dissensio: alii adnotationes in margine adscriptas (**C**) probarunt et magni aestimarunt, ipsum textum (**c**) parui fecerunt; alii sibi persuaserunt Cratandrum Ascensianam alteram (**A**$^2$) secundum optimos codices ita correxisse, ut ipsius editio, id est **C** et **c**, instar sit uetustissimi atque optimi codicis (i. e., ut non nulli censent, codicis Laurisheimensis). — Nos quidem pro certo habemus editionem Cratandrinam neque pro fundamento recensionis esse habendam et subtili iudicio adhibendam. Adnotationes enim in margine adscriptae longe plurimae meliore nota sunt illae quidem, sed admixta iis quaedam sunt, quae uix probari possint; ipse textus uero, etsi aliquanto melior est quam priorum, haud paucis mendis et coniecturis inquinatus est maxime ex prioribus editionibus IA$^2$Rom. hereditate acceptis.

a. Lectiones **C**. ad Att. I 19, 4 *ille alter nihil ita est, ut plane, quid emerit, nesciat*] *quid emerit* C *quidem erit* bdGHP, id est Ω, ut uid. (desunt Mm) *quid est erit* O$^1$V *quid erit* NO$^2$IA$^2$cRom. *quid sit* s II 1, 9 *dixit ita ut* C *dixit aut* Ω praet. sNP *dixit ut* Mcorr. sNIA$^2$cRom. *dixit* P 12, 2 *conuiuii istius* C *conuiuiis tuis* ΩIA$^2$cRom. 17, 3 *expiscere* Victorius: *exspicere* C leui corruptela *respicere* ΩIA$^2$cRom. III 4 *correctum* C *confectum* ΩIA$^2$cRom. IV 2, 4 *statuturos cum senatu. itaque suo quisque horum loco* C *statuos quisque horum loco* Ω; uett. edd. uaria temptarunt.

His locis Z non habemus, et tamen in Υ idem fere atque in C fuisse credimus. Raro fit, ut C solus aut cum non nullis codicibus peccet, ut I 5, 5 *id neglexi* Ω recte *neglexit* C perperam; ad Q. fr. I 1, 38 *lentitudinis* Ω praet. b *lenitudinis* bC; u. etiam ad Att. I 9, 2, II 1, 2.

b. Lectiones **c**. Ipsius textus Cratandrini rationem longe aliam esse nobis persuasum est. Nam Cratander

persaepe uidetur rem ita egisse, ut in margine nihil adnotaret, si in ea lectione, quam in textum receperat, ut certa aut satis bona adquiescendum esse putabat; neque enim id sibi proposuerat, ut operum Ciceronis editionem criticam ad nostrae aetatis morem compositam perficeret, sed potius ut ea, quae priores editores incohauerant, persequeretur atque emendaret[1]. Quid sentiam, paucis iam exemplis illustrabo.

ad Att. I 14, 5 sine dubio legendum est *Cato . . . commulcium Pisoni consuli mirificum facit* (ΩZ[1]). Cum editiones principes plane corruptas lectiones praeberent (*cum multum* I, *commilitium* Rom.), non mirum est ex A[2] *conuicium* recepisse Cratandrum, quod posteriores quoque editores ad unum omnes propagarunt. Quod si quis miretur, cur *commulcium* in margine non adnotauerit, eodem iure quaerat, cur nostrae aetatis editores, ut Wesenbergius et Muellerus, illius uocabuli nullam mentionem fecerint, quod ex adnotatione critica Baiteri cognouissent, et cur ne in Thesaurum quidem Linguae Latinae receptum sit. — III 8, 4 *me et meorum malorum maeror et metus de fratre in scribendo impedit* Cratander lectionem *memoria*, quam in IA[2]Rom. inuenerat, probauit atque uarietatem *meror* uel *memor* (i. e. *meōr* pro *meōr*), quam in codicibus eius fuisse ueri simillimum est, non magis opus esse putauit adnotare quam Wesenbergius aut Muellerus. Eadem fere ratio est III 12, 2 *puto ex se probari non esse meam* (scil. *orationem*), ubi pro *ex se* M[3]bdsEGHV habent *esse* M[1]mO *posse* M[4]N PIA[2]cRom., quod ab omnibus editoribus receptum est (de *ex se* tacent plerique edd., adnotauit O. E. Schmidtius, Handschriftl. Überlieferung p. 67). IV 16, 1 *Paccio et uerbis et re ostendi, quid . .*] *Paccio Romae et uerbis et re ostendi, quid* A[2]cRom., ubi *Romae* nihil aliud est quam praua interpretatio notae *rōe* (sic I), i. e. uerbi *ratione*, quod in Δ interpolatum est et a ueteribus editoribus comprobatum. Alia sunt haec: II 20, 1 *sed quia uolo*] *sed quia ut uideo* A[2]c

[1] Etiam in A[2] hic illic uariae lectiones in marg. adscriptae sunt.

Rom. 25, 1 *Hortalus* $Z^1$ *hortatus* ΩIRom. *Hortensius* $A^2$c IV 2, 1 *non modo*] *non modo non* $A^2$c. Ex huiusmodi locis intellegitur Cratandrum editionem suam secundum codices, quos habebat, non semper correxisse et multas lectiones silentio transisse.

Sequitur, ut de nouis lectionibus pauca dicamus, quas Cratander primus in textum recepit. ad Att. II 5, 1 *Quid . . optimates . . loquentur? an me . . de sententia esse deductum?* Πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει, *Cato ille noster*. Graeca om. h. l. bds$A^2$Rom., quae talia seruare solent (nam in I semper desunt), habet c, item $M^1$mGP. Apud priores igitur editores I$A^2$Rom. ea deerant, quae Cratander, nimirum ex codicibus suis, in editionem suam silentio recepit, et tamen ea retinuit, quibus priores editores uoculam infercientes quasi rimam orationis expleuerant: *Quid Cato ille noster?* $A^2$cRom.

Iam uenimus ad ea, quae Cratander et primus adsciuit et solus habet. Quorum alia neglegenda uidentur, ut I 17, 9 *ut illi auderent hoc postulare*] *hoc postulare* om. sola ed. Crat. II 16, 2 *adhuc haec*] *adhuc hoc* I$A^2$Rom. *adhuc* (om. *hoc*) c, fort. errore typothetarum. Alia coniecturae suspicionem mouent, ut II 9, 4 *salutem*] *salutem dicit* c; 21, 5 *res se habet* I *sese habet* (om. *res*) $A^2$Rom. *res sese habet* c; fort. etiam I 11, 1 *significarem*] *significarim* c, uulg., IV 19, 2 *accedit*] *accedet* c. — Sed dignus est, qui spectetur, hic locus, I 17, 5 *uera quidem laude probitatis, diligentiae, religionis neque me tibi neque quemquam antepono*, ubi post *probitatis* add. *integritatis* c solus, fort. recte; nam si in uetusto codice Cratandri erat, ex Υ manasse uidetur, in Ω propter homoeoteleuton (ut II 25, 1) excidisse. Atque non nullis locis lectio Cratandrina iure ac merito omnibus editoribus probata est, ut I 14, 5 *accidente* c *accedente* rell. III 20, 3 *ferri* c *ferre* rell. IV 1, 7 *adiungit* c *adiunxit* rell. Harum igitur lectionum non nullae eiusmodi sunt, ut ex codicibus potius quam ex ingenio docti alicuius hominis profectae uideantur, quod nescio an II 4, 7 com-

probetur, ubi pro mendoso *ut censeo adhibeas* ΩIA²Rom. habet *tu censeo adhibeas* c itemque v. c. Bosi (cfr II 7, 3 *domi* C, v. c. Bosi *in domo* ΩIA²cRom.). Itaque pro certo habemus Cratandrum non modo multas lectiones ex codicibus desumptas in margine posuisse sed etiam non nullas silentio in textum recepisse.

Editio igitur Cratandrina, cum complurium codicum editionumque instar sit, pro fundamento recensionis esse non potest. Permultum ualent adnotationes in margine adscriptae C, ut pote quae archetypi Υ scripturam haud raro reddant, aliquanto minus ipse textus c, praesertim si codices ipsos habemus; ubicumque c neque cum Ω neque cum Z consentit, si uera ac necessaria lectio est, recipiendam arbitramur.

## B. Codex Tornesianus Z

nostris libris manu scriptis quantum praestiterit satis erit paucis exemplis illustrare:

ad Att. I 10, 1 *puer a sorore tua missus . . nuntiauit . . post meridiem iturum eum, qui ad te proficisceretur*] *iturum* $Z^{bl}$ *missurum* ΩIRom. *missuram* A²c II 7, 3 *Pisaurensi an epuloni* $Z^{bl}$ *pisaurensia nepoloni* (uel sim.) Σ *pisaurensia neptiloni* Δ 8, 2 *delicatum* $Z^{l}$ *deligatum* Σ *delegatum* Δ III 15, 2 *ceteros quod purgas debent mihi probati esse* $Z^{l}$ *ceteros quos* MmΣ *ceteri quos* bdsIA²cRom. IV 18, 4 *Sopolidis* (uel *rop-*) $Z^{b}$ *ropolidis* $Z^{l}$[1] *solidis* ΩI A²cRom. His et aliis multis locis Z, etsi C non adest, archetypum Υ exprimere ueri simile est.

Sed ne Z quidem plane liber erat erroribus et coniecturis; uelut cfr II 19, 2 . . *fuisse tam infame, tam turpe, tam . .*] *tam infame* om. $Z^{l}$ in serie, IV 1, 1 *uere*] *bene* $Z^{l}$; 16, 9 *utinam ualeat*] ante *utinam* add. *hoc quod dixi*

---

[1] Paululum inter se discrepant $Z^{l}$ et $Z^{b}$ ad Att. I 1, 2; 18, 2, 5; 19, 2; II 3, 1; IV 1, 1, al. ll. — Turnebi testimonia maxime ad posteriores libros ad Att. spectant.

*tantum* $Z^b$; cfr etiam ad Att. II 17, 3, III 16. Non numquam non tam Bosi mendacitate quam aut Lambini aut Bosi neglegentia factum est, ut de Z difficilius sit iudicare; et tamen uiris illis magna gratia habenda est, quod apparatum criticum tot tamque grauibus lectionibus ex praeclaro illo codice desumptis locupletarunt.

## III. ARCHETYPUM X.

Quid in uetustissimo illo libro fuerit, quem quatenus fieri potest recuperare conamur, e testimoniis consentientium codicum Ω et ϒ (id est CZ) uidemur posse concludere, ut ad Att. III 10, 2 *non amitterem* $\Omega CZ^1$IRom. *amitterem* $A^2$c IV 3, 3 *descenderem* $\Omega CZ^1$Rom. *discederem* $IA^2$c. Ac si unus alterue eorum, quos habemus, a ceteris dissentit, ea res nihil momenti habet; itaque I 17, 5 *ingenuitas* libris $M^3$bdsΣ$CZ^1$ satis munitum esse arbitramur, *integritas* $M^1$m, etsi per se nihil offensionis habet, reiciendum.

Si Ω et ϒ dissentiunt, hanc familiam nostris codicibus omnino superiorem esse ex exemplis p. IX adlatis satis intellegitur. Itaque etiam eis locis, ubi utraque familia habet, quo se commendet, transalpinam ut locupletiorem secutus sum, uelut III 15, 5 *quid est firmius?* ubi nostri *sic est firmius* praebent.

Ubicumque aut C aut Z deest, alterius consensum cum Ω (uel cum optimis nostrorum codicum) putamus instar esse uetustissimi archetypi: III 15, 6 *quo modo* ΩCI *quid* $A^2$cRom. IV 1, 1 *propter meam in te obseruantiam* $\Omega Z^1$ *propter tuam in me obseruantiam* $A^2$c 17, 4 *libere* ΣC *liber* $\Delta IA^2$cRom. 1, 4 *cum Brundisi essem* $\Sigma Z^{bl}$ om. Δ. Itaque IV 14, 1 *uelim domum ad te scribas* plurimorum nostrorum cum $Z^1$ consensu satis comprobatum uidetur, et III 14, 2, ubi nostri ualde discrepant, *ueni* $HPZ^b$, sicut Ciceronis dicendi consuetudine commendari, ita codicum ratione confirmari uidetur.

Archetypum illud a mendis non plane liberum fuisse supra p. x monuimus. Quorum alia eiusmodi sunt, ut uix umquam tolli posse uideantur, alia in ueteribus iam editionibus correcta sunt, ut I 12, 1 *mando tibi* A²c *mandat tibi* ΩCZ¹IRom., alia coniecturis uirorum doctorum temptata, ut III 15, 4 ⟨*aut occubuissem honeste*⟩ *aut uictores hodie uiueremus* M⁴, ubi tria illa uerba om. ΩZ¹. Ac multa adhuc prudentis ac sagacis correctoris manum desiderant.

## IV. EDITIONES VETERES.

Discrepantes lectiones duarum classium, in quas codices nostri discedunt, cum editionibus ueteribus si quis comparauerit, statim inueniet Iensonianam, quae Ascensianae et Cratandrinae exemplo fuit, ex Σ pendere, Romanam ex Δ, quod his satis erit exemplis demonstrare: ad Att. I 5, 6 *usu capi posse* ΣIA²c *usucepisse* ΔRom. II 1, 12 *Latinos diligenter* ΣIA²c *diligenter Latinos* ΔRom. III 15, 1 *et rogas* ΣIA²c om. ΔRom. IV 1, 4 *cum Brundisi essem* ΣZIA²c om. ΔRom. — Neque casu factum esse uidetur, ut Iensoniana et sociae eius cum codicibus OPV saepe conspirent, ut II 15, 2 post *quidem* add. *omnino* O¹PVIA²c, 22, 2 pro simplici *crearetur* habent *procrearetur*, III 5 post *ego* add. *enim*; atque locis qualis est III 15, 7 *plus mihi*] *etiam plus mihi* OPV *etiam mihi plus* IA²c eadem res illustratur. Non numquam tres editiones illae cum singulis libris huius prosapiae congruunt, uelut III 15, 7 *tu* ante *minus* add. VIA²c, I 13, 1 *anchora soluta* Ω(praet. P)C *anchoris solutis* PIA²c. — Romanae autem est quaedam similitudo cum Mms: I 10, 6 *me* om. M¹msRom. II 16, 1 *hominum*] *homines* M¹mRom. 1, 5 *ante non est*] *non est ante* M¹m *non esse ante* (ex coniectura) Rom. IV 1, 2 *complexum*] *amplexum* mRom. I 9, 1 *itaque*] *idque* M¹m *ideoque* sRom. Neque tamen his in rebus sibi semper constabant; Cratander quidem ad sinceriorem memoriam saepe reuertitur. — Graeca om. I, habent A²cRom. (sed omissis accentibus Rom.).

Porro satis constat editoribus illis, si a Cratandro discesseris, meliores codices, quam quos habemus, non praesto fuisse, et ueras lectiones, quales sunt II 16, 2 *me tu* pro *metu* Ω, I 18, 1 *anguntque, quae* pro *anguntque* uel *angunt quae* Ω, felicium emendationum potius instar esse. Cui rei non repugnat, quod editiones non numquam cum uno alteroue codice congruunt; nam *anguntque quae* l. l. habet etiam Turnesianus, IV 1, 1 *fuitque cui* etiam s, *fuit cui* uel *fuit qui* Ω praet. s; quae casu facta esse nemo non uidet. Denique monendum est A²c haud raro felici coniectura uerum restituisse, ubi codices et editiones principes mendo laborant, ut II 1, 7 *mulli* A²c *multi* rell. IV 3, 3 *se per* A²c *super* ΩCIRom. De ed. Crat. u. supra.

Ut codicibus igitur potius quam editionibus nitendum est in re critica exercenda, ita ueteribus editionibus locus dandus est in apparatu critico cum propter ueras aliquas emendationes tum quia sic facile perspicitur, quae postquam typis describi coeptae sunt fuerint fata epistularum.

## DE PRIMA EDITIONE EPISTVLARVM AD ATTICVM

Eodem fere tempore, quo renascebantur studia litterarum et antiquitatis, epistulae ad Atticum, postquam obliuionis tenebris diu obrutae fuerant, anno p. Ch. n. MCCCXLV a Petrarcha Veronae inuentae sunt et descriptae, sed et codex et apographum uidentur non multo post periisse. Paulo ante, ut uidetur, exaratus est E, exeunte uero saeculo M, u. pag. v sqq. Per medium aeuum parum cognitae erant hae epistulae, nisi quod ex uno alteroue catalogo intellegitur in non nullis bibliothecis fuisse codices, qui eas continebant, uelut in bibliotheca Laurisheimensi, quo codice Cratander uidetur usus esse.

Veteres scriptores locos ex epistulis ad Atticum non numquam adferunt, ut Charisius, Diomedes (cfr I 14, 3), Nonius (II 7, 5, IV 18, 2, al.) quarto saeculo, multo ante

Gellius, Quintilianus, Suetonius, primus Seneca in epistulis (cfr ad Att. I 12, 1; 16, 5), e quorum testimoniis concludere licet, id quod nostra interest scire, eodem ordine, quo nunc habemus, iam illis temporibus epistulas dispositas fuisse et in sedecim libros distributas.

Iam si quaerimus, id quod inter uiros doctos ualde disceptatur, quando editae sint, hoc quidem satis constat, Atticum epistulas amicissimi sui uoluminibus digestas diligentissime seruasse et familiaribus, ut Cornelio Nepoti, legendas concessisse, publici iuris non fecisse. Nam in singularum epistularum ordine saepe et uariis modis erratum est, quos errores Attico editori adscribere non licet. Post mortem igitur Attici editae sunt, ut non nullis uidetur, imperante Augusto, ut aliis, id quod nobis multo ueri similius est, paulo ante id tempus, quo earum mentionem fecit Seneca. Neque enim fieri potuisse credimus, ut imperante Augusto siue etiam Tiberio in uulgus ederentur epistulae, in quibus essent tot tamque grauia in Diuum Iulium probra. Accedit, quod Asconio, adsiduo illi indagatori ac strenuo rerum ad Ciceronem pertinentium, has epistulas ignotas fuisse ex ipsius scriptis probabiliter concluditur; nusquam enim, ne tum quidem, ubi maxime opus erat, harum epistularum testimoniis nititur. Atque Asconius scripsit fere anno LV, Seneca paulo post a. LX; itaque circiter annum sexagesimum p. Ch. n. concludimus epistulas ad Atticum primum editas esse.

---

Iam libros adferam, ubi ea, quae breuiter exposuimus, uberius disceptata sunt. — O. E. Schmidt, Die handschriftliche Überlieferung der Briefe Ciceros an Atticus, Q. Cicero, M. Brutus in Italien. Leipz. 1887. Die handschriftliche Überlieferung der Briefe Ciceros an Atticus, Philol. LV (a. 1896) p. 695 sqq. — C. A. Lehmann, De Ciceronis ad Atticum epistulis recensendis et emendandis. Berol. 1892. — A. C. Clark, Anecdota Parisiensia ad libros epistularum

ad Atticum Tornaesianum et Crusellinum. Philol. LX (a. 1901) p. 195 sqq. — W. Sternkopf, Die Blätterversetzung im 4. Buche der Briefe ad Atticum. Herm. XL (a. 1905) p. 1 sqq. Die Blattversetzung in den Brutusbriefen. Ibid. XLVI (a. 1911) p. 355 sqq. — H. Sjögren, Commentationes Tullianae. Upsaliae 1910. Tulliana II, Eran. XI (a. 1911) p. 206 sqq., IV, ibid. XVI (a. 1916) p. 1 sqq. — L. Gurlitt, Die Entstehung der Ciceronischen Briefsammlungen. Neue Jahrb. f. d. kl. Alt. VII (a. 1901) p. 532 sqq. — F. Leo, Die Publikation von Ciceros Briefen an Atticus. Nachr. v. d. kön. Ges. d. Wiss. zu Göttingen 1895 p. 442 sqq.

---

Codices MbdmsEGHNPV et editiones I$A^2$cRom. ipse contuli, O incendio uiolatum multis locis inspexi. Lectiones F et Ant. ex Malaspinae emendationibus (Venetiis 1563) collegi, C ex ed. Cratandrina, $Z^b$ ex Simonis Bosi animaduersionibus in editione (Ratiasti Lemov. 1580), $Z^l$ ex editionibus Lambini (Lutetiae 1565, 1573), cod. Pith. ex Pithoei Aduers. subsec. II, v. c. Bosi ex ed. Graeuii, Add.

Discrepantiarum, quales sunt *adfero* : *affero, haec* : *hec* aliarumque rerum minutularum plerumque nullam habui rationem, ne inutilium mole lectionum, in quibus nulla esset codicum constantia, apparatum criticum onerarem. De locis in apparatu critico stellula (*) adscripta notatis disputaui in commentatione, quae Tulliana IV inscribitur, Eran. XVI (a. 1916) p. 1 sqq.

Scribebam Upsaliae triduo post natalem Saluatoris a. MDCCCCXVI.

---

# INDEX SIGLORVM

*Codices Italici:*

**E** = cod. Ambrosianus E 14 inf.
**G** = cod. Parisinus (in bibl. nationali, 'Nouv. Fonds') 16248.
**H** = cod. Landianus (in bibl. Placentina) 8.
**N** = cod. Laurentianus (Conu. Suppr.) 49.
**O** = cod. Taurinensis Lat. 495 (olim J. V. 34).
**P** = cod. Parisinus (in bibl. nationali) 8536.
**V** = cod. Palatinus (in bibl. Vaticana) 1510.

Σ = consensus codicum **EGHNOPV** aut omnium aut plurimorum; in quo numero codd. Antonianus (*Ant.*) et Faërni (**F**), quibus Malaspina usus est, ponendi sunt.

**M** = cod. Mediceus plut. XLIX: 18 — Correctiones uariis manibus ($\mathbf{M}^1$, $\mathbf{M}^2$, $\mathbf{M}^3$, $\mathbf{M}^4$) adscriptae sunt; ubicumque res dubia uidebatur, **M** *corr.* (i. e. **M** correctus uel Medicei corrector) scribendum putaui. $\mathbf{M}^1$ correctionibus non numquam praescripsit notam *al'.*, $\mathbf{M}^2$ notas *al'.* uel *cs* ($\mathbf{M}^2$al'., $\mathbf{M}^2$cs).
**b** = cod. Berolinensis (ex bibl. Hamiltoniana) 168.
**d** = cod. Laurentianus (ex bibl. aedilium) 217.
**m** = cod. Berolinensis (ex bibl. Hamiltoniana) 166.
**s** = cod. Urbinas (in bibl. Vaticana) 322.

Δ = consensus codicum **Mbdms**.

Ω = consensus codicum Σ et Δ = archetypum codicum Italicorum.

*Codices Germanici et Gallici:*

**C** = lectiones in marg. ed:is Cratandrinae (u. infra).
**W** = fragmenta cod:is Wurceburgensis.
$\mathbf{Z}^b$ = codex Tornesianus teste Bosio.
$\mathbf{Z}^l$ = » » » Lambino.

Υ = consensus lectionum **CWZ** binarum ternarumue = archetypum codicum Germanicorum et Gallicorum.

*cod. Pith.* = codex Pithoei, *v. c. Bosi* = uetus codex Bosi in Add. ed:is Graeuii, *v. c. Lamb.* = uetus codex (uel ueteres codices) Lambini.

*Editiones:*

**I** = ed. Iensoniana princeps. Venetiis 1470.
$\mathbf{A}^2$ = ed. Ascensiana altera. Parisiis 1522.
**c** = textus ed:is Cratandrinae. Basileae 1528.
*Rom.* = ed. Romana princeps. Romae 1470.

M. TVLLI CICERONIS

# AD ATTICVM

## EPISTVLARVM

LIBRI I—IV

# LIBER PRIMVS

## I

## CICERO ATTICO SAL.

Petitionis nostrae, quam tibi summae curae esse scio, huius modi ratio est, quod adhuc coniectura prouideri 1

. M . TVllIJ . CICEROnIS EPISTVLAE LEGE FELICITER (*f.* 49 *r. post ep. ad Octauianum*) **M**[1], *post deletum; infra* . M . TVLLII . CICERONIS . EPISTVLA AD . OCTAVIVM . EXPLICATVR *adscr.* **M**[3]; *sequitur* M . TVllIJ CICERONIS EPISTVLARVM AD ATTICVM LIBRI . XVI . INCIPIVNT **M**[1] M . TVLLII . CICERONIS . EPISTOLARVM . AD . ATTICVM . LIBRI . XVI . INCIPIVNT **m** M . TVLLII . CICERONIS . EPISTOLARVM . AD . Q . FRATREM . LIBER TERTIVS . FINIT . EIVSDEM . AD . ATTICVM . LIBER . EPISTOLARVM . PRIMVS . INCIPIT **b** C . EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER PRIMVS INCIPIT LEGE felicit'. **d** CICERONIS EPISTOLA AD OCTAVIANVM EXPLICIT M . T . ÇICERONIS] EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER PRIMVS INCIPIT FELICITER **s** M. T. Ciceronis epl'arum lib' p'm' Incipit **E** liber tertius ad quintum fratrem exsplicit. Incipit liber primus ad athicum **N** MARCI TVLLII CICERONIS AD OCTAVIANVM EPISTOLA EXPLICIT M . TVLLII . CICERONIS . EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBRI . XVI . INCIPIVNT **O** MARCI . T . CI . EPISTOLARVM AD . Q . F . LIB'. III EXPL'. EIVSDEM AD ATTICVM LIBER PRIMVS INCIPIT **P** MARCI TVLLI CICERONIS EPISTVLARVM AD ATTHICVM LIBER PRIMVS EX . VI . INCIPIT **V** MARCI TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM LIBER PRIMVS **A**[2]**c** (*sed* M. **A**[2]) Liber sextus. Ad atticum primus *Rom.* *inscr. om.* **IGH** — In **ΔOV** *haec salutandi formula adscripta esse solet:* CICERO ATTICO SALVTEM (SAL., S.), *in uett. edd. haec:* M. T. CICERO T. P. ATTICO S. **A**[2]**c** M. Tul. Cicero T. Pomponio Attico S. p. dicit *Rom.* *om.* **EGHNPI**, *nisi quod ad Att.* I: 1, 1 Cicero Attico salutem. Petitionis *eqs. uno tenore habent* **GH**. — *Talia ab editore aliquo olim adscripta esse uidentur ad epistulas discernendas; quid Cicero ipse scripserit, non constat. Cfr Lehmannus in septima ed. Hofmanniana p.* 269, *E. M. Pease, The greeting in the letters of Cicero, Baltim.* 1902.

1 *Sjögren.*

possit. prensat unus P. Galba. sine fuco ac fallaciis more maiorum negatur. ut opinio est hominum, non aliena rationi nostrae fuit illius haec praepropera prensatio. nam illi ita negant uulgo, ut mihi se debere dicant. ita quiddam spero nobis profici, cum hoc percrebrescit, plurimos nostros amicos inueniri. nos autem initium prensandi facere cogitaramus eo ipso tempore, quo tuum puerum cum his litteris proficisci Cincius dicebat, in campo comitiis tribuniciis a. d. XVI Kal. Sextiles. competitores, qui certi esse uideantur, Galba et Antonius et Q. Cornificius. puto te in hoc aut risisse aut ingemuisse. ut frontem ferias, sunt, qui etiam Caesonium putent. Aquilium non arbitrabamur, qui denegauit et iurauit morbum et illud suum regnum iudiciale opposuit. Catilina, si iudicatum erit meridie non lucere, certus erit competitor. de Aufidio et de
nunc leuiter inter se dissident; sed uereor ne hoc, quod
infectum est, serpat longius. credo enim te audisse, cum
apud Caesarem pro populo fieret, uenisse eo muliebri
uestitu uirum, idque sacrificium cum uirgines instaurassent,
mentionem a Q. Cornificio in senatu factam — is fuit
princeps, ne tu forte aliquem nostrum putes —; postea
rem ex senatus consulto ad uirgines atque ad pontifices
relatam idque ab iis nefas esse decretum; deinde ex sena-
tus consulto consules rogationem promulgasse; uxori Cae-
sarem nuntium remisisse. in hac causa Piso amicitia P.
Clodi ductus operam dat, ut ea rogatio, quam ipse fert et fert
ex senatus consulto et de religione, antiquetur. Messalla
uehementer adhuc agit seuere. boni uiri precibus Clodi
remouentur a causa; operae comparantur; nosmet ipsi, qui
Lycurgei a principio fuissemus, cottidie demitigamur; instat
et urget Cato. quid multa? uereor, ne haec neglecta a
bonis, defensa ab improbis magnorum rei publicae malo-
rum causa sit. tuus autem ille amicus — scin quem 4

1 audet **M**$^{3}$**bd**$^{2}$**ΣIA**$^{2}$**c** uidet **M**$^{1}$**d**$^{1}$**ms***Rom.* 2 studiose defensor **P** bonorum **bs** qui nunc **M**$^{3}$**bdΣ**(*praet.* **P**)**C** quin i(m)mo **M**$^{1}$**ms**(*sed* ymo **M**)**IA**$^{2}$**c***Rom.* qui in uno **P** quin nunc *v. c. Bosi* 3 inter se leuiter **IA**$^{2}$**c** inter se dissident] intersedissent **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{3}$ inter se desiderit **N** 4 serpat lacius longius **N** 5 sacrificium *ante* pro *add.* **sN**, *post* fieret **IA**$^{2}$**c**; *u. Comm. Tull. p.* 66 6 *ante* uestitu *add.* indutum **PA**$^{2}$**c**, inductum **I** 9 ad uirgines atque ad **MdEG**$^{2}$**HO**$^{1}$**PVZ**$^{l}$ ad uirgines atque **bG**$^{1}$**NO**$^{2}$**I** ad uirgines et **A**$^{2}$**c** ad **ms***Rom., Malaspina, alii; u.* Χάριτες *Friedr. Leo dargebracht p.* 279 *sqq.* 10 delatam **ms**, *Ernestius* nephas **EGPV** 13 Clodi(i) **msEHNO**$^{2}$**A**$^{2}$**c***Rom.* Claudi(i) **MbdGO**$^{1}$**PVI** fert et fert **M**$^{1}$ (*ut uid.*) **mE***Rom.* fert et effert **M**$^{3}$**bdGHOV**(*sed* esset **b**, offert **H**)**I** fert et fecit (*ut uid.;* ef *eras.,* fert *in* fecit *corr.*) **M** *corr.* fert **sPA**$^{2}$**c** et ferent **N**; *cfr ad Att.* VI 6, 4, *or. in Cat.* I 2, 4, *de lege agr.* II 31, 84 14 et *om. plerique codd. Mal.* 15 et *ante* seuere *add. Clarkius Class. Rev.* XIV (*a.* 1900) *p.* 178 *coll. ad Att.* XVI 15, 2 16 mouentur **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{1}$ 17 Lycurgei **sIA**$^{2}$**c***Rom.* licurgei **M***corr.***bmPV** liturgei **M**$^{1}$**dN** (*sed* -tar- **N**) ligurgei **EGH** 18 neglecta **sIA**$^{2}$**c** iniecta **MmΣ***Rom.* coniecta **bd** infecta *Lehmannus Jahresber. d. ph. Ver. a.* 1888 *p.* 257
20 sit **ΩZ**$^{1}$**IA**$^{2}$**c***Rom.* sint *alii, cfr Wesenb. Em. p.* 75 ille *om.* **I**

dicam? —, de quo tu ad me scripsisti, postea quam non auderet reprehendere, laudare coepisse, nos, ut ostendit, admodum diligit, amplectitur, amat, aperte laudat, occulte, sed ita, ut perspicuum sit, inuidet. nihil come, nihil simplex, nihil ἐν τοῖς πολιτικοῖς illustre, nihil honestum, nihil forte, nihil liberum. sed haec ad te scribam alias subtilius; nam neque adhuc mihi satis nota sunt et huic terrae filio nescio cui committere epistulam tantis de rebus non audeo.

5 Prouincias praetores nondum sortiti sunt. res eodem est loci, quo reliquisti. τοποθεσίαν, quam postulas Miseni et Puteolorum, includam orationi meae. a. d. III Non. Dec. mendose fuisse animaduerteram. quae laudas ex orationibus, mihi crede, ualde mihi placebant, sed non audebam antea dicere; nunc uero, quod a te probata sunt, multo mihi ἀττικώτερα uidentur. in illam orationem Metellinam addidi quaedam. liber tibi mittetur, quoniam te amor nostri philorhetora reddidit.

6 Noui tibi quidnam scribam? quid? etiam. Messalla consul Autronianam domum emit HS CXXXIIII. quid id ad

3 admodum] multum **H** amat] laudat amat *priore uoce deleta* **N** 4 simplex illustre *ceteris omissis* **E** 5 ΠΟΝΙΤΙΚΟΙC **M**$^1$ ΠΟΛΙΘΗΚΟΙC **P** *adscr.* in politicis **M***corr.***dms** illustre nihil honestum Σ(*de* **N** *u. infra*)**Z**$^{bl}$ nihil honestum nihil illustre **M***corr.***bdms***Rom.* illustre nihil honestum nihil illustre **M**$^1$ honestum nihil illustre **IA**$^2$**c** *uerba* illustre ... ἀττικώτερα *u.* 16 *om.* **N** *cfr Vahlenus Mus. Rhen.* XIII (*a.* 1858) *p.* 297 6 forte] perfecte **s** perforte **m** (*sed* per *del.*) *Rom.* subtilius alias **O**$^1$**V** §§ 5 *et* 6 *desunt in* **E** 11 *adscr.* loci positionem **M***corr.***dms** 12 oratione mea *uel* in orationem meam *Reidius l. l. p.* 100; *cfr Kühnerus-Stegmannus, Ausf. Gramm.* I *p.* 331 14 ualde mi(hi) **M**$^3$**bdGHNOIA**$^2$**c** ualde **PV** *om.* **M**$^1$**ms***Rom.* 16 *adscr.* magis attica **M***corr.***dms** in illam] nullam **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ 18 philorhetora **M** *corr.* phylorthetora **M**$^1$ (y *expuncta* i *supra scr.*, t *ante* h *eras.* **M***corr.*) philorthetora **mGHNV** (*sed* -toni **m**, -toria **N**, -chet- **V**) philotetra **P** φιλορήτορα **bds**(*sed* -ρετ- **s**)**A**$^2$**c***Rom.* *om. spat. rel.* **I** 19 noui **M***corr.***bds**$^2$**GHNIA**$^2$**c***Rom.* non **M**$^1$**ms**$^1$**O**$^1$**PV** 20 autronianam **Mm** (*sed* ant- **m**) anthronianam **IA**$^2$**c** antonianam **s***Rom.* antronia (*uel* -oma) **N** aut romanam **GHPV** haud romanam **bd** HS *om.* **HN** CXXXIIII **MbdG** CXXXIIV **m** CXXXIII **sV***Rom.* CCCCXXXVII **IA**$^2$**c** XXXIII **P** *om.* **HN** *cfr Schultzius, Sokr.* I (*a.* 1913) *p.* 80 *sq.* id *om.* **M**$^1$**ms***Rom.*, *add.* **M**$^3$

me? inquis. tantum, quod ea emptione et nos bene emisse iudicati sumus et homines intellegere coeperunt licere amicorum facultatibus in emendo ad dignitatem aliquam peruenire. Teucris illa lentum negotium est, sed tamen est in spe. tu ista confice. a nobis liberiorem epistulam exspecta. VI Kal. Febr. M. Messalla M. Pisone coss.

## XIV

### *CICERO ATTICO SAL.*

Vereor, ne putidum sit scribere ad te, quam sim 1
occupatus, sed tamen ita distinebar, ut uix huic tantulae epistulae tempus habuerim atque id ereptum e summis occupationibus.

Prima contio Pompei qualis fuisset, scripsi ad te antea: non iucunda miseris, inanis improbis, beatis non grata, bonis non grauis; itaque frigebat. tum Pisonis consulis impulsu leuissimus tribunus pl. Fufius in contionem producit Pompeium. res agebatur in circo Flaminio, et erat in eo ipso loco illo die nundinarum πανήγυρις. quaesiuit ex eo, placeretne ei iudices a praetore legi, quo consilio

1 inquis **Σ** inquies **ΔO**$^{2}$**IA**$^{2}$**c***Rom.*, *utrumque recte** 3 ad facultatem dignitatem *media uoce inducta* **M** 4 Teucri Syllani **IA**$^{2}$**c** (*sed* Teueri **IA**$^{2}$) Teutris Sylle *Rom.* lentum sane negotium **m***Rom.* 5 uberiorem **N** 6 Vale *ante* VI *add.* **A**$^{2}$**c**, *in fine Rom.* Febr.] Decembr(is) **IA**$^{2}$**c** M. Messala et M. Pisone **IA**$^{2}$**c**; *u. ad p.* 20, 15.

EP. XIV *superiori continuant* **M**$^{1}$**GHOPV**; *in* **E** *tres epistulae sunt*, Vereor . . non grauis § 1, Tum Pompeius . . . exauditos putem §§ 2—4, Habes res . . . atque partium § 6; *cetera desunt* 10 ita **bdsΣ**(*sed* ista **HN**)**IA**$^{2}$**c** *om.* **Mm***Rom.* uix huic **ΣIA**$^{2}$**c** huic uix **Δ***Rom.* 15 frigebat **s** erigebat **Ω** (*praet.* **s**) erigebatur **IA**$^{2}$**c***Rom.* tum *om. Rom.*

16 leuissimus *om.* **M'ms**, *add.* **M**$^{3}$ Fufius (*sic* **M**) *uel* Fusius *codd.* producit **ΩZ**$^{b}$*codd. Mal.***I** produxit **A**$^{2}$**c***Rom.* 17 circulo **O**$^{1}$**PVI**

18 in illo ipso loco eo die **s** illo] ipso **PIA**$^{2}$**c** ΠΑΝΗΤΥΡΙC **MG** ΠaΝΗΘΙΡΙC **P** *adscr.* festiua celebritas **M***corr.***dms** 19 placeret ne ei **M**$^{3}$**bds**$^{2}$**GHNIA**$^{2}$**c** placeret ne . C . **M**$^{2}$**ms**$^{1}$ placeret nec **M**$^{1}$**P** (*sed* -ent **P**) placeret ne **V** placeret ne ei centum *Rom.* quorum *Rom.*

idem praetor uteretur. id autem erat de Clodiana religione
2 ab senatu constitutum. tum Pompeius μάλ' ἀριστοκρατικῶς locutus est senatusque auctoritatem sibi omnibus in rebus maximi uideri semperque uisam esse respondit et id multis uerbis. postea Messalla consul in senatu de Pompeio quaesiuit, quid de religione et de promulgata rogatione sentiret. locutus ita est in senatu, ut omnia illius ordinis consulta γενικῶς laudaret, mihique, ut adsedit, dixit se putare satis ab se etiam de istis rebus esse responsum.
3 Crassus, postea quam uidit illum excepisse laudem ex eo, quod [hi] suspicarentur homines ei consulatum meum placere, surrexit ornatissimeque de meo consulatu locutus est, ut ita diceret, se, quod esset senator, quod ciuis, quod liber, quod uiueret, mihi acceptum referre; quotiens coniugem, quotiens domum, quotiens patriam uideret, totiens se beneficium meum uidere. quid multa? totum hunc locum, quem ego uarie meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere, de flamma, de ferro — nosti

1 eidem **M**[1]**bdΣ** praetor **IA**[2]**c***Rom.* pr. *uel* p. r. **Ω** *sed* r. p. **P**, Rome populo **N** 2 μάλ' ἀριστοκρατικῶς **A**[2]**c** ΜΑΛΑΡΙСΤΟΚΑΤΡΙΚωС **MG** (*sed* in ΑΛ- **M**) m ΜaΗΙСΤΟСaΘΡΗΚΟС **P** in ἀριστοκρατικῶς *adscr.* aristocratice **M***corr.***bdms** (*sed interpret. om.* **b**) αριστοκρατικως *Rom.* in *sequ. spat.* **I** 4 maximi **E**(*ut uid.*)**I** maxime **M**[1]**bdΣ** (*praet.* **E**) maximam **M**[2](*sed del.*)**msA**[2]**c***Rom.*; *cfr ep.* XIII 72, 2* 6 et de] quid de **s** et *Rom.* 7 est ita **s** ut *om.* **P** 8 ΤΕΝΙΚωС **M**[1]**GP** *adscr.* iuxta genus uel generaliter **M***corr.***ds** generaliter **m** laudauit **P** 9 ab se **ENPVIA**[2]**c** abs te **ΔGH***Rom.* de istis] demptis **C** de istis ipsis **N** 10 cepisse *Kayserus; cfr Reidius l. l. p.* 100, *Vahlenus Herm.* XXXV (*a.* 1900) *p.* 131 *sqq.*, *Muellerus Mus. Rh.* LV (*a.* 1900) *p.* 635 *sqq.* 11 hi *del. Lambinus, Reidius l. l.* 13 ut ita] ut id ita *media uoce deleta* **M** ita ut *uel* cum ita *Wesenb. Em. alt. p.* 84 14 quotiens coniugem *om. Rom.* 17 *post* quem *add.* in aristocratia **IA**[2]**c**, *om.* **ΩCZ**[1]*Rom.* in Aristocratia, huc aliunde assutum uidetur. nam in cod. ue. non erat *Crat. in marg. orta esse ex corrupta lectione uerborum* μαλ' ἀριστοκρατικῶς *u.* 2 *monuit Baiterus* uariis **N** Ἀριστάρχης **bd***Rom.*

illas ληκύθους —, ualde grauiter pertexuit. proximus Pompeium sedebam. intellexi hominem moueri, utrum Crassum inire eam gratiam, quam ipse praetermisisset, an esse tantas res nostras, quae tam libenti senatu laudarentur, ab eo praesertim, qui mihi laudem illam eo minus deberet, quod meis omnibus litteris in Pompeiana laude perstrictus esset. hic dies me ualde Crasso adiunxit, et tamen, ab 4
illo aperte tecte quidquid est datum, libenter accepi. ego autem ipse, di boni! quo modo ἐνεπερπερευσάμην nouo auditori Pompeio! si umquam mihi περίοδοι, ἢ καμπαί, ἢ ἐνθυμήματα, ἢ κατασκευαὶ suppeditauerunt, illo tempore. quid multa? clamores. etenim haec erat ὑπόθεσις: de grauitate ordinis, de equestri concordia, de consensione Italiae, de intermortuis reliquiis coniurationis, de uilitate, de otio. nosti iam in hac materia sonitus nostros. tanti fue-

1 ληκύθους **A**$^2$**c** ΛΗΚΥΘΟΙC **M**$^1$ ΑΗΚΑΥΘΟΥC **G** ꓒΗΚΙΤωΙC **P** ληκύθοις **M***corr.***bdms** *adscr.* uasis oleariis uel unguentariis **M***corr.***ds** uasis **m** colores **M**$^4$ proximus Pompeio **ΩΙΑ**$^2$**c***Rom.* proxime Pompeium **Z**$^{bl}$ 'sed correctoris, seu potius corruptoris manus locum inquinauit', *Lamb.* proximus Pompeium sedebam *laudat Diomedes Gramm. Lat.* I *p.* 410 *Keil., sed locus corruptus; datiuum def. Reidius l. l. p.* 101, *cfr Gustafssonius de Datiuo Lat. p.* 9, *accusatiuum Lehmannus de Cic:s ad Att. epp. p.* 163 2 utrum **M**$^3$**dΣ**(*praet.* **V**)**IA**$^2$**c***Rom.* uerum **M**$^1$**msV** unum **b** utrum crederet *Vahlenus l. l., del. Wesenb. Em. alt. p.* 84; *cfr Kühnerus-Stegmannus, Ausführl. Gramm.* II *p.* 538, *Muellerus l. l.* 4 lubenti animo senatu *media uoce deleta* **G** 6 meis] in eis **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ meis orationibus omnibus litteris *Rom.* perscriptus **GN** proscriptus **P** 8 tecte **ΔA**$^2$**c***Rom.* tecto **MΣ**$^3$ tacto **I** 9 ΕΝΕΠΕΡΠΕΡΕΥCΑΜΗΝ **G** ΕΝΕΠΕΡΠΕΡΕΙCaΜΗΝ **M**$^1$ ἐνεπερπερεισάμην **M***corr.***bdms***Rom.* (*sed* -ρισ- **s***Rom.*, -πασ- **m**; *post* Pompeio *Rom.*) *om. cum sequ. usque ad* mihi **P** ἐνεπειρασάμην **A**$^2$**c** *adscr.* incubui **M***corr.*(*eras.*)**dms** 10 Pompeio auditori **msGH** si umquam **M**$^3$**dsGHVIA**$^2$**c***Rom.* sum quam **M**$^1$**mEN** si numquam **b** mihi ἐπιχειρήματα suppeditauerunt **A**$^2$ mihi suppeditauerunt *ceteris omissis* **bdsI***Rom.* ἢ . . ἢ . . ἢ **Z**$^{bl}$**c** si . . si . . si **MmGP** καμπαί *Bosius:* ΚaΡΠΟΙ **MGm** ΚaΝΠΟΙ **P** καρποὶ **c** 12 clamo?res **I** *adscr.* materia **ds** de dignitate **N** 13 concessione **M**$^3$(*del.*) **bdGH** 14 de intermortuis *Lambinus:* de immortuis **M**$^1$**msEGHPV**(*sed* de in mor- **FG**)**IA**$^2$**c***Rom.* dein mortuis **M**$^3$ deinde in mortuis **bd** et in mortis **N** uilitate] utilitate **ΩΙΑ**$^2$**c***Rom.* 15 iam *om.* **M**$^1$**ms***Rom.*, *add.* **M**$^3$

runt, ut ego eo breuior sim, quod eos usque istinc exauditos putem.

5 Romanae autem se res sic habent. senatus Ἄρειος πάγος: nihil constantius, nihil seuerius, nihil fortius. nam cum dies uenisset rogationi ex senatus consulto ferendae, concursabant barbatuli iuuenes, totus ille grex Catilinae, duce filiola Curionis et populum, ut antiquaret, rogabant. Piso autem consul, lator rogationis, idem erat dissuasor. operae Clodianae pontes occuparant; tabellae ministrabantur ita, ut nulla daretur VTI ROGAS. hic tibi rostra Cato aduolat, commulcium Pisoni consuli mirificum facit, si id est commulcium, uox plena grauitatis, plena auctoritatis, plena denique salutis. accedit eodem etiam noster Hortensius, multi praeterea boni; insignis uero opera Fauoni fuit. hoc concursu optimatium comitia dimittuntur; senatus uocatur. cum decerneretur frequenti senatu contra pugnante Pisone, ad pedes omnium singillatim accidente Clodio, ut consules populum cohortarentur ad rogationem accipiendam, homines ad quindecim Curioni nullum senatus consultum facienti adsenserunt; facile ex altera parte CCCC

1 istinc] istim **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ isti me **G** istic me **H** isthinc **mV** § 5 *om.* **E** 3 se res sic **ΔGH***Rom.* res sic se **OPVIA**$^2$**c** res sic **N** *adscr.* ariopagus **ds** 5 rogationis **A**$^2$**c** 6 catillina **M**$^1$ 8 idem **sIA**$^2$**c** *Rom.* eidem **Ω** (*praet.* **sP**) eiusdem **P** 10 nulla **ΩC***Rom.* nulli **IA**$^2$**c** tibi in rostra *Wesenb. Em. Alt. p.* 84 *sq., cfr Muellerus Synt. des Nom. u. Acc. p.* 132 11 commulcium **Z**$^1$ commultium **N** commulticium (-tium) **ΔO**$^1$**V** cumulticium (*item infra*) **GH** cum multum **PI** commilitium *utrobique Rom.* conuicium (-uitium) **M**$^4$**A**$^2$**c**, *uulg., cfr Schmidtius Die handschriftliche Überlieferung p.* 75, *Prescottius Class. Philol.* VII (*a.* 1912) *p.* 251 Pisoni consilium **PI** 12 commulcium (-tium) **MN** commultitium **bds**$^1$**V** commultum **m** quo multorum **PI** conuicium (-uitium) **s**$^2$**A**$^2$**c** uoce *Rom.* 13 noster etiam **GH** Hortensius noster **V** 14 Fauoni(i) **M***corr.***bd**$^2$**sIA**$^2$**c** Auoni(i) **M**$^1$**d**$^1$**MΣ***Rom.* 15 optimatum **M**$^1$**mNIA**$^2$**c***Rom.* 17 sigillatim **M**$^1$(?)**bdmsNPIA**$^2$**c***Rom.* singulatim **H** accidente **c** accedente **ΩIA**$^2$*Rom.* 20 faciunt **I** facile ex altera parte **ΣIA**$^2$**c** (*sed* quod *pro* ex **N**; *ante* ex *dist.* **IA**$^2$**c**) ex altera parte facile **Mms***Rom., uulg.* ex altera parte **bd**

fuerunt. acta res est. Fufius tribunus tum concessit. Clodius contiones miseras habebat, in quibus Lucullum, Hortensium, C. Pisonem, Messallam consulem contumeliose laedebat; me tantum c o m p e r i s s e o m n i a criminabatur. senatus et de prouinciis praetorum et de legationibus et de ceteris rebus decernebat, ut, antequam rogatio lata esset, ne quid ageretur.

Habes res Romanas. sed tamen etiam illud, quod 6 non speraram, audi. Messalla consul est egregius, fortis, constans, diligens, nostri laudator, amator, imitator. ille alter uno uitio minus uitiosus, quod iners, quod somni plenus, quod imperitus, quod ἀπρακτότατος, sed uoluntate ita καχέκτης, ut Pompeium post illam contionem, in qua ab eo senatus laudatus est, odisse coeperit. itaque mirum in modum omnes a se bonos alienauit. neque id magis amicitia Clodi adductus fecit quam studio perditarum rerum atque partium. sed habet sui similem in magistratibus praeter Fufium neminem. bonis utimur tribunis pl., Cornuto uero Pseudocatone. quid quaeris?

Nunc ut ad priuata redeam, Τεῦκρις promissa patrauit. 7 tu mandata effice, quae recepisti. Quintus frater, qui Argiletani aedificii reliquum dodrantem emit HS DCCXXV, Tuscu-

1 affuerunt **IA**$^2$**c** acta] accepta *Maduigius Adu.* III *p.* 166 tr. tum concessit *Manutius:* tertium concessit **ΩZ**$^b$*Rom.* (*sed* tertius **b**) circumcessit **I** tert. consul cessit **A**$^2$**c** territus concessit *Graeuius* 2 habuit **s** 4 tamen **s** 5 prouinciis consularibus praetorum **V** 8 Habes] *accedit* **E** (*noua ep.*) quod ego non **IA**$^2$**c** 10 imitator amator **IA**$^2$ imitator] mirator **PV** 11 alter **M***corr.***mNOPVIA**$^2$**c***Rom.* aliter **M**$^1$ autem **M**$^3$**bdEGH** *om.* **s** minus uitio **M**$^3$**bdsGH** 12 *adscr.* pigerrimus **M***corr.* **dms** 13 *adscr.* malignus aut simulatus (*uel* uir simultatis) **ds** 14 ceperit **M***corr.***sΣIA**$^2$**c** ceperat **M**$^1$**bdm***Rom.* ita quem in modum **O**$^1$**V** 16 adductus Clodii **IA**$^2$**c** 17 *uerba* sed habet . . . Id. Febr. *p.* 30, 5 *om.* **E**

19 Pseudocatone — quid quaeris? — nunc optimo. Nunc *eqs. Lehmannus Quaest. Tull. p.* 47, *sed u. Hofm.-Sternk. ad ep. ad Att.* I: 16, 4, *Reidius l. l. p.* 102 *sq.* 20 nunc ad *Rom.* num ut ad **I** num ad **A**$^2$**c**

TEIKPIC **P** Τεῦκρος **A**$^2$**c***Rom.* *om.* **bdms** (*sed in rasura* **m**) parauit **I** 21 Arguitelani **IA**$^2$**c***Rom.* (*sed* -amiæ **I**) arguit e lanie difici **M**, *similia cett. codd.* 22 HS] sextertiis **I** DCCXXXV **N** DCCXXX **msIA**$^2$**c** *Rom.* *om.* **bH**

lanum uenditat, ut, si possit, emat Pacilianam domum. cum Lucceio in gratiam redii. uideo hominem ualde petiturire. nauabo operam. tu quid agas, ubi sis, cuius modi istae res sint, fac me quam diligentissime certiorem. Id. Febr.

## XV

## CICERO ATTICO SAL.

1 Asiam Quinto, suauissimo fratri, obtigisse audisti. non enim dubito, quin celerius tibi hoc rumor quam ullius nostrum litterae nuntiarint. nunc, quoniam et laudis auidissimi semper fuimus et praeter ceteros φιλέλληνες et sumus et habemur et multorum odia atque inimicitias rei publicae causa suscepimus, παντοίης ἀρετῆς μιμνήσκεο, curaque
2 effice, ut ab omnibus et laudemur et amemur. his de rebus plura ad te in ea epistula scribam, quam ipsi Quinto dabo. tu me uelim certiorem facias, quid de meis mandatis egeris, atque etiam, quid de tuo negotio; nam ut Brundisio profectus es, nullae mihi abs te sunt redditae litterae. ualde aueo scire, quid agas. Id. Mart.

1 uendicat **M**$^1$ uindicat **M***corr.***bd** 2 redii **bd***Rom.*, *Maduigius Adu. crit.* II *p.* 234: redi **Ω**(*praet.* **bd** *sed* reddi **P**)**IA**$^2$**c** uideo *Turnebus*: uidero **ΩZ**$^1$**IA**$^2$**c***Rom.* petiturire **Z**$^1$ petitur ire **Ω***Rom.* petitur:re **I** petitur *sequ.* renouabo **A**$^2$**c** 5 Vale *add.* **IA**$^2$**c***Rom.*

EP. XV. 8 uidisti **M**$^1$ 9 hoc] hic **PVI** haec **A**$^2$**c** 11 *adscr.* graecorum amatores **M***corr.***dms** 13 *Hom. Il.* XXII 268 *adscr.* uniuersae uirtutis recorderis **M***corr.***dms** curaque effice **ΔEGOV***Rom.* (*sed* effic *sequ. spatiolo,* ut *om.* **G**) curaque efficeque **N** effice curaque **H** cura que efficiet **P** curaque et effice **IA**$^2$**c**; *cfr ad Att.* XVI: 16, 12, *Lehmannus Quaest. Tull. p.* 25 14 ab hominibus et **E** 15 plura] pauca **s** in ea] mea **M**$^1$**EGHP** quam *om.* **GH** 16 uelim me **IA**$^2$**c** 17 nam . . . Mart. *om.* **E** 19 aueo **Δ**(*praet.* **d**$^1$)**VIA**$^2$**c***Rom.* habeo **M**$^3$(*sed del.*)**d**$^1$**Σ** (*praet.* **V**)**Z**$^1$ Vale *add.* **IA**$^2$**c***Rom.*

## XVI

## CICERO ATTICO SAL.

Quaeris ex me, quid acciderit de iudicio, quod tam praeter opinionem omnium factum sit, et simul uis scire, quo modo ego minus, quam soleam, proeliatus sim. respondebo tibi ὕστερον πρότερον, Ὁμηρικῶς. 1

Ego enim, quam diu senatus auctoritas mihi defendenda fuit, sic acriter et uehementer proeliatus sum, ut clamor concursusque maxima cum mea laude fierent. quod si tibi umquam sum uisus in re publica fortis, certe me in illa causa admiratus esses. cum enim ille ad contiones confugisset in iisque meo nomine ad inuidiam uteretur,

Di immortales! quas ego pugnas et quantas
strages edidi!

Quos impetus in Pisonem, in Curionem, in totam illam manum feci! quo modo sum insectatus leuitatem senum, libidinem iuuentutis! saepe, ita me di iuuent, te non solum auctorem consiliorum meorum uerum etiam spectatorem pugnarum mirificarum desideraui. postea uero quam Hor- 2 tensius excogitauit, ut legem de religione Fufius tribunus pl. ferret, in qua nihil aliud a consulari rogatione differebat nisi iudicum genus — in eo autem erant omnia —, pugnauitque, ut id ita fieret, quod et sibi et aliis persuaserat nullis illum iudicibus effugere posse, contraxi uela perspiciens inopiam iudicum neque dixi quidquam pro testimonio, nisi quod erat ita notum atque testatum, ut non possem praeterire.

EP. XVI. 3 ex] a **H** ad **N** tamen **bm***Rom.* 4 hominum **m***Rom.* 5 respondebo **Ω**(*praet.***bGH**)**C** ego respondebo **IA**$^2$**c** respondeo **bGH***Rom.* 6 YCTЄPO **M**$^1$**GOP** ὑστερο **M***corr.***bdms** *adscr.* posterius prius secundum homerum **M***corr.***dms** 13 *Com. Rom. Fragm. p.* 143 *Ribb.*$^3$
17 iuuent] ament iuuent **H** 18 inspectatorem **VI** 20 Fusius **MmsEHV IA**$^2$**c***Rom.* 21 ferret *om.* **O**$^1$**V** 23 pugnauitque **M***corr.***sΣA**$^2$**c** pugnauique **Δ**(*praet.* **s**)**I***Rom.* id ita **EGNPIA**$^2$*Rom.* ita id **OV** ita **ΔHc**, *uulg.*
25 neque . . . notum *om.* **O**$^1$ 26 notum **M***corr.***sEPVA**$^2$**c** nouum **M**$^1$**bdmGHNO**$^2$**I***Rom.*

Itaque, si causam quaeris absolutionis, ut iam πρὸς τὸ πρότερον reuertar, egestas iudicum fuit et turpitudo. id autem ut accideret, commissum est Hortensi consilio, qui, dum ueritus est, ne Fufius ei legi intercederet, quae ex senatus consulto ferebatur, non uidit illud, satius esse illum in infamia relinqui ac sordibus quam infirmo iudicio committi, sed ductus odio properauit rem deducere in iudicium, cum illum plumbeo gladio iugulatum iri tamen diceret.

3 Sed iudicium si quaeris quale fuerit, incredibili exitu, sic, uti nunc ex euentu ab aliis — a me tamen ex ipso initio — consilium Hortensi reprehendatur. nam ut reiectio facta est clamoribus maximis, cum accusator tamquam censor bonus homines nequissimos reiceret, reus tamquam clemens lanista frugalissimum quemque secerneret, ut primum iudices consederunt, ualde diffidere boni coeperunt. non enim umquam turpior in ludo talario consessus fuit: maculosi senatores, nudi equites, tribuni non tam aerati quam, ut appellantur, aerarii. pauci tamen boni inerant, quos reiectione fugare ille non potuerat, qui maesti inter sui dissimiles et maerentes sedebant et contagione turpi-
4 tudinis uehementer permouebantur. hic, ut quaeque res ad consilium primis postulationibus referebatur, incredibilis

1 *adscr.* ad prius **M***corr.***dms** 3 Hortensii est **I** 4 fusius **msEHIA**$^2$**c** 5 aliud **I** 6 in **M**$^3$**s**Σ (*praet.* **N**) *codd. Mal.* **CIA**$^2$*Rom.* *om.* **M**$^1$**bdm**$^1$**Nc** infamiam **H** infamiae **A**$^2$**c** ac Ω(*praet.* **M**$^1$**m**)**CI***Rom.* a **M**$^1$**m**$^1$, *corr.* **M**$^3$ et *codd. Mal.* *om.* **A**$^2$**c** firmo **M**$^1$**m**$^1$, *corr.* **M**$^3$ 7 deductus **I** 8 iugulatum **M**$^4$(*in marg.*)**sO**$^1$**VIA**$^2$**c***Rom.* iugulum **M**$^1$(?)**bdmEGHNO**$^2$**P** (-ū *in* -a *mutasse uidetur, post* -tū *addidisse* **M** *corr.*) 10 tamen] *cfr Lehmannus, Quaest. Tull. p.* 43; *distinxi cum Perssonio Eran.* XIV (*a.* 1914) *p.* 78 11 reprehendebatur **IA**$^2$**c** 13 nequissimos (-sum-) **M**$^4$**sEOVIA**$^2$**c***Rom.* equissimos **N** quis summos **M**$^1$**bdm**$^1$**GHP** (*sed* qui **P**) 15 iudices *om. Rom.* 17 equites] milites **V** non tam aerati quam ut appellantur aerarii Ω**Z**$^1$ *codd. Mal.*, **IA**$^2$**c***Rom.*, *sed* tam aerarii **A**$^2$**c** 18 quam *om.* **M**$^1$**m**$^1$, *add.* **M**$^3$ ut *om.* **H** aerari **MmV** aerati **bA**$^2$**c** *cfr Vahlenus Herm.* XXVI (*a.* 1891) *p.* 161 *sqq.* 19 fugare **bd**$^1$**IA**$^2$**c** effugare Ω(*praet.* **bd**$^1$)*Rom.* poterat **M**$^1$**msE***Rom.*, *corr.* **M**$^3$ 20 mirantes *Maduigius Adu.* III *p.* 166 22 postulationibus Ω**C***Rom.* petitionibus **IA**$^2$**c**

erat seueritas nulla uarietate sententiarum. nihil impetrarat reus; plus accusatori dabatur, quam postulabat; triumphabat — quid quaeris? — Hortensius se uidisse tantum; nemo erat, qui illum reum ac non miliens condemnatum arbitraretur. me uero teste producto credo te ex acclamatione Clodi aduocatorum audisse quae consurrectio iudicum facta sit, ut me circumsteterint, ut aperte iugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarint. quae mihi res multo honorificentior uisa est quam aut illa, cum iurare tui ciues Xenocratem testimonium dicentem prohibuerunt, aut cum tabulas Metelli Numidici, cum eae, ut mos est, circumferrentur, nostri iudices adspicere noluerunt; multo haec, inquam, nostra res maior. itaque iudicum uocibus, 5
cum ego sic ab iis, ut salus patriae, defenderer, fractus reus et una patroni omnes conciderunt; ad me autem eadem frequentia postridie conuenit, quacum abiens consulatu sum domum reductus. clamare praeclari Ariopagitae se non esse uenturos nisi praesidio constituto. refertur ad consilium. una sola sententia praesidium non desiderauit. defertur res ad senatum. grauissime ornatissimeque decernitur; laudantur iudices; datur negotium magistratibus. responsurum hominem nemo arbitrabatur.

Ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι . . . ὅππως δὴ πρῶτον πῦρ ἔμπεσε . . .

Nosti Caluum ex Nanneianis illum, illum laudatorem

1 impetrarat Ω(*praet.* **s**)**IA**$^2$**c***Rom.*, *Reidius ap. Purserum* impetrauit **s** impetrabat *Lambinus* (*cfr Wesenb. Em. p.* 29), *uulg.* 3 quid quaeris *ante* nemo *u.* 4 *collocandum esse coni. Muellerus* 6 aduocatorem **Mbdm GHO**$^2$*Rom.* 9 iurare **M***corr.***sIA**$^2$**c***Rom.* iuraret **M**$^1$(?)**m**$^1$**NP** iurarent **M**$^2$ (*ut uid.*)**bdEGHOV** (-nt *in loco raso, ubi antea* t *fuisse uidetur,* **M**$^2$; *post* -nt *expunctae*) 12 circumferentur **MNOPV** 13 itaque] idque **IA**$^2$**c** 15 et una] e cuna **M**$^1$**m**$^1$, *corr.* **M**$^3$ 18 pr(a)esidio **sEPIA**$^2$**c***Rom.* prae scidio **O** pr(a)escio **MbdmNV** pr(a)eseio **GH** 23 *Hom. Il.* XVI: 112 *sq.* ΕCΙΤΕΗΙΓΝ **MmG** ЄCIΘEHIN **P** ΟΠΠωCΛΗΠΡωΤΟΝ ΠΕΜΠΕCΕ **MmG** (*sed* -ΠΡΑΤ- *et* -ΠΕΠΤΠΕ- **M**$^1$**m**) ΟΤΙCΙΟCaCΙνΟΘωνΠΕCЄ **P** πῦρ *om.* **c** ἔπεσθε **c** *Graeca om.* **bds** ὅππως . . ἔμπεσε *om.* **A**$^2$*Rom.* 24 *cfr Q. Cic. Comm. pet.is* 2, 9 Naeuianis (*coll. ep.* XV 6, 1) *coni. Turnebus, cfr Clarkius Philol.* LX (*a.* 1901) *p.* 212 *sq.* illum illum **MdmGO***codd. Mal.* illum **bsEHNPVIA**$^2$**c***Rom.*

3 *Sjögren.*

meum, de cuius oratione erga me honorifica ad te scripseram. biduo per unum seruum et eum ex ludo gladiatorio confecit totum negotium; arcessiuit ad se, promisit, intercessit, dedit. iam uero — o, di boni, rem perditam! — etiam noctes certarum mulierum atque adulescentulorum nobilium introductiones non nullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. ita summo discessu bonorum, pleno foro seruorum XXV iudices ita fortes tamen fuerunt, ut summo proposito periculo uel perire maluerint quam perdere omnia; XXXI fuerunt, quos fames magis quam fama commouerit. quorum Catulus cum uidisset quendam, Quid uos, inquit, praesidium a nobis postulabatis? an, ne nummi
6 uobis eriperentur, timebatis? — Habes, ut breuissime potui, genus iudicii et causam absolutionis.

Quaeris deinceps, qui nunc sit status rerum et qui meus. rei publicae statum illum, quem tu meo consilio, ego diuino confirmatum putabam, qui bonorum omnium coniunctione et auctoritate consulatus mei fixus et fundatus uidebatur, nisi quis nos deus respexerit, elapsum scito esse de manibus uno hoc iudicio, si iudicium est triginta homines populi Romani leuissimos ac nequissimos nummulis acceptis ius ac fas omne delere et, quod omnes non modo

2 ludo gladiatorio **ENOPVIA**$^2$**c***Rom.* gladiatorio ludo **bdsGH** ludo gladiatorio ludo **M**$^1$**m**$^1$ *sed prius* ludo *deleuit* **M** *corr., posterius induxit* **m**$^2$; *u. Comm. Tull. p.* 26 3 arcessiuit . . . fuerunt *u.* 7 *laudat Seneca ep.* 97, 4 permisit **V** 5 caeterarum **O**$^1$**V** 6 nonnullas **M**$^1$**m** 8 XXV **ΩCI***Rom.* XX **A**$^2$**c** *cfr infra p.* 37, 5 tamen **ΔGOVA**$^2$**c***Rom.* tum **EHNI** *om.* **P** fuerunt *om.* **GH** 9 maluerint *etiam post* perdere **M**$^1$ 10 triginta *Rom.* commouerat *Rom.* commoueret *Ernestius; cfr Lebretonius 'Etudes' p.* 226 *sqq.* 11 *uerba* quid uos . . . eriperentur *laudat Seneca ep.* 97, 6 12 a nobis **EO**$^1$**PVZ**$^b$**IA**$^2$**c**, *Seneca* nobis **M***corr.***bdH** (*sed ante* praesidium **H**) uobis **M**$^1$**ms***Rom.* (*sed post* postulabatis **s**) *om.* **GN** petebatis *Seneca* nummei **M**$^3$(*del.*) num mei **G** 13 timebatis *om. Seneca, Cobetus Mnemos.* VIII (*a.* 1859) *p.* 454 *sed u. Plut. Cic.* 29 ᾐτήσασθε τὴν φυλακήν, φοβούμενοι μή τις ὑμῶν ἀφέληται τὸ ἀργύριον 15 rerum **Ω** *codd. Mal. Rom.* rei p. **IA**$^2$**c** 19 quis **M***corr.***bd**$^2$**msO**$^2$**PIA**$^2$**c** quia **M**$^1$**M**$^3$(*del.*) **d**$^1$**GHNV** qui **EO**$^1$*Rom.* 22 delere et] deleret **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$

homines uerum etiam pecudes factum esse sciant, id Talnam et Plautum et Spongiam et ceteras huius modi quisquilias statuere numquam esse factum. sed tamen, ut te 7 de re publica consoler, non ita, ut sperarunt mali tanto imposito rei publicae uulnere, alacris exsultat improbitas in uictoria. nam plane ita putauerunt, cum religio, cum pudicitia, cum iudiciorum fides, cum senatus auctoritas concidisset, fore ut aperte uictrix nequitia ac libido poenas ab optimo quoque peteret sui doloris, quem improbissimo cuique inusserat seueritas consulatus mei. idem ego ille 8 — non enim mihi uideor insolenter gloriari, cum de me apud te loquor, in ea praesertim epistula, quam nolo aliis legi — idem, inquam, ego recreaui adflictos animos bonorum, unumquemque confirmans, excitans; insectandis uero exagitandisque nummariis iudicibus omnem omnibus studiosis ac fautoribus illius uictoriae παρρησίαν eripui, Pisonem consulem nulla in re consistere umquam sum passus, desponsam homini iam Syriam ademi, senatum ad pristinam suam seueritatem reuocaui atque abiectum excitaui, Clodium praesentem fregi in senatu cum oratione perpetua plenissima grauitatis tum altercatione huius modi; ex qua licet pauca degustes; nam cetera non possunt habere ean-

1 sciant **ΩC** *codd. Mal. Rom.* sciebant **IA**$^{2}$**c** Talnam **ΩC** *codd. Mal. Rom.* Thalnam *coll. C. I. L.* I$^{2}$ *p.* 146 *uulg.* Caluum **IA**$^{2}$**c** *cfr Schulzeus Lat. Eigennamen p.* 94 2 *primum* et *om.* **C** Plautum **ΩC** Planum **I** Plancum **A**$^{2}$**c** Plautium *Rom.* 4 sperarunt **Ω**(*praet.* **NP**)**c** sperarant **m**$^{2}$**IA**$^{2}$*Rom.* sperarem **N** sperare non **P** 6 plane **M***corr.***msPIA**$^{2}$**c** *Rom.* plena **M**$^{1}$**bdGHOV** pleñ **N** pene **E** 8 ac libido] ac lubitudo **M**$^{3}$(*del.*)**dG** libitudoque **H** 10 inusserat **M**$^{2}$**bdsEGV**(*sed* innuss- *uel* inruss- **M**$^{2}$)**I** inuserat **C** innupserat **M**$^{1}$ iusserat **NP** immiserat **H** iniunxerat **m** (*sed* -iux-)**O**$^{2}$(*in ras.*)*Rom.* incusserat **A**$^{2}$**c** idem **mENIA**$^{2}$**c***Rom.* eidem *rell.* (*item infra*) 12 in ea] mea **M**$^{1}$**H** ab aliis *Wesenbergius sed cfr Lehmannus Quaest. Tull. p.* 132 14 confirmans et excitans **IA**$^{2}$**c** *cfr Lehmannus l. l. p.* 25 16 *adscr.* audaciam **M***corr.***dms** 21 huiusmodi **M**$^{1}$**bdsN** eiusmodi **M**$^{3}$(*del.*)**mΣ**(*praet.* **N**)**IA**$^{2}$**c***Rom.* 22 eandem **ENOPVIA**$^{2}$**c** *om.* **ΔGH***Rom.*

dem neque uim neque uenustatem remoto illo studio contentionis, quem ἀγῶνα uos appellatis.

9 Nam ut Id. Maiis in senatum conuenimus, rogatus ego sententiam multa dixi de summa re publica, atque ille locus inductus a me est diuinitus, ne una plaga accepta patres conscripti conciderent, ne deficerent; uulnus esse eius modi, quod mihi nec dissimulandum nec pertimescendum uideretur, ne aut ignorando stultissimi ⟨aut metuendo ignauissimi⟩ iudicaremur; bis absolutum esse Lentulum, bis Catilinam, hunc tertium iam esse a iudicibus in rem publicam immissum. — Erras, Clodi: non te iudices urbi sed carceri reseruarunt neque te retinere in ciuitate sed exsilio priuare uoluerunt. quam ob rem, patres conscripti, erigite animos, retinete uestram dignitatem. manet illa in re publica bonorum consensio; dolor accessit bonis uiris, uirtus non est imminuta; nihil est damni factum noui, sed, quod erat, inuentum est. in unius hominis

10 perditi iudicio plures similes reperti sunt. — Sed quid ago? paene orationem in epistulam inclusi. redeo ad altercationem. surgit pulchellus puer, obicit mihi me ad Baias fuisse. — Falsum, sed tamen quid hoc? Simile est, inquam, quasi in operto dicas fuisse. — Quid, inquit, homini Arpinati cum aquis calidis? — Narra, inquam, patrono tuo, qui Arpinatis aquas concupiuit — nosti enim Marinas. — Quousque, inquit, hunc regem feremus? — Regem appellas, inquam, cum

1 *posterius* neque *om.* **M**$^{1}$, *add.* **M**$^{2}$ 2 *adscr.* certamen **M***corr.***dms** 4 *post* sententiam *add.* dicere **I** multa *om.* **O**$^{1}$**V** re p.] rei p. **VA**$^{2}$**c***Rom.* r. p. **bm** 5 est a me **IA**$^{2}$**c** 8 aut metuendo ignauissimi *e codd. Memmianis suppl. Lambinus* (*post* ne *inser. Bosius, Orellius*): *om.* **ΩZ**$^{1}$**IA**$^{2}$**c***Rom.* 12 seruarunt **O**$^{1}$**V** 16 uirtus *post* imminuta **OV** 17 dam(p)ni est **M***corr.*(*del.*)**GH** 22 fuisse. Falsum sed **A**$^{2}$**c** fuisse falsum. sed **Ω**(*praet.* **E**)**I***Rom.* fuisse. falsum. sed **E** hoc?] hoc **C** huic **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.* 23 in operto dicas **ΣIA**$^{2}$**c** dicas in operto **Δ***Rom.* quid inquit] quidni quid **M**$^{1}$**m**$^{1}$, *corr.* **M**$^{3}$ quid tu? quid inquit *Rom.* 25 quid patrono *eqs.*? *Tyrrellus* 26 Marinas *Lehmannus*: marinas **Ω***codd.Mal.***Z**$^{1}$**IA**$^{2}$**c**, *uulg.* Marianas *Rom., alii* 27 inquam *om.* **M**$^{1}$**m**$^{1}$, *add.* **M**$^{3}$

Rex tui mentionem nullam fecerit? — ille autem Regis hereditatem spe deuorarat. — Domum, inquit, emisti. — Putes, inquam, dicere: iudices emisti. — Iuranti, inquit, tibi non crediderunt. — Mihi uero, inquam, xxv iudices crediderunt, xxxi, quoniam nummos ante acceperunt, tibi nihil crediderunt. — Magnis clamoribus adflictus conticuit et concidit.

11 Noster autem status est hic: apud bonos iidem sumus, quos reliquisti, apud sordem urbis et faecem multo melius, quam reliquisti. nam et illud nobis non obest, uideri nostrum testimonium non ualuisse; missus est sanguis inuidiae sine dolore, atque etiam hoc magis, quod omnes illi fautores illius flagitii rem manifestam illam redemptam esse a iudicibus confitentur. accedit illud, quod illa contionalis hirudo aerarii, misera ac ieiuna plebecula, me ab hoc Magno unice diligi putat; et hercule multa et iucunda consuetudine coniuncti inter nos sumus, usque eo, ut nostri isti comissatores coniurationis, barbatuli iuuenes, illum in sermonibus Cn. Ciceronem appellent. itaque et ludis et gladiatoribus mirandas ἐπισημασίας sine ulla pastoricia fistula auferebamus.

2 deuouerat **GH** 3 putas **IA**$^2$**c** inquam **sEPIA**$^2$**c***Rom.* quam *rell.* 4 mihi . . . crediderunt *u.* 5 *om.* **M**$^1$**m**$^1$**H**, *add.* **M**$^3$ mihi Ω(*praet.* **E**)**CI***Rom.* Imo **c** immo **m**$^2$**EA**$^2$ 5 xxv Ω(*praet.* **sN**)**CI***Rom.* xx **A**$^2$**c** *om.* **sN** xxx *Rom.* τριάκοντα *Plut. l. l.* 6 ante nummos **IA**$^2$ tibi uero ni(hi)l **VIA**$^2$**c** 9 multo **M***corr.*(*in textu*)**M**$^3$(*in marg.*)**ΣIA**$^2$**c***Rom.* multa **Δ** 10 quam **ENOPV**(*sed praescriptis lineis distortis* **N**)**IA**$^2$**c***Rom.* nunquam **Δ** nunc quam **M**$^4$(*ut uid.*) *uulg.* cuiquam **M**$^3$(*del.*)**GH** quam quom reliquisti *Buechelerus Mus. Rhen.* XI (*a.* 1857) *p.* 518 = *Kl. Schr.* I *p.* 61, *sed cfr Muellerus ad. l.* 13 illum redemptum *Buechelerus Mus. Rhen.* XXXIV (*a.* 1879) *p.* 355, *sed apte confertur or. in Verr.* III 56, 130 15 hirudo **A**$^2$**c** erudo **I** trudo Ω(*sed* triduo **V**, *om. spat. rel.* **P**, . 1.' . irrudo *in marg.* **s**)*Rom.* ac] et **IA**$^2$ 17 usque eo ut] iisqu(a)e **M**$^1$**m**$^1$, *corr.* **M**$^3$ 18 ut] quod *Rom.* isti nostri **M**$^1$**ms**, *corr.* **M**$^3$ isti *om. Rom.* comesatores **IA**$^2$**c***Rom.* iuuenes **A**$^2$**c** tuens Ω (*praet.***sP**) tueris **P** tuentes **sI** *Rom.* 19 et ludis et **s** et ludis **M**$^4$, *ut uid.* et ludet si Ω(*praet.* **s**)**I** et ludentes **A**$^2$**c***Rom.* 20 *adscr.* ad significationes **ds** pastori *Rom.*

12 Nunc est exspectatio comitiorum; in quae omnibus inuitis trudit noster Magnus Auli filium, atque in eo neque auctoritate neque gratia pugnat sed quibus Philippus omnia castella expugnari posse dicebat, in quae modo asellus onustus auro posset adscendere. consul autem ille deterioris histrionis similis suscepisse negotium dicitur et domi diuisores habere; quod ego non credo. sed senatus consulta duo iam facta sunt, odiosa, quod in consulem facta putantur, Catone et Domitio postulante, unum, ut apud magistratus inquiri liceret, alterum, cuius domi diuisores
13 habitarent, aduersus rem publicam. Lurco autem tribunus pl., qui magistratum simul cum lege Aelia iniit, solutus est et Aelia et Fufia, ut legem de ambitu ferret, quam ille bono auspicio claudus homo promulgauit. ita comitia in a. d. VI Kal. Sext. dilata sunt. noui est in lege hoc, ut, qui nummos in tribu pronuntiarit, si non dederit, impune sit, sin dederit, ut, quoad uiuat, singulis tribulibus HS CIↃ CIↃ CIↃ debeat. dixi hanc legem P. Clodium iam ante seruasse; pronuntiare enim solitum esse et non dare. sed heus tu, uidesne consulatum illum nostrum, quem

1 comitiorum in **bdsENOPVA**$^2$**c***Rom.* in comitiorum in **MmGH** in comitiorum causa in **I**; *cfr p.* 8, 12 quae *Corradus:* qua **ΩIA**$^2$**c***Rom.* 5 deterior *Sternkopfius in ed. Hofmanniana* 6 dicitur *om.* **O**$^1$**V** 7 ego *om. Rom.* 8 iam duo *Rom.* facta sunt putantur *media uoce deleta* **M** 10 magistratum **I** aliud *Rom.* cuius domi *Manutius:* cuiusmodi **Ω**(*sed* eiusmodi **bN**)**IA**$^2$**c***Rom.* 11 habitarent **ΩC***codd.Mal.Rom.* habitaret **I** haberent **A**$^2$**c** rem p.] renu *uel* remi **M**$^1$**m**$^1$, *corr.* **M**$^2$ 12 simul **M***corr.* **bdsΣIA**$^2$**c***Rom.* insimul **M**$^1$**m**$^1$, in *linea subducta del.* **M**$^3$, *ut uid.* *locus sine iusta causa temptatus, cfr Langeus, De legg. Aelia et Fufia, Kl. Schr.* I *p.* 319 aelia **M***corr.*(*sed del.*)**sO**$^2$**IA**$^2$**c** alia **Ω**(*praet.* **sN**)*Rom.* *lineas distortas, ut in Graecis uocibus, habet* **N** 13 Fusia **msEHNO**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.* ut **M***corr.***sIA**$^2$**c** aut **Ω**(*praet.* **s**)*Rom.* 14 comitia] omnia **bd** 15 in a. d. VI] in ad VI **M**$^3$**dEG** ui ad VI *Rom.* inadij (ma-) **M**$^1$**m**$^1$ ad VI **sHNOPVI** in VI **bA**$^2$**c** *cfr Langeus Kl. Schr.* II *p.* 221 16 tribu **Ω**(*praet.* **N**)**A**$^2$**c** *Rom.* tribum **N** tribus **I** tribubus *Wesenb. Em. alt. p.* 85 17 tribulibus **Σ**(*praet.* **P**)**C***Rom.* tribubus **ΔPIA**$^2$**c** 18 HS] sestertia *Rom.* *om.* **s** CCCC . XXXV . **IA**$^2$**c** *om.* **ms***Rom.* 19 pronuntiare] pro una re **M**$^1$**m**$^1$, *corr.* **M**$^3$ *p.* 39, 1 *adscr.* exemplum **M***corr.***dms**

Curio antea ἀποθέωσιν uocabat, si hic factus erit, fabam
mimum futurum? qua re, ut opinor, φιλοσοφητέον, id quod
tu facis, et istos consulatus non flocci facteon.
Quod ad me scribis te in Asiam statuisse non ire, 14
equidem mallem, ut ires, ac uereor, ne quid in ista re
minus commode fiat; sed tamen non possum reprehendere
consilium tuum, praesertim cum egomet in prouinciam non
sim profectus.
Epigrammatis tuis, quae in Amaltheo posuisti, con- 15
tenti erimus, praesertim cum et Thyillus nos reliquerit et
Archias nihil de me scripserit; ac uereor, ne, Lucullis quon-
iam Graecum poëma condidit, nunc ad Caecilianam fabu-
lam spectet. Antonio tuo nomine gratias egi eamque 16
epistulam Mallio dedi. ad te ideo antea rarius scripsi,
quod non habebam idoneum, cui darem, nec satis sciebam,
quo darem. ualde te uenditaui. Cincius si quid ad me 17
tui negotii detulerit, suscipiam; sed nunc magis in suo
est occupatus; in quo ego ei non desum. tu, si uno in loco

1 fabam mimum **M**$^{3}$**bdEGNO**$^{2}$**VZ**$^{1}$ fabam minimum **M**$^{1}$**m**$^{1}$**I** (-ni- *linea subducta del.* **M**$^{3}$) fabaminium **P** faba numum **H** fabam nummum **sA**$^{2}$**c** *Rom.; cfr Otto 'Sprichwörter' p.* 223, *Birtius Berl. phil. Woch.* XXXV (*a.* 1915) *p.* 669 *sq.* 2 *adscr.* philosophandum (est) **M***corr.***dms** 3 non flocci facteon **O**$^{2}$(fl- *in ras.*)**CZ**$^{1}$ non floccifacteon **V**, *plerique codd. Mal.* non elocci facteon **EG** nonelocifacteon **Mms** (*sed* none l- **M**$^{1}$, non el- **s**) non clocci fateon **H** none leciti facteon **N** non docti fatuint **P** nonne *sequ-spat.* **bdI** nonne ἐλαφητέον **A**$^{2}$**c** non ηελαφητεον *Rom.* §§ 15—18 *desunt in* **E** 9 quae **M**$^{2}$**bdsIA**$^{2}$**c***Rom.* qui **M**$^{1}$**mΣ** 10 Thyillus *Baiterus:* Thylius **VC** tilius **N** tillius **P** Thilyus **G** thiylius **O**$^{1}$(?) thlilyus **M**$^{3}$ thlilius **d** thylilius **b** Ethlilius **H** chlylius **M**$^{1}$**m** chylius **O**$^{2}$**s***Rom.* Chilius **IA**$^{2}$**c**; *cfr supra p.* 15, 2 et . . . scripserit *om.* **M**$^{1}$**m**$^{1}$, *add.* **M**$^{3}$ 11 me *om.* **bdsH** scripsit **NP** Lucullis *Bosius:* Lucullus **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.* 12 poema **M**$^{2}$**bdsO**$^{2}$**IA**$^{2}$**c***Rom.* poetam **M**$^{1}$**mΣ** 14 Malio **I** Manlio **A**$^{2}$**c***Rom.* 15 *uerba* nec . . . darem *om.* **bdG** 16 quo *Ursinus:* quoi **M** cui **msH** quod **N** quid **OPVIA**$^{2}$**c***Rom.* ualde **O**$^{2}$**A**$^{2}$**c***Rom.* (*sed* Te valde **A**$^{2}$**c**) uale **Ω**(*praet.* **P**)**Z**$^{b}$**I** male **P** uenditaui **MbdHVZ**$^{b}$ *non nulli codd. Mal.* uendicaui **msGNO** indicauit **P** uindicaui **IA**$^{2}$**c***Rom.* 18 uno in loco es **VIA**$^{2}$**c***Rom.* in uno loco es **O** una inlo es (*sed supra -a paruula* o *scripta,* n *ante* l *expuncta*) **M** una nilo es **m** una illo es **bds** (*sed* ilo **d**) una uoles **P** uno illo es **H** ilo ~~es~~ **G** es *post lineas distortas* **N**

es futurus, crebras a nobis litteras exspecta; ast plures
18 etiam ipse mittito. uelim ad me scribas, cuius modi sit Ἀμαλθεῖον tuum, quo ornatu, qua τοποθεσίᾳ, et, quae poëmata quasque historias de Ἀμαλθείᾳ habes, ad me mittas. libet mihi facere in Arpinati. ego tibi aliquid de meis scriptis mittam. nihil erat absoluti.

## XVII

## CICERO ATTICO SAL.

1 Magna mihi uarietas uoluntatis et dissimilitudo opinionis ac iudicii Quinti, fratris mei, demonstrata est ex litteris tuis, in quibus ad me epistularum illius exempla misisti. qua ex re et molestia sum tanta adfectus, quantam mihi meus amor summus erga utrumque uestrum adferre debuit, et admiratione, quidnam accidisset, quod adferret Quinto, fratri meo, aut offensionem tam grauem aut commutationem tantam uoluntatis. atque illud a me iam intellegebatur, quod te quoque ipsum discedentem a nobis suspicari uidebam, subesse nescio quid opinionis incommodae sauciumque esse animum et insedisse quasdam odiosas suspiciones. quibus ego mederi cum cuperem et antea saepe et uehementius etiam post sortitionem prouinciae, nec tantum intellegebam esse offensionis, quantum litterae tuae declararant, nec

1 ast **Ω**(*praet.* **b**)**IA**$^2$**c***Rom.* et **b** sed *Maduigius Adu. crit.* III *p.* 166, *sed u. Thes. L. L.* II *p.* 943 2 mitto **I** 3 *adscr.* amaltheum *et infra* amalthea **M***corr.***m** *adscr.* loci positione **ds** 6 Vale *add.* **IA**$^2$**c***Rom.*

EP. XVII. 10 ac] et **IA**$^2$**c** ex *om.* **s** 13 nostrum **P***Rom.* 16 iam **M**$^3$(?)**bdsΣ**(*praet.* **OP**)**A**$^2$**c** iam in te **OPI** *om.* **m***Rom.* tam ante (*uel* inte) **M**$^1$, *sed* tam *radendo in* iam *correctum,* ante *expunctum suprascripto* iam (**M**$^3$, *ut uid.*), *quod post erasum est* 17 descidentem **N** descendentem **E** discentem **H** 18 incom(m)odi **M**$^1$**P**, *corr.* **M**$^2$*al.* esse **M***corr.*(*sed del.*)**bdmsΣ***Rom.* eius **M**$^1$**IA**$^2$**c** esse eius *Lambinus* 20 ego *om.* **c** cum (*uel* quom) cuperem **M**$^4$**sΣ**(*praet.* **N**)**IA**$^2$**c***Rom.* concuperem **M**$^1$**bdmN** *prius* et **ΣIA**$^2$**c** *om.* **Δ***Rom.* 22 esse **Σ** ei esse **ΔIA**$^2$**c***Rom.* declararant **ΔGHO**$^2$**A**$^2$**c** declarant **ENO**$^1$**PVI***Rom.* declararunt *Wesenb. Em. alt. p.* 86 declarabant *Klotzius*

tantum proficiebam, quantum uolebam. sed tamen hoc 2
me ipse consolabar, quod non dubitabam, quin te ille aut
Dyrrhachi aut in istis locis uspiam uisurus esset. quod
cum accidisset, confidebam ac mihi persuaseram fore, ut
omnia placarentur inter uos non modo sermone ac dispu-
tatione sed conspectu ipso congressuque uestro. nam
quanta sit in Quinto, fratre meo, comitas, quanta iucun-
ditas, quam mollis animus et ad accipiendam et ad depo-
nendam offensionem, nihil attinet me ad te, qui ea nosti,
scribere. sed accidit perincommode, quod eum nusquam
uidisti. ualuit enim plus, quod erat illi non nullorum arti-
ficiis inculcatum, quam aut officium aut necessitudo aut
amor uester ille pristinus, qui plurimum ualere debuit.
atque huius incommodi culpa ubi resideat, facilius possum 3
existimare quam scribere; uereor enim, ne, dum defendam
meos, non parcam tuis. nam sic intellego, ut nihil a
domesticis uulneris factum sit, illud quidem, quod erat,
eos certe sanare potuisse. sed huiusce rei totius uitium,
quod aliquanto etiam latius patet, quam uidetur, praesenti
tibi commodius exponam. de iis litteris, quas ad te 4
Thessalonica misit, et de sermonibus, quos ab illo et Ro-
mae apud amicos tuos et in itinere habitos putas, ecquid
tantum causae sit, ignoro, sed omnis in tua posita est
humanitate mihi spes huius leuandae molestiae. nam si
ita statueris, et irritabiles animos esse optimorum saepe
hominum et eosdem placabiles, et esse hanc agilitatem,

2 ipsum **s**  4 audisset **M**$^3$*al.*'(*del.*)**GH**  5 nos **PI**  ac disputatione] ad disputationem **M**$^1$**m**, *corr.* **M**$^3$  6 inspectu **M**$^1$(in- *eras.*, cō- *in loco raso add.* **M**$^2$)**m***Rom.*  nostro **c**  8 *prius* et **ΣIA**$^2$**c** *om.* **Δ***Rom.*  9 quia ea **bds**  12 quam ut **M**$^1$**N**, *corr.* **M**$^1$  aut amor] ut amor **Md**$^1$  13 noster **I**  14 atque] qu(a)e **M**$^1$**m***Rom.*, *corr.* **M**$^3$  huius **Ω**(*sed* eius **N**)**CI***Rom.*  huiusmodi **A**$^2$**c**  culpa] causa **P**  15 extumare **Mm**  estimare *Rom.*  ne] ut **bs**  16 ut] ut non *Rom.* *om.* **I**  18 uitium totius **IA**$^2$**c**  20 iis **OV***Rom.*  hijs **N**  his *rell.*  tuis *post* litteris *add.* **OPV**  21 Thessalonica *uulg.*: Thessalonicam **ΩIA**$^2$**c***Rom.*  *posterius* et *om.* **bds**  22 ecquid *Manutius*: et quid **ΩIA**$^2$**c***Rom.* (ecquid . . . ignoro *om.* **GH**)  25 esse *post* ita *add.* **IA**$^2$*Rom.*  26 saepe *post* eosdem *add.* *Rom.*

ut ita dicam, mollitiamque naturae plerumque bonitatis et, id quod caput est, nobis inter nos nostra siue incommoda siue uitia siue iniurias esse tolerandas, facile haec, quem ad modum spero, mitigabuntur; quod ego ut facias te oro. nam ad me, qui te unice diligo, maxime pertinet neminem esse meorum, qui aut te non amet aut abs te non ametur.

5 Illa pars epistulae tuae minime fuit necessaria, in qua exponis, quas facultates aut prouincialium aut urbanorum commodorum et aliis temporibus et me ipso consule praetermiseris. mihi enim perspecta est et ingenuitas et magnitudo animi tui; neque ego inter me atque te quidquam interesse umquam duxi praeter uoluntatem institutae uitae, quod me ambitio quaedam ad honorum studium, te autem alia minime reprehendenda ratio ad honestum otium duxit. uera quidem laude probitatis, diligentiae, religionis neque me tibi neque quemquam antepono, amoris uero erga me, cum a fraterno amore domesticoque discessi, tibi primas
6 defero. uidi enim, uidi penitusque perspexi in meis uariis temporibus et sollicitudines et laetitias tuas. fuit mihi saepe et laudis nostrae gratulatio tua iucunda et timoris consolatio grata. quin mihi nunc te absente non solum consilium, quo tu excellis, sed etiam sermonis communicatio, quae mihi suauissima tecum solet esse, maxime deest — quid dicam? in publicane re, quo in genere mihi neglegenti esse non licet, an in forensi labore, quem antea propter ambitionem sustinebam, nunc, ut dignitatem tueri gratia possim, an in ipsis domesticis negotiis, in quibus ego cum antea tum uero post discessum fratris te sermo-

1 mollitiemque **HIA**$^{2}$**c***Rom.* bonitatis s, *Aldus Nepos:* bonitati Ω(*praet.* **s**)**IA**$^{2}$**c***Rom.* 4 oro Ω(*praet.* **H**)**C***Rom.* rogo **HIA**$^{2}$**c** 8 prouincialium **A**$^{2}$**c** prouinciarum Ω**I***Rom.* 10 et Σ**IA**$^{2}$**c** *om.* Δ*Rom.* ingenuitas **M**$^{3}$**bds**Σ**F***Ant.***CZ**$^{1}$**I** integritas **M**$^{1}$**mA**$^{2}$**c***Rom.; u. Comm. Tull. p.* 34 13 bonorum **GHNI** 15 probitatis integritatis diligentiae **c** 17 amore **M***corr.***msHPIA**$^{2}$**c***Rom.* more **M**$^{1}$**bdEGNOV** *del. Ernestius; u. Muell. ad l.* 19 mihi] enim **I** enim mihi **A**$^{2}$**c** 20 timoris] honoris **I** 21 quin Σ**IA**$^{2}$**c** qui Δ*Rom.* 24 publicane re **Z**$^{b}$ publica re Ω**IA**$^{2}$**c***Rom.* (*sed* re p. **P**) 25 negligentem **NA**$^{2}$(*in marg.*) 27 *prius* in Σ**IA**$^{2}$**c** *om.* Δ*Rom.*

nesque nostros desidero? postremo non labor meus, non requies, non negotium, non otium, non forenses res, non domesticae, ⟨non publicae⟩, non priuatae carere diutius tuo suauissimo atque amantissimo consilio ac sermone possunt.

Atque harum rerum commemorationem uerecundia 7
saepe impediuit utriusque nostrum; nunc autem ea fuit necessaria propter eam partem epistulae tuae, per quam te ac mores tuos mihi purgatos ac probatos esse uoluisti. atque in ista incommoditate alienati illius animi et offensi illud inest tamen commodi, quod et mihi et ceteris amicis tuis nota fuit et abs te aliquanto ante testificata tua uoluntas omittendae prouinciae, ut, quod una non estis, non dissensione ac discidio uestro sed uoluntate ac iudicio tuo factum esse uideatur. qua re et illa, quae uiolata, expiabuntur et haec nostra, quae sunt sanctissime conseruata, suam religionem obtinebunt.

Nos hic in re publica infirma, misera commutabilique 8
uersamur. credo enim te audisse nostros equites paene a senatu esse disiunctos; qui primum illud ualde grauiter tulerunt, promulgatum ex senatus consulto fuisse, ut de eis, qui ob iudicandum accepissent, quaereretur. qua in re decernenda cum ego casu non adfuissem sensissemque id equestrem ordinem ferre moleste neque aperte dicere, obiurgaui senatum, ut mihi uisus sum, summa cum auctoritate et in causa non uerecunda admodum grauis et copi-

2 non etiam otium **PIA**$^2$**c** non domesticae *om.* **G** 3 non publicae *add. uulg.* *om.* **ΩIA**$^2$**c***Rom.* 4 atque amantissimo *om.* **G** 9 incommoditate **Ω**(*praet.* **EN**)**CI** commoditate **EN** incommodatione **mA**$^2$**c***Rom.* 10 incommodi **I** 11 aliquanto **C** aliquando **ΔGOVIA**$^2$**c***Rom.* aln̄ **E** aliqn̄ **HN** aliquan̊ **P** ante *post* aliquanto (-do) *add.* **EGHNC**, *post* testificata **OP**, *post* te **I**, *om.* **ΔVA**$^2$**c***Rom.* 13 dissidio **M**$^1$**mIA**$^2$**c***Rom.* disidio **EH** diffidio **N** factum tuo **c** 15 quae sunt *om.* **GH** sanctissime sunt **OV** 19 ualde *om.* **GHNI** 21 pecuniam *ante* accepissent *add.* **IA**$^2$**c**, *om.* **ΩZ**$^1$ *codd. Mal., Rom.; cfr Comm. Tull. p.* 66 22 discernenda **I** 24 uisus sum summa **M**$^3$(?)**bdEOPVIA**$^2$**c***Rom.* uisus summa **M**$^1$(*ut uid.; -s eras., -m in loco raso add.* **M***corr.*)**sGH** uisum summa **M***corr.*(*post* ui- *del.*, uisus *suprascr.* **M**$^3$, *ut uid.*)**mN**

9 osus fui. ecce aliae deliciae equitum uix ferendae! quas
ego non solum tuli sed etiam ornaui. Asiam qui de cen-
soribus conduxerunt, questi sunt in senatu se cupiditate
prolapsos nimium magno conduxisse; ut induceretur loca-
tio, postulauerunt. ego princeps in adiutoribus atque adeo
secundus; nam ut illi auderent hoc postulare, Crassus eos
impulit. inuidiosa res, turpis postulatio et confessio teme-
ritatis. summum erat periculum, ne, si nihil impetrassent,
plane alienarentur a senatu. huic quoque rei subuentum
est maxime a nobis perfectumque, ut frequentissimo senatu
et liberalissimo uterentur, multaque a me de ordinum digni-
tate et concordia dicta sunt Kal. Dec. et postridie. neque
adhuc res confecta est, sed uoluntas senatus perspecta.
unus enim contra dixerat Metellus consul designatus, erat-
que dicturus, ad quem propter diei breuitatem peruentum
10 non est, heros ille noster Cato. sic ego conseruans ratio-
nem institutionemque nostram tueor, ut possum, illam a
me conglutinatam concordiam. sed tamen, quoniam ista
sunt tam infirma, munitur quaedam nobis ad retinendas
opes nostras tuta, ut spero, uia, quam tibi litteris satis
explicare non possum, significatione parua ostendam tamen:
utor Pompeio familiarissime. uideo, quid dicas. cauebo,
quae sunt cauenda, ac scribam alias ad te de meis consiliis
capessendae rei publicae plura.

11 Lucceium scito consulatum habere in animo statim
petere. duo enim soli dicuntur petituri, Caesar — cum

2 Asiam **GPV***Ant.* Asiani **ΔEHNIA**$^{2}$**c***Rom.* 3 conduxerant *Bosius* cupiditate damnatos prolapsos *media uoce deleta* **M** 4 locucio **N** collocatio **M**$^{3}$(*del.*)**GH** 6 auderent **M**$^{4}$(*ut uid.*)**A**$^{2}$**c** laudarent **Ω**(*sed* l- *eras.*, a *ante* r *del.*, e *suprascr.* **M***corr.*)**I***Rom.* hoc postulare *om.* **c** 10 ut] ut quam **bds** 11 liberalissimo **Σ**(*praet.* **G**)**C** liberatissimo **M**$^{3}$(*del.*)**G** libentissimo **ΔIA**$^{2}$**c***Rom.* 12 kl' septemb'r al' decemb'r **N** 14 eratque *Bitschofskius Zeitschr. f. d. öst. Gymn.* XXXVII (*a.* 1886) *p.* 423: qui erat **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.* unusque erat *Lehmannus Quaest. Tull. p.* 48 atque erat *coni. Bootius* 18 tamen *om.* **m***Rom.* quamquam *Rom.* 19 tam infirma **EO**$^{1}$**PV** tamen firma **Δ**(*praet.* s)**GO**$^{2}$*Rom.* tam firma **HIA**$^{2}$**c** firma **sN** 20 satis litteris **N** litteris (*om.* satis) **H** 21 tamen parua ostendam **OV** 26 *distinxit Lehmannus de Cic:is ad Att. epp. p.* 206

eo coire per Arrium cogitat — et Bibulus — cum hoc se putat per C. Pisonem posse coniungi. rides? non sunt haec ridicula, mihi crede. quid aliud scribam ad te? quid? multa sunt, sed in aliud † tempus te exspectare uelis, cures ut sciam. iam illud modeste rogo, quod maxime cupio, ut quam primum uenias. Non. Dec.

## XVIII

## CICERO ATTICO SAL.

Nihil mihi nunc scito tam deesse quam hominem I eum, quocum omnia, quae me cura aliqua adficiunt, una communicem, qui me amet, qui sapiat, quicum ego colloquar, nihil fingam, nihil dissimulem, nihil obtegam. abest enim frater ἀφελέστατος et amantissimus. Metellus non homo sed

lítus atque áër et sólitudó mera.

Tu autem, qui saepissime curam et angorem animi mei sermone et consilio leuasti tuo, qui mihi et in publica

4 sed si in **A**$^2$**c***Rom.* te exspectare **M**$^3$(*sed* te *post del.*)**EGHOVIA**$^2$**c** quoad te exspectare **P** exspectare **M**$^1$**msN***Rom.* uelis **Ω**(*praet.* **b**)**C***Rom.* uelim **bIA**$^2$**c** *scripsisse uidetur fere hoc:* in aliud tempus (*sc.* differo). tu fac ut nos quod ad tempus te *eqs.** 5 modeste **Ω**(*praet.* **G**)**C***codd.Mal.Rom.* moleste **GIA**$^2$**c** 6 uale *add.* **IA**$^2$**c***Rom.*

EP. XVIII. 10 eum **M***corr.***bdmsEHO**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.* meum **M**$^1$**GNO**$^1$**PV** una] uno *C. F. W. Muellerus, cfr adn. ad h. l. et ad Cic.s de off.* I: 17, 57, *del. Ernestius; cfr Vahlenus Herm.* XXXIII (*a.* 1898) *p.* 246, *Reidius Hermath.* XXX (*a.* 1904) *p.* 105 11 ego cōloquar **M**$^1$ ego colloquar **Σ**(*praet.* **N**)*Rom.* etiam loquar **bds** ego etiam loquar **M**$^2$(et *cum arcu in ras.*)**N** ego & loquar (*sed* & *del.*, col *suprascr.*) **m** colloquar **I** loquar **A**$^2$**c** ego ut mecum loquar *Peerlkampius apud Bootium* (*cfr etiam Leo, Monolog im Drama p.* 112) *septenarium initio mutilum* ⏓ ⏑ qui me amét, qui s., qúicum ego ut mecúm loquar *constituens* ego ex animo loquar *H. A. Kochius progr. Putb.* 1855 *p.* 12, *prob. Vahlenus Op.* I *p.* 97; *alii alia coniectarunt*

13 *adscr.* purissimus **M***corr.***dms** Metellus] *cfr Vahlenus Op.* I *p.* 99

15 *Trag. Rom. Fragm. p.* 298 *Ribb.*$^3$ mera **IA**$^2$**c** mea **Ω**(*praet.* **m**)**C** *om.* **m***Rom.* 16 et] ut **M**$^1$**dGN**, *corr.* **M**$^2$ ac **P** 17 tuo leuasti tuo *prima uoce deleta* **M**

re socius et in priuatis omnibus conscius et omnium meorum sermonum et consiliorum particeps esse soles, ubinam es? ita sum ab omnibus destitutus, ut tantum requietis habeam, quantum cum uxore et filiola et mellito Cicerone consumitur. nam illae ambitiosae nostrae fucosaeque amicitiae sunt in quodam splendore forensi, fructum domesticum non habent. itaque, cum bene completa domus est tempore matutino, cum ad forum stipati gregibus amicorum descendimus, reperire ex magna turba neminem possumus, quocum aut iocari libere aut suspirare familiariter possimus. qua re te exspectamus, te desideramus, te iam etiam arcessimus. multa sunt enim, quae me sollicitant anguntque, quae mihi uideor aures nactus tuas unius ambulationis sermone exhaurire posse.

2 Ac domesticarum quidem sollicitudinum aculeos omnes et scrupulos occultabo neque ego huic epistulae atque ignoto tabellario committam. atque hi — nolo enim te permoueri — non sunt permolesti, sed tamen insident et urgent et nullius amantis consilio aut sermone requiescunt; in re publica uero, quamquam animus est praesens, tamen uulnus etiam atque etiam ipsa medicina efficit. nam ut ea breuiter, quae post tuum discessum acta sunt, colligam, iam exclames necesse est res Romanas diutius stare non posse. etenim post profectionem tuam primus, ut opinor, introitus fuit fabulae Clodianae, in qua ego nactus, ut mihi

1 in re p. **sV** omnium meorum sermonum] omnium eorum sermonum **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ eorum meorum sermonum **bd** omnium rerum meorum **N** 4 et cum filiola **N** 8 forum **ΩIA**$^2$**c***Rom.* eorum **Z**$^1$ 9 reperire] *hinc usque ad* et talis 19, 11 *deficiunt* **Mm** Hic deficit complementum et al' magna epistula *adscr.* **M**$^2$; *u. Comm. Tull. pp.* 18 *et* 49 12 arcessimus **Ω** (*praet.* **P**)**C** accersimus **PIA**$^2$**c***Rom.* 13 anguntque qu(a)e **Z**$^1$**IA**$^2$**c***Rom.* anguntque *uel* angunt qu(a)e **Ω** 16 huic] hui(u)sce **bdsGH** 18 et tamen **O**$^1$**PV** insidiant **bdsGH** 21 uolnus *Sternkopfius, Cic:s Korrespondenz aus d. J.* 68—60 (*Progr. Elberf.* 1889) *p.* 19, *Leo Ind. lect. Gott.* 1892 *p.* 10: uoluntas **ΩIA**$^2$**c***Rom.* medicinam **Z**$^b$**A**$^2$**c** me **s** deficit **s** 25 fuit **ENO**$^1$**PV** fuit in causam **bdsGHO**$^2$**IA**$^2$**c** fuit in causa *Rom.*; *u. Comm. Tull. p.* 149

uidebar, locum resecandae libidinis et coërcendae iuuentutis uehemens flaui et omnes profudi uires animi atque ingenii mei, non odio adductus alicuius sed spe non corrigendae sed sanandae ciuitatis. adflicta res publica est 3
empto constupratoque iudicio. uide, quae sint postea consecuta. consul est impositus is nobis, quem nemo praeter nos philosophos adspicere sine suspiritu posset. quantum hoc uulnus! facto senatus consulto de ambitu, de iudiciis nulla lex perlata, exagitatus senatus, alienati equites Romani [quod erat qui ob rem iudicandam]. sic ille annus duo firmamenta rei publicae per me unum constituta euertit; nam et senatus auctoritatem abiecit et ordinum concordiam disiunxit. instat hic nunc annus egregius. eius initium eius modi fuit, ut anniuersaria sacra Iuuentatis non committerentur; nam M. Luculli uxorem Memmius suis sacris initiauit. Menelaus aegre id passus diuortium fecit. quamquam ille pastor Idaeus Menelaum solum contempserat, hic noster Paris tam Menelaum quam Agamemnonem liberum non putauit. est autem C. Herennius quidam 4
tribunus pl., quem tu fortasse ne nosti quidem; tametsi potes nosse, tribulis enim tuus est, et Sextus, pater eius,

2 flaui **C**, *cfr ad Att.* II 16, 2 φυσᾷ, *Quint. I. O.* XII 6, 5 faui **dGHNO**$^2$(?) fui **bsEO**$^1$(?)**PVIAc**$^2$*Rom.*, *uulg.* 3 sed spe non corrigendae sed sanandae **ENOPV**(*sed* seruandae **N**)**IA**$^2$**c***Rom.* sed non corrigendae sed sanandae (*om.* spe) **bdGH** (*sed* sedandae **G**) sed spero non corrigendae sed sanandae **Z**$^1$ 'in Tornesiano exaratum erat spere corrigendæ, non, ut falso tradit Lambinus, spero corrigendæ' *Bosius* sed animo corrigendae et sanandae **s** sed spe corrigendae et sanandae *Lambinus* 5 stupratoque **dGH***Rom.* stuprato **bs** 6 nobis is **dsGH***Rom.* 7 suspiritu **Z**$^b$ sispiritu **Z**$^1$ suspirio **ΩIA**$^2$**c***Rom.*; *u. Naegelsb. Stil.*$^9$ *p.* 230 possit *Faërnus* 10 quod erat qui (quidem **HIA**$^2$**c**, *om.* **bds**) ob rem iudicandam *glossema ad u.* senatus consulto . . . de iudiciis *spectans iam in* Ω *irrepsisse consensus codicum documento est, cfr Comm. Tull. p.* 156 *sq.; u. supra p.* 43, 20 13 annus **ENOPV** ille annus (*ex u.* 10) **bdsGHIA**$^2$**c***Rom.* 14 Iuuentatis *Lambinus*: iuuentutis Ω (*praet.* **H**) iuuentuti **HIA**$^2$**c***Rom.* 16 initiauit **bds**$^1$**ENOVCI***Rom.* uitiauit **s**$^2$**GHA**$^2$**c** nuntiauit **P** 19 C. Cerennius **c** quidem **IA**$^2$**c***Rom.* 21 potes **sENOPVF***Ant.Rom.* potens **bdGH** (*sed fort.* poteris **d**) poteris **IA**$^2$**c** tribulus **bd**$^1$**sGHI***Rom.*

nummos uobis diuidere solebat. is ad plebem P. Clodium
traducit idemque refert, ut uniuersus populus in campo
Martio suffragium de re Clodi ferat. hunc ego accepi in
5 senatu, ut soleo, sed nihil est illo homine lentius. Metellus
est consul egregius et nos amat, sed imminuit auctorita-
tem suam, quod habet dicis causa promulgatum illud idem
de Clodio. Auli autem filius, o di immortales! quam igna-
uus ac sine animo miles! quam dignus, qui Palicano, sicut
6 facit, os ad male audiendum cottidie praebeat! agraria
autem promulgata est a Flauio, sane leuis, eadem fere,
quae fuit Plotia. sed interea πολιτικὸς ἀνὴρ οὐδ' ὄναρ quis-
quam inueniri potest; qui poterat, familiaris noster — sic
est enim, uolo te hoc scire — Pompeius togulam illam
pictam silentio tuetur suam. Crassus uerbum nullum contra
gratiam. ceteros iam nosti; qui ita sunt stulti, ut amissa
re publica piscinas suas fore saluas sperare uideantur.
7 unus est, qui curet constantia magis et integritate quam,
ut mihi uidetur, consilio aut ingenio, Cato; qui miseros
publicanos, quos habuit amantissimos sui, tertium iam men-
sem uexat neque iis a senatu responsum dari patitur. ita
nos cogimur reliquis de rebus nihil decernere, antequam
publicanis responsum sit. qua re etiam legationes reiectum
iri puto.

8 Nunc uides, quibus fluctibus iactemur, et si ex iis,

2 refert **ENO**$^{1}$**PVIA**$^{2}$**c** fert **bdsGHO**$^{2}$*Rom.* 3 Clodii **A**$^{2}$**c***Rom.* C. **ΩI** 6 habet dicis causa *Lambinus:* habet dicis causam **EPZ**$^{1}$ *cod. Pithoei* habet dicit causam **bdGHVI** habet ut dicit causam **s** habet dicere causam **N** **O** *n. l.* habere dicit causam **A**$^{2}$**c***Rom.* 6 promulgatam. Illud **ΩIA**$^{2}$**c** *Rom.* 7 Auli autem filius] Anti(i) (*uel* auti) autem filius **Ω**(*praet.* **P**)*Rom.* autumat filius **C** eius autem filius **P** Cincij autem filius **s**$^{2}$ auet filius **I** auet **A**$^{2}$**c** 8 ac] et **NV** 10 eadem fere *om. spat. rel.* **P** 11 *Graeca om.* **bd** 12 qui semel poterat **O**$^{1}$**PVI** 13 uolo . . . scire *om.* **E** togulam **C** tegulam **PIA**$^{2}$**c** legulam **Ω**(*praet.* **P**)*Rom.* 14 contra C. gratiam **I** 20 responsum dari] pesundari **P** 21 nihil *om.* **P** 22 reiectum **IA**$^{2}$**c** relectum **GHOV** relictum **bdsENP***Rom.*

quae scripsimus tanta, etiam a me non scripta perspicis, reuise nos aliquando et, quamquam sunt haec fugienda, quo te uoco, tamen fac, ut amorem nostrum tanti aestimes, ut eo uel cum his molestiis peruenire uelis. nam ne absens censeare, curabo edicendum et proponendum locis omnibus; sub lustrum autem censeri germani negotiatoris est. qua re cura, ut te quam primum uideamus. XI Kal. Febr. Q. Metello L. Afranio coss.

## XIX

## CICERO ATTICO SAL.

Non modo si mihi tantum esset otii, quantum est tibi, I
uerum etiam si tam breues epistulas uellem mittere, quam tu soles, facile te superarem et in scribendo multo essem crebrior quam tu. sed ad summas atque incredibiles occupationes meas accedit, quod nullam a me † solo epistulam ad te sino absque argumento ac sententia peruenire. et primum tibi, ut aequum est ciui amanti patriam, quae

1 tanta es perspicacitate etiam *Rom.* *cfr Wesenbergius Em. p.* 7 *sq., Reidius l. l. p.* 108 perspicis reuise **s**$^{2}$**P** perspicis. Reuise **IA**$^{2}$**c** perspicis creuisse **ENV** (*sed* percipis **V**) perspici scire uisse **bds**$^{1}$**GH** (-cis **H**) perspicis. Sed reuise *Rom.* 4 perfrui *Bosius* uelis] possis **P** 7 quam plurimum **dG** uale *ante* XI *add.* **IA**$^{2}$**c***Rom.* 8 Q. Metello . . . coss. *om.* **E** L.] et L. **PIA**$^{2}$**c** *cfr ad p.* 20, 15

EP. XIX. 11 *Desunt* **Mm** *usque ad* est talis *p.* 54, 10, *u. supra ad p.* 46, 9 12 uellem *Ernestius:* uelim **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.* quam **P**, *Manutius:* quem **N** quod **Ω**(*praet.* **NP**)**IA**$^{2}$**c***Rom.; totum locum ita dant* **O**$^{1}$**V**: breuis epistula ad me mitteretur quod *eqs.* 13 facile *Manutius:* facere **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.* scribendo *Muretus:* scripto **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.* 15 solo **bdENOPVI***Rom.* soleo **GH** *om.* **sA**$^{2}$**c** uolo *Baiterus* 16 sino absque **sENOPVIA**$^{2}$**c***Rom.* sine absque **dG** sine et absque **H** absque *Woelfflinus Mus. Rhen.* XXXVII (*a.* 1882) *p.* 97, *Praunius Arch. Woelffl.* VI *p.* 202 sine **b**, *Baiterus, cfr Wackernagelius Indog. Forsch.* I *p.* 417, *Lejayus, Rev. de Phil.* XXXVI (*a.* 1912) *p.* 259 *alii alia temptarunt, uelut* a me soleo epistulam ad te sinere absque argumento *eqs. Plasbergius Woch. f. kl. Phil.* XVI (*a.* 1899) *p.* 321 a me epistulam ad te sino absque (*uel* sine) argumento *alii; locus nondum sanatus uidetur* peruenire **C** euenire **Ω**(*praet.* **E**)*Rom.* uenire **EIA**$^{2}$**c**

sint in re publica, exponam; deinde, quoniam nos amore tibi proximi sumus, scribemus etiam de nobis ea, quae scire te non nolle arbitramur.

2 Atque in re publica nunc quidem maxime Gallici belli uersatur metus. nam Haedui, fratres nostri, pugnam nuper malam pugnarunt, et ⟨Heluetii⟩ sine dubio sunt in armis excursionesque in prouinciam faciunt. senatus decreuit, ut consules duas Gallias sortirentur, dilectus haberetur, uacationes ne ualerent, legati cum auctoritate mitterentur, qui adirent Galliae ciuitates darentque operam, ne eae se cum Heluetiis coniungerent. legati sunt Q. Metellus Creticus et L. Flaccus et, τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, Lentulus,
3 Clodiani filius. atque hoc loco illud non queo praeterire, quod, cum de consularibus mea prima sors exisset, una uoce senatus frequens retinendum me in urbe censuit. hoc idem post me Pompeio accidit, ut nos duo quasi pignora rei publicae retineri uideremur. quid enim ego aliorum in me ἐπιφωνήματα exspectem, cum haec domi nascantur?

4 Urbanae autem res se sic habent. agraria lex a Flauio tribuno pl. uehementer agitabatur auctore Pompeio; quae nihil populare habebat praeter auctorem. ex hac ego lege secunda contionis uoluntate omnia illa tollebam, quae ad

1 sint Ω(*praet.* **sE**)**c** sic̄ **E** sunt **sIA**²*Rom.* nos amore tibi **ENOPV** tibi amore nos **bdsGHIA**²**c***Rom.* 3 non *om.* **c** 4 maxime *om.* **s** 5 Hedui **c***Rom.* Edui **IA**² hedues **bdsEV** edues **N** he due **G** hi helues **H** haec duos **P** pugnam *Kochius Zeitschr. f. d. Gymn. Wes.* XIV (*a.* 1860) *p.* 882, *Maduigius Adu.* III *p.* 167: pugnant **ΩIA**²**c***Rom.* nuper malam *Meutznerus Ann. Phil.* LXXXIX (*a.* 1864) *p.* 165: puer malam **Z**¹ puermale **Z**ᵇ pueri malam **ΣI** (*sed* in alam **GHI**, male **N**) pueri in ala mihi **bds** Sequani male **A**²**c***Rom.* permalam *Kochius et Maduigius ll. ll.* 6 impugnarunt **OV** Heluetii **A**²**c***Rom.* *om.* Ω(*spat. rel.* **N**)**I** 8 dilectus **EO** delectus *rell.* 10 eae *om.* (*spat. rel.*) *Rom.* cum Heluetiis se **IA**²**c** 11 coniungerent Σ(*praet.* **GH**)**C***Rom.* iungerent **bds** **IA**²**c** iungere **GH** 12 L. Cneus Flaccus **I** et *om.* **IA**²**c** *adscr.* in lente unguentum **ds** 13 Clodiani *Sigonius*: Clodiae **ΩZ**¹**IA**²**c***Rom.* 18 *adscr.* inclamationes **s** nascantur **N** innascantur Ω(*praet.* **N**, *sed-* unt- **H**)**IA**²**c** *Rom.** 19 se sic **Ω** (*praet.* **E**) sic se **EIA**²**c***Rom.*

priuatorum incommodum pertinebant; liberabam agrum eum, qui P. Mucio L. Calpurnio consulibus publicus fuisset; Sullanorum hominum possessiones confirmabam; Volaterranos et Arretinos, quorum agrum Sulla publicarat neque diuiserat, in sua possessione retinebam; unam rationem non reiciebam, ut ager hac aduenticia pecunia emeretur, quae ex nouis uectigalibus per quinquennium reciperetur. huic toti rationi agrariae senatus aduersabatur suspicans Pompeio nouam quandam potentiam quaeri; Pompeius uero ad uoluntatem perferendae legis incubuerat. ego autem magna cum agrariorum gratia confirmabam omnium priuatorum possessiones; is enim est noster exercitus, hominum, ut tute scis, locupletium; populo autem Pompeioque — nam id quoque uolebam — satis faciebam emptione, qua constituta diligenter et sentinam urbis exhauriri et Italiae solitudinem frequentari posse arbitrabar. sed haec tota res interpellata bello refrixerat. Metellus est consul sane bonus et nos admodum diligit; ille alter nihil ita est, ut plane, quid emerit, nesciat. haec sunt in re 5 publica, nisi etiam illud ad rem publicam putas pertinere, Herennium quendam, tribunum pl., tribulem tuum, sane hominem nequam atque egentem, saepe iam de P. Clodio ad plebem traducendo agere coepisse. huic frequenter interceditur. haec sunt, ut opinor, in re publica.

Ego autem, ut semel Nonarum illarum Decembrium 6 iunctam inuidia ac multorum inimicitiis eximiam quandam atque immortalem gloriam consecutus sum, non destiti eadem animi magnitudine in re publica uersari et illam

1 liberabam *Manutius*: liberaram **Ω**(*praet.* **P**, *sed* -rara **N**)**IA$^2$c***Rom.* liberum **P** 4 Arretinos *Ant. Augustinus*: Arteminos **bdΣ***Ant.***I***Rom.* ariminos **s** Aterninos **F** Artemitanos **A$^2$c** 13 Pompeioque **EPVIA$^2$c** Pompeique **O** Pompeio **bdGH** et Pompeio **sN***Rom.*, *uulg.* 15 exhausi *Rom.* 18 ni(hi)l ita **ΩCI** ita nihil **A$^2$c***Rom.* 19 quid emerit **C** quidem erit **bdGHP** quid est erit **O$^1$V** (est *del.* **O$^2$**) quid erit **NIA$^2$c***Rom.* quid sit **s** 20 illud etiam **IA$^2$c** putes **IA$^2$c** 24 *uerba* haec . . . publica *non nullis suspecta def. Lehmannus Quaest. Tull. p.* 72 25 illarum Nonarum **IA$^2$c** 26 iuncta **I** inuidiae **A$^2$c**

institutam ac susceptam dignitatem tueri; sed postea quam
primum Clodi absolutione leuitatem infirmitatemque iudi-
ciorum perspexi, deinde uidi nostros publicanos facile a
senatu disiungi, quamquam a me ipso non diuellerentur,
tum autem beatos homines, hos piscinarios dico, amicos
tuos, non obscure nobis inuidere, putaui mihi maiores
7 quasdam opes et firmiora praesidia esse quaerenda. ita-
que primum eum, qui nimium diu de rebus nostris tacuerat,
Pompeium, adduxi in eam uoluntatem, ut in senatu non
semel sed saepe multisque uerbis huius mihi salutem im-
perii atque orbis terrarum adiudicarit. quod non tam
interfuit mea — neque enim illae res aut ita sunt obscu-
rae, ut testimonium, aut ita dubiae, ut laudationem desi-
derent — quam rei publicae, quod erant quidam improbi,
qui contentionem fore aliquam mihi cum Pompeio ex rerum
illarum dissensione arbitrarentur. cum hoc ego me tanta
familiaritate coniunxi, ut uterque nostrum in sua ratione
munitior et in re publica firmior hac coniunctione esse
8 possit. odia autem illa libidinosae et delicatae iuuentutis,
quae erant in me incitata, sic mitigata sunt comitate qua-
dam mea, me unum ut omnes illi colant. nihil iam deni-
que a me asperum in quemquam fit nec tamen quidquam
populare ac dissolutum, sed ita temperata tota ratio est,
ut rei publicae constantiam praestem, priuatis meis rebus
propter infirmitatem bonorum, iniquitatem maleuolorum,
odium in me improborum adhibeam quandam cautionem
et diligentiam atque ita, tametsi his nouis amicitiis impli-

5 piscinarios] *cfr Macrob. Saturn.* III 15, 6 piscinas autem quam refertas habuerint pretiosissimis piscibus Romani illi nobilissimi principes, Lucullus, Philippus et Hortensius, quos Cicero piscinarios appellat

10 huius *Manutius:* suis **ΩIA$^2$c***Rom.* 15 illarum rerum **IA$^2$c** 18 in re] res *I. F. Gronouius* 20 quadam comitate **IA$^2$c** 22 fit **EA$^2$c** sit **Ω** (*praet.* **E**)**I***Rom.* 24 meis rebus **bdsEGHN***Rom.* rebus meis **OPVIA$^2$c**

25 maleuolorum (*uel* mali-) **ΩC***Ant.Rom.* malorum **IA$^2$c** 27 tametsi his *Buechelerus Q. Cic:s rel. p.* 51, *Bootius:* tametsi (tam et si) eis **bdsGHVI** *Rom.* (*sed* eius **I**), *Schirmerus Philol.* XL (*a.* 1881) *p.* 383 tamen si eis **EO$^1$PZ$^1$** (atque ita tamen si eis nouis amicitiis *ex* **Z** *adfert Lambinus,* atque ita tamen *Bosius*) tamen et si eis (*sic*) **O$^2$** cum si eis **N** tamen **A$^2$c** tamen istis *Wesenb. Em. Alt. p.* 86

cati sumus, ut crebro mihi uafer ille Siculus insusurret Epicharmus cantilenam illam suam:

νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τᾶν φρενῶν.

ac nostrae quidem rationis ac uitae quasi quandam formam, ut opinor, uides.

De tuo autem negotio saepe ad me scribis; cui mederi 9
nunc non possumus. est enim illud senatus consultum summa pedariorum uoluntate, nullius nostrum auctoritate factum. nam quod me esse ad scribendum uides, ex ipso senatus consulto intellegere potes aliam rem tum relatam, hoc autem de populis liberis sine causa additum. et ita factum est a P. Seruilio filio, qui in postremis sententiam dixit, sed immutari hoc tempore non potest. itaque conuentus, qui initio celebrabantur, iam diu fieri desierunt. tu si tuis blanditiis tamen a Sicyoniis nummulorum aliquid expresseris, uelim me facias certiorem.

Commentarium consulatus mei Graece compositum 10
misi ad te. in quo si quid erit, quod homini Attico minus Graecum eruditumque uideatur, non dicam, quod tibi, ut opinor, Panhormi Lucullus de suis historiis dixerat, se, quo facilius illas probaret Romani hominis esse, idcirco barbara quaedam et soloeca dispersisse; apud me si quid erit eius modi, me imprudente erit et inuito. Latinum si perfecero, ad te mittam. tertium poëma exspectato, ne quod genus a me ipso laudis meae praetermittatur. hic tu caue dicas:

2 Epicharmus *del. Manutius, alii, sed cfr Vahlenus Op.* II *p.* 129
3 *Com. Graec. Fragm.* I: 1, 250 *Kaib.* **ΝΙΦΕ GOP** νιφε **s***Rom.* νῆφε **A**$^2$**c** **ΑΡΟΡΑ GO** **ΑΡΟΜΑ P** διρορα **s** ἀνέρα (*sequ.* φρονοῦντα ταῦτα, *corr.* **C**) **A**$^2$**c** τᾶν *Dio Chrysostomus:* **ΤΩΝ** *uel* τῶν **sGOPC***Rom.* *Graeca om.* **bd**
9 me non esse **A**$^2$**c** ad scribendum] ascribendum **C** a(d)scriptum **A**$^2$**c**
11 sine causa] S. C. (*i. e.* senatus consulto) *coni. Orellius sed cfr Muellerus ad h. l.* 14 celebrabantur **ENO**$^2$**PIA**$^2$**c***Rom.* celebrantur **bdsGHO**$^1$**V** 15 si *om.* **bdsGH***Rom.* a] an a *Rom.* 22 sol(o)eca **EGO**$^2$**PV** *Rom.* soleta **d**$^1$ obsoleta **bd**$^2$**sIA**$^2$**c** aboleta **H** σολοιxα **O** (*in marg.*) *codd. Mal.* (σόλ-) *om. adscriptis lineis distortis* **N** dispersisse **ΩZ**$^1$**IA**$^2$**c***Rom.* adspersisse *alii*

τίς πατέρ' αἰνήσει; si est enim apud homines quidquam, quod potius si⟨t⟩, laudetur, nos uituperemur, qui non potius alia laudemus. quamquam non ἐγκωμιαστικά sunt haec sed ἱστορικά, quae scribimus.

11 Quintus frater purgat se mihi per litteras et adfirmat nihil a se cuiquam de te secus esse dictum. uerum haec nobis coram summa cura et diligentia sunt agenda; tu modo nos reuise aliquando. Cossinius hic, cui dedi litteras, ualde mihi bonus homo et non leuis et amans tui uisus est et talis, qualem esse eum tuae mihi litterae nuntiarant. Id. Mart.

## XX

### CICERO ATTICO SAL.

1 Cum ⟨e⟩ Pompeiano me Romam recepissem a. d. IIII Id. Maias, Cincius noster eam mihi abs te epistulam reddidit, quam tu Id. Febr. dederas. ei nunc epistulae litteris his respondebo.

Ac primum tibi perspectum esse iudicium de te meum laetor, deinde te in iis rebus, quae mihi asperius a nobis atque nostris et iniucundius actae uidebantur, moderatissimum fuisse uehementissime gaudeo idque neque amoris mediocris et ingenii summi ac sapientiae iudico. qua de

1 αἰνήσει **C** αἰνεσει **O** ΑΙΗCΕΙ **G** ΑΙνCΕΙ **P** ενησει *Rom.* διήσει **s** αἰνήσειε **A**$^2$**c** *Graeca om.* **bd** *cfr Plut. Arat.* 1, *Paroem. Graec.* I *p.* VII hominem **I** 2 sit **A**$^2$**c**, *uulg.* si **ΩI** *Rom. del. Tyrrellus* 3 aliena *coni. Bentiuolius et Muell. interrogari censet Muell.* laudamus *Rom.* CNCωMIACTKA **G** CICOMIACTKA **P** συγκωμιαστικὰ **s** *om.* **bd** 4 *adscr.* historica **s** 7 uobis **C** 10 qualem] *accedunt* **Mm** nuntiarant **M**$^1$**mO**$^2$**c***Rom.* enuntiarant **NO**$^1$**PVIA**$^2$ nuntiarunt **M**$^3$**bdsGH** 11 Vale *ante* Id. *add.* **A**$^2$**c***Rom.*

EP. XX. 14 e **sA**$^2$**c***Rom. om.* **Ω**(*praet.* **s**)**I** 16 ei **M***corr.***msIA**$^2$**c***Rom.* et **M**$^1$**bdΣ** 17 respondeo **s** 18 perspectum tibi **M**$^3$(*sed prior ordo restitutus*)**bdsGH** esse **M***corr.***msEO**$^1$**PVIA**$^2$**c***Rom.* esse iudici **M**$^1$**NO**$^2$ iudici esse **M**$^3$(*del.*)**bdGH** meum de te meum **M**$^1$, *prius* meum *del.* **M**$^1$, *ut uid.* 20 atque a **mA**$^2$**c***Rom.* 22 et **EOPVIA**$^2$**c** sed **ΔGHN***Rom.*

re cum ad me ita suauiter, diligenter, officiose, humaniter scripseris, ut non modo te hortari amplius non debeam sed ne exspectare quidem abs te aut ab ullo homine tantum facilitatis ac mansuetudinis potuerim, nihil duco esse commodius quam de his rebus nihil iam amplius scribere. cum erimus congressi, tum, si quid res feret, coram inter nos conferemus.

Quod ad me de re publica scribis, disputas tu qui- 2
dem et amanter et prudenter, et a meis consiliis ratio tua non abhorret; nam neque de statu nobis nostrae dignitatis est recedendum neque sine nostris copiis intra alterius praesidia ueniendum, et is, de quo scribis, nihil habet amplum, nihil excelsum, nihil non summissum atque populare. uerum tamen fuit ratio mihi fortasse ad tranquillitatem meorum temporum non inutilis, sed mehercule rei publicae multo etiam utilior quam mihi ciuium improborum impetus in me reprimi, cum hominis amplissima fortuna, auctoritate, gratia fluctuantem sententiam confirmassem et a spe malorum ad mearum rerum laudem conuertissem. quod si cum aliqua leuitate mihi faciendum fuisset, nullam rem tanti existimassem, sed a me ita sunt acta omnia, non ut ego illi adsentiens leuior sed ut ille me probans grauior uideretur. reliqua sic a me aguntur et 3
agentur, ut non committamus, ut ea, quae gessimus, for-

1 humaniter **ΣIA**$^2$**c** et humaniter **ΔO**$^2$*Rom.; cfr Maduigius ad Cic:s de fin.* IV 20, 56 2 scripseris **M***corr.* **mENIA**$^2$**c***Rom.* scripseras **M**$^1$**M**$^3$(*del.*)**bdsGHOPV** hortari te **IA**$^2$**c** 4 mansuetudinis] humanitatis **P** nihil enim duco **OPV** 5 iam *om.* **s** 12 praesidium **Z**$^b$ 14 uerum **ΔVIA**$^2$**c***Rom.* utrum **M**$^3$(*del.*)**Σ**(*praet.* **V**) fuit illa (*uel* altera) ratio *Reidius l. l. p.* 109

16 ciuium **Σ**(*praet.* **N**)**C** cum **ΔNA**$^2$*Rom.* quum **c** tum **I** 17 reprimi **ΩCI***Rom.* reprimerem **A**$^2$**c** 18 confirmassem sed a me *u.* 21 *omissis* et a spe . . . existimassem **M**$^1$; *uerba* et a spe . . . illi adsentiens *imo fol.* 55 *r. add.*, sed a me . . . adsentiens *in textu del.* **M**$^2$ 19 *uerba* et a spe . . . conuertissem *om.* **GH** conuertissem . . . fuisset *om.* **bds** 21 existimassem **ΩI***Rom.* aestimassem **A**$^2$**c**, alii; *cfr p.* 17, 18, *Schmalzius Antibarb.*$^7$ I *p.* 548, *Reidius l. s. l.** 21 sed a me **M**$^1$**Σ** (*praet.* **E**) sed tamen **E** sed tamen a me **M**$^2$**bdmsIA**$^2$**c***Rom.* acta sunt **IA**$^2$**c**

tuito gessisse uideamur. meos bonos illos uiros, quos significas, et eam, quam mihi dicis obtigisse Σπάρταν, non modo numquam deseram sed etiam, si ego ab illa deserar, tamen in mea pristina sententia permanebo. illud tamen uelim existimes, me hanc uiam optimatem post Catuli mortem nec praesidio ullo nec comitatu tenere. nam, ut ait Rhinton, ut opinor,

οἳ μὲν παρ᾽οὐδέν εἰσι, τοῖς δ᾽οὐδὲν μέλει.

mihi uero ut inuideant piscinarii nostri, aut scribam ad te alias aut in congressum nostrum reseruabo. a curia autem nulla me res diuellet, uel quod ita rectum est uel quod rebus meis maxime consentaneum, uel quod, a senatu quanti fiam, minime me paenitet.

4 De Sicyoniis, ut scripsi ad te antea, non multum spei est in senatu; nemo est enim iam, qui queratur. qua re si id exspectas, longum est; alia uia, si qua potes, pugna. cum est actum, neque animaduersum est, ad quos pertineret, et raptim in eam sententiam pedarii cucurrerunt. inducendi senatus consulti maturitas nondum est, quod neque sunt, qui querantur, et multi partim maleuolentia,
5 partim opinione aequitatis delectantur. Metellus tuus est

1 fecisse **P** meos **M***corr.* **Σ**(*praet.* **V**) in eos **ΔVI***Rom.* eos **A**$^2$**c** illos uiros **Σ** uiros illos **ΔIA**$^2$**c***Rom.*, *uulg.* *cfr de fin.* II 16, 53, *supra p.* 23, 20* 2 et *om.* **M**$^1$**m**, *add.* **M**$^3$ CΠATΛN **MG** CHaTΛN **P** σπάρταν **M** *corr.***bdms***Rom.* *superscr.* spartam ·|· prouinciam **M**$^2$ filum regulam **M***corr.* (*in marg.*)**ds** urbem **M**$^4$ *cfr ad Att.* IV 6, 2 5 optimatem (-cem) **GP** optumatem (*uel* -cem) **M**$^3$ optimatum **M**$^2$**bdmsENOVIA**$^2$**c***Rom.* optimam esse **H** ocii mortem **M**$^1$ 7 Rhinton **A**$^2$**c** phinton **M**$^1$**dEVI** phynton **bmsGH** *Rom.* phynthon **M***corr.* phiton **NP** *cfr Com. Graec. fragm.* I *p.* 189 *Kaib.* *Trag. Graec. fragm. ed. Nauck.*$^2$ *p.* 538 (= *fragm. Eur. n:o* 565) 8 EICINOIC *uel* εἰσὶν οἷς **ΔGPA**$^2$**c** εισιοις *Rom.* *adscr.* hi quidem nullius sunt his autem nihil cure est **M***corr.***dms** (*sed* quibus *pro* his autem **ds**) 10 reseruabimus **O**$^1$**V** 13 fiam] faciam **M**$^3$(*del.*)**GH** minime me] me non **O**$^1$**V** 14 scripsi ad te **ΣIA**$^2$**c** ad te scripsi **Δ***Rom.* 15 iam qui queratur **M**$^2$**msEGHNO**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.* idem qui queratur **M**$^1$ qui iam queratur **O**$^1$**PV** qui queratur iam **bd** *u. Comm. Tull. p.* 149 *sq.* 18 preclari(i) **M**$^3$(*del.*)**bdGH** cucurrerunt **ΩF***Ant.Rom.* concurrerunt **IA**$^2$**c**

egregius consul; unum reprehendo, quod otium ⟨e⟩ Gallia nuntiari non magno opere gaudet. cupit, credo, triumphare. hoc uellem mediocrius; cetera egregia. Auli filius uero ita se gerit, ut eius consulatus non consulatus sit sed Magni nostri ὑπώπιον.

De meis scriptis misi ad te Graece perfectum con- 6
sulatum meum. eum librum L. Cossinio dedi. puto te Latinis meis delectari, huic autem Graeco Graecum inuidere. alii si scripserint, mittemus ad te, sed, mihi crede, simul atque hoc nostrum legerunt, nescio quo pacto retardantur.

Nunc ut ad rem meam redeam, L. Papirius Paetus, 7
uir bonus amatorque noster, mihi libros eos, quos Ser. Claudius reliquit, donauit. cum mihi per legem Cinciam licere capere Cincius, amicus tuus, diceret, libenter dixi me accepturum, si attulisset. nunc si me amas, si te a me amari scis, enitere per amicos, clientes, hospites, libertos denique ac seruos tuos, ut scida ne qua depereat; nam et Graecis iis libris, quos suspicor, et Latinis, quos scio illum reliquisse, mihi uehementer opus est. ego autem cottidie magis, quod mihi de forensi labore temporis datur, in iis studiis conquiesco. per mihi, per, inquam, gratum feceris, si in hoc tam diligens fueris, quam soles in iis rebus, quas me ualde uelle arbitraris, ipsiusque Paeti tibi negotia commendo, de quibus tibi ille agit maximas gratias; et ut iam inuisas nos, non solum rogo sed etiam suadeo.

1 e **IA$^{2}$c***Rom.* *om.* **Ω**, *cfr ad Att.* XIV 5, 1 Gallia nuntiari non magnopere **M***corr.***bdsEGHO$^{2}$PV** (*sed* Gallie **O$^{1}$V**) nuntiari Gallia non magnopere **M$^{1}$m***Rom.* (*sed* e Gallia *Rom.*) e Gallia non magnopere nuntiari **IA$^{2}$c** Gallie non magis nuntiari (*sequ.* pergaudet) **N** 4 uero] non **GH** *adscr.* sub oculis **M***corr.***m** 6 De meis] Idem iis **M$^{1}$**, *corr.* **M$^{2}$** 12 meam *om.* **s** 13 *uerba* quos . . . libris *u.* 19 *om.* **N** 15 liceret **M***corr.*(-t *add. sed post del.*)**HO$^{1}$V** 16 amas me **IA$^{2}$c** te amari a me **IA$^{2}$c** me a te amari **m***Rom.* 18 scheda **IA$^{2}$c** sceda **bm***Rom.* 21 labore **ΣIA$^{2}$c** *om.* **Δ***Rom.* tempore *Rom.* 22 *uerba* per mihi . . . suadeo *u.* 26 *om.* **E** 25 agit **M$^{1}$mNOPVc***codd.Mal.Rom.* aget **M$^{3}$bdsGHIA$^{2}$** 26 Vale *add.* **A$^{2}$***Rom.* Valeo **c**

# LIBER SECVNDVS

## I

## CICERO ATTICO SAL.

1 Kal. Iun. eunti mihi Antium et gladiatores M. Metelli cupide relinquenti uenit obuiam tuus puer. is mihi litteras abs te et commentarium consulatus mei Graece scriptum reddidit. in quo laetatus sum me aliquanto ante de iisdem rebus Graece item scriptum librum L. Cossinio ad te perferendum dedisse; nam si ego tuum ante legissem, furatum me abs te esse diceres. quamquam tua illa — legi enim libenter — horridula mihi atque incompta uisa sunt,

Marci tullij ciceronis epl'arum ad athicum lib' p'mus explicit Incipit secundus **M** M . TVLLI . CICERONIS . EPISTOLARVM . AD . ATTICVM . LIBER . PRIMVS . EXPLICIT . INCIPIT . SECVNDVS **m** M . TVLLII . CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER . PRIMVS . FINIT . SECVNDVS . INCIPIT FOELICITER **b** CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER II INCIPIT LEGE FELICITER **d** Ciceronis ad atticum epl'arum liber primus explicit . M . T . CICERONIS EPISTOLARV̄ AD ATTICVM LIBER . II . INCIPIT FELICITER **s** Explicit liber primus (*bis*) Incipit liber II' **E** liber prim' ad athicum exsplicit. Incipit secundus ad eumdem **N** M . TVLLII . CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER I EXPLICIT INCIPIT SECVNDVS FELICITER **O** M . T . C . AD AT . EPISTOLARVM LIBER PRIMVS EXPLICIT EIVSDEM SECVNDV INCIPIT **P** MARCI TVLLI CICERONIS EPISTVLARVM AD ATTICVM LIBER PRIMVS EXPLICIT INCIPIT SECVNDVS **V** MARCI TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD T . POMPONIVM ATTICVM LIBER SECVNDVS **A**$^2$**c** (*sed* M. T. **A**$^2$) Liber septimus ad Atticum secundus *Rom.* *om.* **GHI**

EP. I. 5 abs te litteras **OV** 7 me **ΣIA**$^2$**c***Rom.* *om.* **Δ** iis **M**$^1$, dem *add.* **M**$^1$ 8 perferrendum **M**$^1$**I** perferundum **M**$^3$ 10 illa tua **IA**$^2$**c** 11 horrida **H** horridicula **M**$^3$(*sed del.*)**bdG**

sed tamen erant ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexerant, et ut mulieres ideo bene olere, quia nihil olebant, uidebantur. meus autem liber totum Isocrati myrothecium atque omnes eius discipulorum arculas ac non nihil etiam Aristotelia pigmenta consumpsit. quem tu Corcyrae, ut mihi aliis litteris significas, strictim attigisti, post autem, ut arbitror, a Cossinio accepisti. quem tibi ego non essem ausus mittere, nisi eum lente ac fastidiose probauissem. quamquam ad me rescripsit iam Rhodo 2 Posidonius se, nostrum illud ὑπόμνημα ⟨cum⟩ legere⟨t⟩, quod ego ad eum, ut ornatius de iisdem rebus scriberet, miseram, non modo non excitatum esse ad scribendum sed etiam plane perterritum. quid quaeris? conturbaui Graecam nationem. ita uulgo qui instabant, ut darem sibi, quod ornarent, iam exhibere mihi molestiam destiterunt. tu, si tibi placuerit liber, curabis, ut et Athenis sit et in ceteris oppidis Graeciae; uidetur enim posse aliquid nostris rebus lucis adferre.

Oratiunculas autem et quas postulas et plures etiam 3 mittam, quoniam quidem ea, quae nos scribimus adulescentulorum studiis excitati, te etiam delectant. fuit enim

3 isocrati (ys-) myrothecium **M**$^3$(*sed del.*)**bdGHO**$^2$(*sed* insocr- **bd**)**I**(*sed* Myrrho-) socratinrothecium **M**$^1$ *suprascr.* ysocratis mirrothecium (*sed prima littera dubia, fort.* y- *in* i- *mut.*) **M**$^2$ isocratis mirothecium **m** ysocratis mirotecium **N** socratis mirrothecium (myrr-) **sEP** socrati myr(r)othet(h)ium **O**$^1$**V** Isocratis myrothecion **c** Isocratis μυροθεκιον *Rom.* Isocratis μυροθήκιον **A**$^2$ 4 omnes *om.* **N** discipulorum eius **sN** 5 Aristotelica **IA**$^2$**c** 6 Corcyra **M**$^3$(a *superscr., post del.*)**bdsGH** notificas **N** 7 autem *del., in marg. adscr.* quam **M**$^4$, *ut uid.* 9 rescripsit **MdmEOPVIA**$^2$**c***Rom.* scripsit **bsGHNC** 10 Posidonius **A**$^2$**c***Rom.* possidonius **ΩI** YΠMNHMA **M**$^1$**GP** *adscr.* commentarium **M***corr.***dms** cum legeret **A**$^2$**c**, *uulg.* legere **ΩI** *Rom., sed* postquam *ante* nostrum *inseruit,* legere *in* legisset *mutauit* **M**$^4$, *ut uid.* 12 *posterius* non *om.* **I** esse *om.* **IA**$^2$**c** 13 deterritum *Lambinus* 16 liber] libenter **s** 17 posse aliquid rebus posse lucis **N** 18 lucri **H** 19 oratiunculas . . . non offerebam *p.* 60, 17 *spuria esse suspicatus est Orellius,* fuit enim . . . non offerebam *Bootius; cfr Reidius, Hermath.* XXXI (*a.* 1905) *p.* 357 *sq., Schanzius Gesch. d. röm. Litt.*[3] I: 2 *p.* 232 20 quoniam] quando *Rom.*

mihi commodum, quod in eis orationibus, quae Philippicae nominantur, enituerat tuus ille ciuis Demosthenes et quod se ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerat, ut σεμνότερός τις et πολιτικώτερος uideretur, curare, ut meae quoque essent orationes, quae consulares nominarentur. quarum una est in senatu Kal. Ian., altera ad populum de lege agraria, tertia de Othone, quarta pro Rabirio, quinta de proscriptorum filiis, sexta, cum prouinciam in contione deposui, septima, qua Catilinam emisi, octaua, quam habui ad populum postridie quam Catilina profugit, nona in contione, quo die Allobroges † inuocarunt, decima in senatu Non. Decembribus. sunt praeterea duae breues, quasi ἀποσπασμάτια legis agrariae. hoc totum σῶμα curabo ut habeas. et quoniam te cum scripta tum res meae delectant, iisdem ex libris perspicies, et quae gesserim et quae dixerim; aut ne poposcisses. ego enim tibi me non offerebam.

4 Quod quaeris, quid sit, quo te arcessam, ac simul impeditum te negotiis esse significas neque recusas, quin, non modo si opus sit sed etiam si uelim, adcurras, nihil

1 in eis] meis **M**$^{1}$**GH** quae *om.* **M**$^{1}$ 2 ordinantur al.' nominantur **N** enituerat **Ω**(*sed* censuerat **P**)**Z**$^{1}$*Rom.* enituerit **IA**$^{2}$**c** tuus ille ciuis **EGHNO***Rom.* ciuis ille tuus **ΔPV**, *uulg.* ille tuus ciuis **IA**$^{2}$**c** Demosthenes *del. Manutius; u. Comm. Tull. p.* 160 3 refractariolo **M**$^{1}$(*ut uid.*)**GHO**$^{1}$**PVZ**$^{1}$ refractoriolo **M**$^{2}$(acto- *in ras.*)**bdmsENO**$^{2}$**IA**$^{2}$**c***Rom.* abiunxerat **ΩZ**$^{1}$**I***Rom.* abiunxerit **A**$^{2}$**c** 4 ut **M***corr.***bdmsGHNVZ**$^{1}$**IA**$^{2}$**c***Rom.* ne **M**$^{1}$ *om.* **EP** ET **M**$^{1}$**GP**, *cfr p.* 66, 7 καὶ **M***corr.***bdmsA**$^{2}$**c***Rom.* ΠΟΛЄΙΤΙΚωΤЄΡΟC **M**$^{1}$**GP**(*sed* -KMT- **M**$^{1}$, ΠΟЄΙΤ- **P**) *adscr.* honestior et ciuilior **M** *corr.***dms** 5 quoque decem essent **s** 8 deposui in contione **İA**$^{2}$**c** 9 qua **bsEOPVIA**$^{2}$**c** quo **MdmG***Rom.* cum **N** quae **H** quom *Orellius, alii* habui *om.* **M**$^{1}$**m**$^{1}$, *add.* **M**$^{3}$ 11 inuocarunt *scil.* fidem publicam *Malaspina, cfr or. in Cat.* III 4, 8 indicarunt *Manutius* inuolgarunt *Bosius* inuocaram *Reidius l. l.* 13 ΑΠΟСΠΑΜΑΤΙΑ **M**$^{1}$ *adscr.* attractio **M***corr.***dms**, decerpta **M**$^{4}$ legis . . σῶμα *om.* **N** *adscr.* corpus **M***corr.***m** 14 te tum semper scripta **H** 15 et quae dixerim et quae gesserim **s** 16 *uerba* aut ne . . . maxime debuit *p.* 62, 3 *om.* **E** enim *om.* **A**$^{2}$**c** 18 quo **MmNOPVIA**$^{2}$**c***Rom., Reidius l. l. p.* 358 *coll. ad Att.* I 18, 8 quod **bdsGH***Ant. et aliquot alii codd. Mal.* 19 negotiis **ΔO**$^{2}$**IA**$^{2}$**c***Rom.* negotii **Σ**

sane est necesse, uerum tamen uidebare mihi tempora peregrinationis commodius posse discribere. nimis abes diu, praesertim cum sis in propinquis locis, neque nos te fruimur et tu nobis cares. ac nunc quidem otium est, sed si paulo plus furor Pulchelli progredi posset, ualde ego te istim excitarem. uerum praeclare Metellus impedit et impediet. quid quaeris? est consul φιλόπατρις et, ut semper iudicaui, natura bonus. ille autem non simulat sed plane tribunus pl. fieri cupit. qua ⟨de⟩ re cum in senatu ageretur, fregi hominem et inconstantiam eius reprehendi, qui Romae tribunatum pl. peteret, cum in Sicilia hereditatem saepe dictitasset, neque magno opere dixi esse nobis laborandum, quod nihilo magis ei liciturum esset plebeio rem publicam perdere, quam similibus eius me consule patriciis esset licitum. iam cum se ille septimo die uenisse a freto neque sibi obuiam quemquam prodire potuisse et noctu se introisse dixisset in eoque se in contione iactasset, nihil ei noui dixi accidisse. Ex Sicilia septimo die Romam: a⟨t⟩ tribus horis Roma Inter-

2 discribere **Z**$^{1}$ (*ed. a.* 1573), *Buechelerus Ann. Phil.* LXXXVII (*a.* 1863) *p.* 782 = *Kl. Schr.* I *p.* 413 describere **Ω**(*praet.* **m**)**CZ**$^{1}$(*ed. a.* 1565)**I**, *cfr Vahlenus ad Cic:is de leg.* III 5, 12 distribuere **M**$^{2}$c$^{S}$(*sed del.*)**mA**$^{2}$**c***Rom.* 6 te ego **sIA**$^{2}$**c** istim **M**$^{1}$**G** istum **N** istinc **M**$^{2}$c$^{S}$**bdsHOPVIA**$^{2}$**c** isthinc **m***Rom.*; *cfr p.* 28, 1 exercitarem **Mm***Rom.* 7 *adscr.* amator patriae **M***corr.***dms** 8 bonus est ille **N** 9 de **IA**$^{2}$**c** *om.* **ΩC***Rom.* cum (*ita* **M**$^{1}$) *uel* quom (*ita* **M**$^{3}$) *codd.* 10 eius *om.* **IA**$^{2}$**c** 11 tr. pl. (*uel sim.*) **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.* 12 hr͡editatem sepe hr̄editasset **M**$^{1}$ edilitatem sepe hereditasset **O**$^{1}$(?)**PV** edilitatem sepe dictitasset **M**$^{2}$**bdmsNO**$^{2}$(dict- *in ras.*)**IA**$^{2}$**c***Rom.* edilitatem sepe eredactitasset **G** saepe edilitatem redactitasset **H** heraedilitatem saepe hereditasset **Z**$^{b}$; *cfr Lehmannus, Quaest. Tull. p.* 20, *Reidius l. l.* saepe] se petere *Corradus, uulg.* neque **M**$^{1}$**GHOPV** sed neque **M**$^{2}$**bdmsNIA**$^{2}$**c***Rom.* dixi esse] dixisse **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.* 13 elaborandum **bds** 14 plebeio rem **M**$^{4}$**sIA**$^{2}$**c***Rom.* plebeiorum **Ω** (*praet.* **s**) 17 se introire **bds** introire se **N** eoque **M**$^{1}$**mOPV**(*sed* eoque que **P**)**A**$^{2}$**c***Rom.* eo quo **M**$^{3}$**bdsGHI** eo quod **N** 18 dixi *om.* **IA**$^{2}$**c** *orationem directam agnouit Sternkopfius Ann. Phil.* CLV (*a.* 1897) *p.* 388 19 at *Bosius* (*in Add.*), *Lambinus*: a **ΔNOPV** ac **GH***Rom.* ante *Lehmannus Jahresber. d. phil. Vereins a.* 1888 *p.* 257, *Sternkopfius l. l.* *om.* **IA**$^{2}$**c**

amnam. — Noctu introisse: idem ante. — Non est itum obuiam: ne tum quidem, cum iri maxime debuit. — Quid quaeris? hominem petulantem modestum reddo non solum perpetua grauitate orationis sed etiam hoc genere dictorum. itaque iam familiariter cum ipso etiam cauillor ac iocor; quin etiam, cum candidatum deduceremus, quaerit ex me, num consuessem Siculis locum gladiatoribus dare. negaui. At ego, inquit, nouus patronus instituam; sed soror, quae tantum habeat consularis loci, unum mihi solum pedem dat. — Noli, inquam, de uno pede sororis queri; licet etiam alterum tollas. — Non consulare, inquies, dictum. fateor; sed ego illam odi male consularem:

ea est enim séditiosa, ea cúm uiro bellúm gerit,

neque solum cum Metello sed etiam cum Fabio, quod eos † nihil esse moleste fert.

1 introisse Ω(*sed* uenisse **P**)**IA**$^2$**c***Rom.* introisti *Sternkopfius l. s. l., sed post* introisse *uidetur* (te) dicis, *post* non est itum obuiam *potius* inquis *audiendum, ut alias ex obliqua oratione ad rectam transit, cfr ad Att.* XV 11, 1. *Plasbergius de nat. deor.* II 9, 24* eidem **s** item **A**$^2$**c***Rom.* ante non est **M**$^3$**bdsΣl** ante non esse **A**$^2$**c** non est ante **M**$^1$**mO**$^2$ non esse ante *Rom.*
2 ne tum **M**$^2$**c**$^S$**bdmsO**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.* ne tu **N** ne cum **M**$^1$**GH** mecum **O**$^1$**PV** quom iri **M**$^4$**s** cum iri **GHIA**$^2$*Rom.* quum iri **c** quo miri (*uel* iniri) **M**$^1$**bdmNPV** 3 quid] *accedit* **E** (*sed* Quod; *noua ep.*) 5 etiam Σ(*praet.* **H**)*codd.Mal.***IA**$^2$**c** (*sed post* cauillor **A**$^2$**c**) *om.* **ΔH***Rom.* 6 deduceremus **ΣF***Ant.* deducerem is **ΔO**$^2$**A**$^2$**c***Rom.* deducerem **I** 7 consueuissem **IA**$^2$**c**
8 nouus patronus *Guido Lollius ap. Mal., uulg.:* nouos patronos Ω (*sed* non uos **GHP**)*codd.Mal.***Z**$^l$**IA**$^2$**c***Rom., Bosius, qui Ciceronem sicilicissare censet; cfr ad Att.* IV 15, 2* 9 sed . . . dat *om.* **bds** habet **GH**, *Ernestius*
10 nolo **bds** 13 ego odi illam **OPVIA**$^2$ illam ego odi s 14 ea **M**$^1$**ms** **EHOPVIA**$^2$**c***Rom.* eam **M**$^3$(*del.*)**bdG** *om.* **N** *Com. Rom. Fragm. p.* 136 *Ribb.*$^3$
15 Flauio *Buechelerus Ind. schol. uniu. Gryph. hib. a.* 1868 *p.* 19 = *Kl. Schr.* I *p.* 647 16 eos esse in hoc esse **M**$^1$, *sed prius* esse *linea deletum, fort. a* **M**$^1$, *adscr.* nichil al.' **M**$^2$; *tum uerba* esse nichil in hoc *linea subducta deleta a* **M**$^3$, *ut uidetur, certe* mihi *suprascripsit* **M**$^3$ eos ni(c)hil in hoc esse **M**$^2$*al.*(?)**m***Rom.* eos ni(c)hil esse **M**$^2$al.'(?)**ENPV** eos nihil *adscripto in marg.* in hoc esse *incertum qua manu* **O** eos mihi esse **M**$^3$**bdsGH** eos mihi esse amicos **IA**$^2$**c** eos inimicos esse *Buechelerus l. l.* eos mihi adesse *Kochius progr. Portens. a.* 1868 *p.* 20 eos esse innocentes *Maduigius Adu.* III *p.* 168 eos in hoc esse molestos *Reidius l. l. p.* 361 molestos **H**

6 Quod de agraria lege quaeris, sane iam uidetur refrixisse. quod me quodam modo molli bracchio de Pompei familiaritate obiurgas, nolim ita existimes, me mei praesidii causa cum illo coniunctum esse, sed ita res erat instituta, ut, si inter nos esset aliqua forte dissensio, maximas in re publica discordias uersari esset necesse. quod a me ita praecautum atque prouisum est, non ut ego de optima illa mea ratione decederem, sed ut ille esset melior et aliquid de populari leuitate deponeret. quem de meis rebus, in quas eum multi incitarant, multo scito gloriosius quam de suis praedicare; sibi enim bene gestae, mihi conseruatae rei publicae dat testimonium. hoc facere illum mihi quam prosit, nescio; rei publicae certe prodest. quid? si etiam Caesarem, cuius nunc uenti ualde sunt secundi, reddo meliorem, num tantum obsum rei publicae? 7 quin etiam si mihi nemo inuideret, si omnes, ut erat aequum, fauerent, tamen non minus esset probanda medicina, quae sanaret uitiosas partes rei publicae, quam quae exsecaret. nunc uero, cum equitatus ille, quem ego in cliuo Capitolino te signifero ac principe collocaram, senatum deseruerit, nostri autem principes digito se caelum putent attingere, si mulli barbati in piscinis sint, qui ad manum accedant, alia autem neglegant, nonne tibi satis prodesse uideor, si perficio, ut ii nolint obesse, qui possunt? 8 nam Catonem

1 sane *om.* **E** 3 me etiam mei **PI** 5 forte aliqua **IA**$^{2}$**c** forte *om.* **O**$^{1}$**V** 7 atque **sΣc** atque ita **Δ**(*praet.* **s**)**IA**$^{2}$*Rom.* praeuisum **M**$^{1}$**m** *Rom., corr.* **M**$^{3}$(*del.*) optimati *Lambinus* 8 ratione mea **HOPV** et ut **s** 9 deponeret *om.* **M**$^{1}$, *add.* **M**$^{2}$ 12 dat . . . rei publicae *om.* **V** 13 quam] quid *Rom.* prosit **bdsENPIA**$^{2}$**c***Rom.* prosint **m**(*ut uid.*)**O** possit **M**$^{3}$(*del.*)**GH** profuit **M**$^{1}$ (*ut uid.*) 14 nunc uenti ualde sunt **M**$^{3}$ **bdsΣ**(*sed* uenti nunc **H**)**IA**$^{2}$**c** nunc ualde sunt uenti **M**$^{1}$**m**$^{2}$ sunt nunc ualde uenti **m**$^{1}$*Rom.* 15 num] non **M**$^{1}$**HP**, *corr.* **M**$^{2}$ nam **bd** nunc **V** unde **N** tandem *Schuetzius* 16 nemo mihi **sN** 17 probanda esset *Rom.* 19 cum] quin **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{2}$ 22 mulli **A**$^{2}$**c** multi **Ω**(*sed* -ti *in ras.* **M**)**I***Rom.* sint **Σ**(*praet.* **P**)**IA**$^{2}$**c** sunt **ΔP***Rom.* 23 alia *Malaspina:* alii **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.* 24 si perficio *om.* **M**$^{1}$, *add.* **M**$^{2}$ ii (*uel* hi) **Σ** (*praet.* **N**) *om.* **ΔNIA**$^{2}$**c***Rom.*

nostrum non tu amas plus quam ego; sed tamen ille optimo animo utens et summa fide nocet interdum rei publicae; dicit enim tamquam in Platonis πολιτείᾳ, non tamquam in Romuli faece sententiam. quid uerius quam in iudicium uenire, qui ob rem iudicandam pecuniam acceperit? censuit hoc Cato, et adsensit senatus; equites curiae bellum, non mihi; nam ego dissensi. quid impudentius publicanis renuntiantibus? fuit tamen retinendi ordinis causa facienda iactura. restitit et peruicit Cato. itaque nunc consule in carcere incluso, saepe item seditione commota adspirauit nemo eorum, quorum ego concursu itemque consules qui post me fuerunt rem publicam defendere solebant. quid ergo? istos, inquies, mercede conductos habebimus? quid faciemus, si aliter non possumus? an libertinis atque etiam seruis seruiamus? sed, ut tu ais, ἅλις σπουδῆς.

9 Fauonius meam tribum tulit honestius quam suam, Luccei perdidit. accusauit Nasicam inhoneste ac modeste tamen; dixit ita, ut Rhodi uideretur molis potius quam Moloni operam dedisse. mihi, quod defendissem, leuiter suscensuit. nunc tamen petit iterum rei publicae causa. Lucceius quid agat, scribam ad te, cum Caesarem uidero, qui aderit biduo.

10 Quod Sicyonii te laedunt, Catoni et eius aemulatori attribuis Seruilio. quid? ea plaga nonne ad multos bonos

1 animo optimo **IA$^{2}$c** 3 in **M$^{3}$ΣIA$^{2}$c***Rom.* *om.* **Δ** ΠΟΛЄΙΤЄΙΑ **M$^{1}$GP** πολειτεία **ms** πολιτεία **M***corr.***bd***Rom.* *adscr.* politia **M***corr.***dms** 4 in *om.* **GH** fece **mA$^{2}$c***Rom.* face **Ω**(*praet.* **m**)**I** *cfr Reidius l. l. p.* 362 6 et **Σ** *om.* **ΔO$^{2}$IA$^{2}$c***Rom., uulg.* equites *Lambinus:* equiti **ΩIA$^{2}$c***Rom.* 8 faciunda **MmEGN***Rom.* 9 ac **c** itaque] *deest* **E** *usque ad* nam *p.* 68, 12 11 consules **M$^{1}$mOPVIA$^{2}$** ii (*uel* hi) consules **M***corr.***bdsGHNc***Rom.* 13 istos *om.* **GH**, *post* inquies *iterat* **N** 15 ΑΛΙCΠΟΥΔΗC **M$^{1}$** *adscr.* satis studii **M***corr.***dms** 17 *cfr Wesenb. Em. alt. p.* 88 moleste **s**

18 ita ut **C** aut **M$^{1}$bdmGHO$^{1}$V** ut **M***corr.*(a- *linea del.*)**sNO$^{2}$IA$^{2}$c***Rom.* *om.* **P** 19 leuiter] molliter **V** 20 suscensuit **M$^{1}$** succensuit **M$^{2}$bdmsNOPVIA$^{2}$c***Rom.* sustinuit **M$^{3}$**(*del.*)**GH** 23 Sicyonii te **IA$^{2}$c***Rom.* sicionii (syci-) te **M$^{2}$msN** (te *del.* **M$^{3}$**, *add.* **M$^{4}$**) sic Roma te **M$^{1}$** sic romani te **P** sicyoniatae (syci-) **M$^{3}$bdGH** sicyonia te **V** 24 attribuas **A$^{2}$c**

uiros pertinet? sed si ita placuit, laudemus, deinde in dissensionibus soli relinquamur.

11 Amalthea mea te exspectat et indiget tui. Tusculanum et Pompeianum ualde me delectant, nisi quod me, illum ipsum uindicem aeris alieni, aere non Corinthio sed hoc circumforaneo obruerunt. in Gallia speramus esse otium. Prognostica mea cum oratiunculis prope diem exspecta et tamen, quid cogites de aduentu tuo, scribe ad nos. nam mihi Pomponia nuntiari iussit te mense Quintili Romae fore. id a tuis litteris, quas ad me de censu tuo miseras, discrepabat.

12 Paetus, ut antea ad te scripsi, omnes libros, quos frater suus reliquisset, mihi donauit. hoc illius munus in tua diligentia positum est. si me amas, cura, ut conseruentur et ad me perferantur. hoc mihi nihil potest esse gratius. et cum Graecos tum uero Latinos diligenter ut conserues uelim. tuum esse hoc munusculum putabo. ad Octauium dedi litteras; cum ipso nihil eram locutus. neque enim ista tua negotia prouincialia esse putabam neque te in tocullionibus habebam. sed scripsi, ut debui, diligenter.

1 discessionibus *Manutius cfr Reidius l. l. p.* 364  4 me ualde **IA**$^2$**c**  5 uindicem *om.* **M**$^1$**mN**, *add.* **M**$^3$  aere non Corinthio *om.* (*spat. rel.*) **P**  7 otium] cum **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$  cum **M**$^2$**bdmsGHNO**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.* quin (*i. e.* qum) **M**$^1$**O**$^1$**PV**  9 quintilei **MmH**  Quintili ei **PI**  10 censu **M**$^3$(*del.*)**ΣZ**$^b$  accensu **M**$^1$  accessu **M**$^2$**bdmsO**$^2$**A**$^2$**c***Rom.*  recessu **I**  14 seruentur **M***corr.***bdsGH**  15 et ad me perferantur *om.* **M**$^1$**m***Rom.*, *add.* **M**$^3$  perferantur] mittantur **V**  16 cum] quom **M**$^3$(*del.*)**G**  tum **I**  enim *Rom.*  Latinos diligenter **ΣIA**$^2$**c**  diligenter Latinos **Δ***Rom., uulg.**  ut *om.* **P**  18 Octauianum **I**  locutus eram **OV**  20 tocullionibus **sZ**$^l$, *Turnebus*  toculionibus **M***corr.*(i *add., post in* l *corr., ut uid.*)**mN***Rom.*  toculonibus **M**$^1$**GHP**  tuculonibus **V**  teculzonibus **b**  decurionibus **IA**$^2$**c**  21 Vale *in fine add.* **OPIA**$^2$**c**, fac ut ualeas **s**

# II

## CICERO ATTICO SAL.

1 Cura, amabo te, Ciceronem nostrum. † cinos ΘΕΙΟΙ
2 uidemur. Πελληναίων in manibus tenebam et hercule ma-
gnum aceruum Dicaearchi mihi ante pedes exstruxeram.
o magnum hominem, et unde multo plura didiceris quam
de Procilio. Κορινθίων et Ἀθηναίων puto me Romae
habere. † mihi credes lege te haec doceo mirabilis uir
est. Ἡρώδης, si homo esset, eum potius legeret quam
unam litteram scriberet; qui me epistula petiuit, ad te,
ut uideo, comminus accessit. coniurasse mallem quam
restitisse coniurationi, si illum mihi audiendum putassem.
3 de lolio sanus non es; de uino laudo.

Sed heus tu, ecquid uides Kalendas uenire, Antonium non uenire? iudices cogi? nam ita ad me mittunt, Nigidium minari in contione se iudicem, qui non adfuerit, com-

EP. II *deest in* **E** 3 cinos ΘΕΙΟΙ **M**$^1$**mG** CINOCΘΕΙΟΙ **M**$^3$ σινοθειοι (*uel sim.*) **bd** ΘΕΙΟΙ **P** ciues (*sequ. spat.*) **H** *om.* **s** ei nos θεῖοι **A**$^2$**c***Rom.* ei nos συννοσεῖν *Schuetzius duce Mureto* (*qui* cui *coni.*) συννοσεῖν *Wesenb. Em. Alt. p.* 89 ei nos συμπαθεῖν *Reidius l. l. coll. ad Att.* XII 11 4 Πελληναίων (*om.* in) **M***corr.***bdms** ΠΕΜΗΝΕωΝΙΝ **M**$^1$**GP** (*sed* -ΕΜωΝ- **G**, ΠΕΜΙν- **P**) πελληναῖον in **A**$^2$**c** 5 alteruum **M**$^1$**m** accer-uum **M**$^2$ aceruum **M**$^3$ Dicaearchiae *Bergkius Kl. phil. Schr.* II *p.* 531 *sed cfr Vahlenus Op.* II *p.* 335 obstruxeram **I** 6 et unde **C** et eodem **M***corr.***bdsGHNVI** (*sed* et eo de **N**) et eo **M**$^1$**m** et cum **P** et a quo **A**$^2$**c***Rom.* et ex (*uel* ab) eo . . . quam e (*uel* a) P. *Reidius l. l.* plurima **M**$^1$**m**, *corr.* **M**$^3$ 7 ET **M**$^1$**G** ΕΘ **P** & c καὶ **M***corr.***bdmsA**$^2$*Rom.*, *cfr p.* 60, 4 *adscr.* corinthiorum et atheniensium **d** 8 credes **M**$^3$(*eras.*) **dGHNPZ**$^1$(?)**I** credas **bs** *alterutrum codd. Mal.* hr͡edes **M**$^1$ heredes **m***Rom.* h(a)eredes **A**$^2$**c** te **ΣIA**$^2$**c** *om.* **Δ***Rom.* hoc **bdsHNPIA**$^2$**c** *uaria temptarunt ex* **M** *profecti, uelut* crede, si leges haec, dices *Bootius, cfr etiam Wesenb. l. l.* 9 *adscr.* herodes **ds** eum **M**$^3$**bdsGHIA**$^2$**c***Rom.* cum **N** tum **M**$^1$**mPV** 10 qui me] quin **M**$^1$**m**, *corr.* **M**$^3$ quin me *Rom.* 11 com(m)inus **M**$^2$**GHNOVIA**$^2$**c***Rom.* co͡is **M**$^1$**m** quominus **bdsP** 13 lolio *Reidius l. l. p.* 365 *coll. Plin. N. H.* XXII 160: lol(l)io (L-) **ΩIA**$^2$**c***Rom.* Lollio *uulg.* Vinio *Pius* 14 hec quid **Ω** (*sed* hoc **P**, qui **s**)

pellaturum. uelim tamen, si quid est de Antoni aduentu quod audieris, scribas ad me et, quoniam huc non uenis, cenes apud nos utique prid. Kalendas. caue aliter facias. cura ut ualeas.

## III

## CICERO ATTICO SAL.

Primum, ut opinor, εὐαγγέλια. Valerius absolutus est Hortensio defendente. id iudicium † Katilio condonatum putabatur; et Epicratem suspicor, ut scribis, lasciuum fuisse. etenim mihi caligae eius et fasciae cretatae non placebant. quid sit, sciemus, cum ueneris. 1

Fenestrarum angustias quod reprehendis, scito te Κύρου παιδείαν reprehendere. nam cum ego idem istuc dicerem, Cyrus aiebat ui radiorum διαφάσεις latis luminibus non tam esse suaues. etenim ἔστω ὄψις μὲν ἡ ᾱ, τὸ δὲ ὁρώμενον β̄, γ̄, ἀκτῖνες δὲ δ̄ καὶ ε̄. uides enim cetera. nam si κατ' εἰδώλων 2

3 utique **ΩC***Rom.* utque **IA**$^2$**c** facias et cura **P** 4 ut ualeas **M**$^1$**msNOPVIA**$^2$**c***Rom.* ut uideas ualeas **M**$^3$**bdG** ut uideas. Vale **H**

EP. III. 7 Primum . . . dubitet. nam *p.* 68, 12 *om.* **E** ЄΥΑΝΓЄΛΙΑ **M**$^1$**GP** *adscr.* bona nuntiatio **M***corr.***dms** 8 Katilio **Z**$^l$ K. Atilio **Z**$^b$ hatilio **MbdG** a(t)tilio **sHNPIA**$^2$**c***Rom.* hacilio **m** athilio **V** Afilio **F** Auli filio (*i. e.* L. Afranio) *Tunstallus, uulg.; cfr tamen Drumannus Gesch. Roms* I$^2$ *p.* 26 Catuli genero (*i. e.* Hortensio) *Reidius l. l. p.* 367, *cui* Valerius *uidetur esse* M. Valerius Messala condemnatum **M**$^1$**mI**, *corr.* **M**$^2$ 9 Iphicratem *Tyrrellus Hermath.* I (*a.* 1873) *p.* 201, *fort. recte* 10 mihi *om.* **M**$^1$**ms***Rom., add.* **M**$^3$ eius caligae **IA**$^2$**c** Gallicae *coni. Mal. coll. Gell. N. A.* XIII 22 et *Orellius:* ut **ΩIA**$^2$**c***Rom.* 12 *uerba* fenestrarum . . . tertio *p.* 68, 20 *om.* **GH** *adscr.* Cyri eruditionem **M***corr.* **dms** 14 gyrus **IA**$^2$**c***Rom.* girus **Ω** aiebat ui radiorum *auctore Tunstallo Luenemannus:* aiebat uiridiorum **NPV**(*sed* age- **N**)*cod. Pith.* aiebatur idiorum **Δ** (*sed* aiebat **b**) agebatur uiridiorum **IA**$^2$**c***Rom.* aiebat uiridariorum *Bosius* ΔΙΛΦΑCΕΙC **M**$^1$ aΙaΦaeΙC **P** αἱ διαφάσεις **M***corr.***bdms***Rom.* τὰς διαφάσεις **A**$^2$ *adscr.* transparentiae *uel* transparitiones **M***corr.***dms** lateis **MdP** latteis **N** lacteis **VI** 15 ὄψις μὲν ἡ α *codd.,* **C** μὲν ὄψις α **A**$^2$**c** οφισμεν.α. *Rom.* ἡ ᾱ τὸ δὲ **M***corr.***bdms** ΗΛΤωaЄ **M**$^1$ ΙaΤω ae **P** 16 ἀκτῖνες δὲ δ̄ καὶ ε̄ *uulg.:* aΚΤЄΙΝЄCΛЄΛΙΤΑ **M**$^1$**P** (*sed* -aeaΙ- **P**) ἀκτῖνες δὲ αἱ Γᾱ **M***corr.***bdms** ακτινεσδεη.β.καια. *Rom.*

ἐμπτώσεις uideremus, ualde laborarent εἴδωλα in angustiis; nunc fit lepide illa ἔκχυσις radiorum. cetera si reprehenderis, non feres tacitum, nisi si quid erit eius modi, quod sine sumptu corrigi possit.

3 Venio nunc ad mensem Ianuarium et ad ὑπόστασιν nostram ac πολιτείαν, in qua Σωκρατικῶς εἰς ἑκάτερον sed tamen ad extremum, ut illi solebant, τὴν ἀρέσκουσαν. est res sane magni consilii. nam aut fortiter resistendum est legi agrariae, in quo est quaedam dimicatio sed plena laudis, aut quiescendum, quod est non dissimile atque ire in Solonium aut Antium, aut etiam adiuuandum, quod a me aiunt Caesarem sic exspectare, ut non dubitet. nam fuit apud me Cornelius, hunc dico Balbum, Caesaris familiarem. 'is adfirmabat illum omnibus in rebus meo et Pompei consilio usurum daturumque operam, ut cum Pompeio
4 Crassum coniungeret. hic sunt haec: coniunctio mihi summa cum Pompeio, si placet, etiam cum Caesare, reditus in gratiam cum inimicis, pax cum multitudine, senectutis otium. sed me † καταχρεσις mea illa commouet, quae est in libro tertio:

*p.* 67, 15 *sq. adscr.* sit uisio quidem prima quod autem uidetur secunda et tertia radii autem tertia prima **M***corr.***dms**, *sed* et *om.* **ds**, *prius* autem *om.* **M***corr.***m**, tertia prima *om.* **m** enim *suspectum Wesenbergio Em. alt. p.* 89
1 ENIITωCEIC **M** eνaTOCeIC **P** *adscr.* secundum idolorum seu phantasiarum incidentias **M***corr.***dms**, *sed* seu phantasiarum *om.* **m** *adscr.* idola (yd-) *et* 2 effusio **M***corr.***dms** 5 *adscr.* statum **M***corr.***dms** 6 ΠΟΛЄΙΤЄΙΑΝ **M$^1$P** *adscr.* politiam **ds** Σωκρατικῶς **A$^2$c***Rom.* socraticos **ΩI** ЄΨCЄKaT PPOn **Mm** eIceKTePνOH **P** εφσεκατερρον **c** *om.* **M***corr.***bdsA$^2$***Rom.* 7 *adscr.* placentem **M***corr.***dms** 8 ut **NP** est legi agrariae *om.* **s** 9 qua **PVA$^2$c** quam *Rom.* 10 aut quiescendum **M$^4$sA$^2$c** ad quiescendum **Ω**(*praet.* **s**)**I** aut acquiescendum *Rom.* 12 exspectare **ΩCI***Rom.* spectare **A$^2$c** 13 fuit] *accedit* **E** (*noua ep.*) 17 etiam **sEIA$^2$c***Rom.* et tam **MdmN** et etiam **P** ea tam **b** et **V** 19 karkpecic **E** ΚΛΤΛΚΡЄCIC **M$^1$** κατάκρισις **M***corr.***bdmsPA$^2$c***Rom.* *adscr.* damnatio **M***corr.***dms**; *praeterea manu rec. in marg. dextra cod:is* **M** *adscr.* καταχρεσις abusio, *in sin.* καλλιόπησ καταχλεὶς *Turnebus, plerique edd., cfr* IX 18, 3 (clausula *ep.* II 4. 2) κατάκλησις *Bootius* mea] me **m** *om.* **s**

interea cursus, quos prima a parte iuuentae
quosque adeo consul uirtute animoque petisti,
hos retine atque auge famam laudesque bonorum.

Haec mihi cum in eo libro, in quo multa sunt scripta ἀριστοκρατικῶς, Calliope ipsa praescripserit, non opinor esse dubitandum, quin semper nobis uideatur

εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνασθαι περὶ πάτρης.

Sed haec ambulationibus Compitaliciis reseruemus. tu pridie Compitalia memento. balineum calfieri iubebo. et Pomponiam Terentia rogat; matrem adiungemus. Θεοφράστου περὶ φιλοτιμίας adfer mihi de libris Quinti fratris.

## IV

## CICERO ATTICO SAL.

Fecisti mihi pergratum, quod Serapionis librum ad me 1 misisti; ex quo quidem ego, quod inter nos liceat dicere, millesimam partem uix intellego. pro eo tibi praesentem pecuniam solui imperaui, ne tu expensum muneribus ferres. ast quoniam nummorum mentio facta est, amabo te, cura,

1 interea] *accedunt* **GH** 2 quousque **NP** immoque **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$
3 atque *bis* **E** 4 in eo **ENIA**$^2$**c** meo **ΔGHP***Rom.* multa perscripta sunt **H** 5 ἀριστοκρατικῶς **sA**$^2$**c***Rom.* ΑΡΙCΤΟΚΡΑΤΙΚΟC **MG** (*sed* -ΚΑΡΑ- **M**) ἀριστοκρατικὸς **M***corr.***bdm** *adscr.* optimatissimus **M***corr.***dms** perscripserit **bHIA**$^2$**c** 6 quin . . . fratris *u.* 11 *om.* **E** 7 *Hom. Il.* XII 243 ΑΜΥΝaCΟaΙ **M**$^1$**P** ΑΜΥΝCЄΑΙ **G** ἀμύνασθαι **M***corr.***bdms** ἀμύνεσθαι **A**$^2$**c***Rom., Hom.* *adscr.* unum augurium optimum pugnare pro patria **M***corr.***dms** 8 Compitaliciis *om.* **I** Compitaliciis . . . pridie *om.* **GH** 9 mementote **M**$^3$**bdsGH** balneum **Δ**(*sed inter* l *et* n *ras. in* **M**)**NIA**$^2$**c***Rom.* ob alineum **P** obalienum **V** *om.* **GH** calefieri **IA**$^2$**c***Rom.* ea fieri **GH** (*sed* eas **H**) uidebo **GHP** 10 *ante* Terentia *add.* iam **I**, nam **A**$^2$**c** 11 φιλοτιμίας **C**, *cfr Diog. Laert.* V 46 ΦΙΛΟΤЄΙΑC **M**$^1$**GP** φιλολογίας uel φιλοθείας **M***corr.***bds**, *sed supra* -λογι- *corr.* νικι, *supra* -οθει- *corr.* αυτι **M** φιλολογίας *sed superscripto* θεΐας **m** φιλομαθίας **A**$^2$**c***Rom.* *adscr.* theophrasti de amore sapientiae *et* amore deorum **M***corr.***ds** theophrasti de amore deorum **m** Vale *add.* **IA**$^2$**c***Rom.*
EP. IV. 15 licet **V** dicere *om.* **bds**, *cfr Handius Turs.* III *p.* 401 16 partem *om.* **M**$^1$, *add.* **M**$^2$ 17 ferres] faceres **M**$^3$(*sed del.*)**bdsGH**
18 ast **M**$^3$**Σ***Ant.***I** at **M**$^1$**mA**$^2$**c***Rom.* abst **d** abs te **bs** at *uel* sed *edd.; u. supra ad p.* 40, 1 te *om.* **VI**

ut cum Titinio, quoquo modo poteris, transigas. si in eo, quod ostenderat, non stat, mihi maxime placet ea, quae male empta sunt, reddi, si uoluntate Pomponiae fieri poterit; si ne id quidem, nummi potius reddantur, quam ullus sit scrupulus. ualde hoc uelim, antequam proficiscare, amanter, ut soles, diligenterque conficias.

2 Clodius ergo, ut ais, ad Tigranem! uelim † Sirpiae condicione; sed facile patior. accommodatius enim nobis est ad liberam legationem tempus illud, cum et Quintus noster iam, ut speramus, in otio consederit, et iste sacerdos Bonae deae cuius modi futurus sit sci⟨erim⟩us. interea quidem cum Musis nos delectabimus animo aequo, immo uero etiam gaudenti ac libenti, neque mihi umquam ueniet in mentem Crasso inuidere neque paenitere, quod a me ipse non desciuerim.

3 De geographia dabo operam ut tibi satis faciam; sed nihil certi polliceor. magnum opus est, sed tamen, ut iubes, curabo, ut huius peregrinationis aliquod tibi opus exstet.
4 tu quidquid indagaris de re publica et maxime quos consules futuros putes, facito ut sciam. tametsi nimis sum curiosus; statui enim nihil iam de re publica cogitare.

1 Titinio **C***Rom.* Ticinio **Ω** Cicinio **I** Tycinio **A**$^{2}$**c** *uerba* si in eo . . . scierimus *u.* 11 *om.* **E** 2 quod **M**$^{2}$**bdmsNO**$^{2}$**IA**$^{2}$**c***Rom.* quos **M**$^{1}$**M**$^{3}$**GHO**$^{1}$**PV** 3 Pomponiae **mGHPIA**$^{2}$**c***Rom.* Pomponia **M**$^{1}$ ponpeiane **N** pomponii **bd** pompeii **s** 7 sirpi(a)e (S-) **Σ** Sirpiæ **C** syrpi(a)e (S-) **ΔIA**$^{2}$**c***Rom.* ipse pari *Lehmannus Quaest. Tull. p.* 127 scire qua *Sternkopfius Progr. Elberf. a.* 1889 *p.* 22 turpiore *Reidius l. l.; alii alia* 8 condicione **M***corr.***ΣCI** condiciones **Δ**(*sed* -ṣ **M***corr.*)**A**$^{2}$**c***Rom.* *cfr Drumannus, Gesch. Roms*$^{2}$ II *p.* 548; Sirpiae(?) condicione *prouerbium fuisse uidetur* est nobis **bdsN** nobis (*om.* est) **OV** nobis erit *Ernestius** 9 quintius **M**$^{1}$**b** quinctius **M***corr.* 11 bene de te **M**$^{1}$ bone dee **M**$^{2}$ sit scierimus *Orellius:* scius sit **M**$^{1}$**mOVZ**$^{b}$ scidus sit **M**$^{2}$*al.* (scidus *post del.*) sidus sit **N** sit **M***corr.***bdsGH** sit esse possit **P** sit scimus *Rom.* sit sciri possit **A**$^{2}$**c** sciri possit **I** sit sciemus *Ernestius* interea] *accedit* **E** (*noua ep.*) 12 delectabimus **A**$^{2}$**c***Rom.* delectauimus **ΩI** 14 quod a me] quodam **GH** a me] an **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{2}$ *om.* **N** 15 ipso **I** desiuerim **M**$^{1}$(*corr.* **M**$^{2}$)**mG**$^{1}$**V** 18 aliquod *om.* **M**$^{1}$**mA**$^{2}$*Rom.*, *add.* **M**$^{3}$ 20 nimis **Ω**(*praet.* **M**$^{1}$)**IA**$^{2}$**c***Rom.* minus **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{2}$ (*sed* nimis *post erasum*) 21 iam *om.* *Rom.*

Terentiae saltum perspeximus. quid quaeris? praeter quer- 5
cum Dodonaeam nihil desideramus, quo minus Epirum ipsam possidere uideamur. nos circiter Kal. aut in Formiano 6
erimus aut in Pompeiano. tu, si in Formiano non erimus, si nos amas, in Pompeianum uenito. id et nobis erit periucundum et tibi non sane deuium. de muro imperaui Philo- 7
timo ne impediret, quo minus id fieret, quod tibi uideretur. tu censeo tamen adhibeas Vettium. his temporibus, tam dubia uita optimi cuiusque, magni aestimo unius aestatis fructum palaestrae Palatinae, sed ita tamen, ut nihil minus uelim quam Pomponiam et puerum uersari in timore ruinae.

## V

## CICERO ATTICO SAL.

Cupio equidem et iam pridem cupio Alexandriam 1
reliquamque Aegyptum uisere et simul ab hac hominum satietate nostri discedere et cum aliquo desiderio reuerti, sed hoc tempore et his mittentibus

αἰδέομαι Τρῶας καὶ Τρῳάδας ἑλκεσιπέπλους.

Quid enim nostri optimates, si qui reliqui sunt, loquentur? an me aliquo praemio de sententia esse deductum?

Πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει,

Cato ille noster, qui mihi unus est pro centum milibus. quid uero historiae de nobis ad annos DC praedicarint?

3 uideamur] uideam **M**²*al.*(*del.*)**N** 6 de muro . . . ruinae *u.* 11 *om.* **E** 8 tu **c** *v. c. Bosi* ut **ΩIA**²*Rom.* Veccium **MG** ueceium **b** Vectium *rell.* 11 Vale *add.* **A**²**c***Rom.*

EP. V. 14 Alexandriam **bdsEHNPI***Rom.* Alexandream **MmGVA**²**c** 16 societate **msHN** nostri] nostra (*ante* hominum) **H** *om.* **s** 18 *Hom. Il.* VI 442 *adscr.* uereor troianos et troianas trahentes pallia **M** *corr.***dms** 19 nostrei **MmG** 21 *Hom. Il.* XXII 100 εα εΤΧεΙΗΝ **P** ϵΛεaεXϵIHN **M**¹ (Γ *uel* T *ante* X *add.* **M***corr.*) ϵΛϵΛ ϵΓXϵIHN **G** *Graeca om.* **bdsA**²*Rom.* 22 Quid Cato **A**²**c***Rom.* 23 historia *Rom.* annos] nos **HV** DC (*uel* dc) **MmsEGNA**²**c***Rom.* sexcentos **OV** *om.* **P** de *cum sequ. uerbo coniunctum* **bdHI** pr(a)edicarint **M**²*al.***dEIA**²**c***Rom.* pr(a)edicarunt **M**¹**m**(?)**sGHNOPV** predicarit **b** praedicabunt *Lamb. in marg.**

quas quidem ego multo magis uereor quam eorum hominum, qui hodie uiuunt, rumusculos. sed, opinor, excipiamus et exspectemus. si enim deferetur, erit quaedam nostra potestas, et tamen deliberabimus. etiam hercule est in non accipiendo non nulla gloria. qua re si quid Θεοφάνης tecum forte contulerit, ne omnino repudiaris.

2 De istis rebus exspecto tuas litteras, quid Arrius narret, quo animo se destitutum ferat, et qui consules parentur, utrum, ut populi sermo, Pompeius et Crassus, an, ut mihi scribitur, cum Gabinio Seruius Sulpicius, et num quae nouae leges, et num quid noui omnino, et, quoniam Nepos proficiscitur, cuinam auguratus deferatur, quo quidem uno ego ab istis capi possum. uide leuita⟨te⟩m meam. sed quid ego haec, quae cupio deponere et toto animo atque omni cura φιλοσοφεῖν? sic, inquam, in animo est; uellem ab initio; nunc uero, quoniam quae putaui esse praeclara expertus sum quam essent inania, cum omnibus Musis
3 rationem habere cogito. tu tamen de Curtio ad me rescribe certius, et nunc quis in eius locum paretur, et quid de P. Clodio fiat, et omnia, quem ad modum polliceris, ἐπὶ σχολῆς

2 sed opinor . . . litteras *in fine ep. om.* **E** 3 deferetur **M**$^{1}$**mNOPVIA**$^{2}$**c** defertur **M**$^{3}$**bdsGH***Rom.* 4 et tamen **M**$^{1}$**mGHNOV** et tum **M**$^{2}$**bdsPIA**$^{2}$**c***Rom., uulg.; cfr u.* 18, *p.* 65, 8, *al.* etiam **bdO**$^{1}$**PV***Ant.* et iam **MmsGHNO**$^{2}$**IA**$^{2}$**c** *Rom.* 5 in] mihi **ms**(*sed* $\overset{i}{m}$ s)*Rom.* 6 Θεοφάνης *post* contulerit **bds** *superscr.* theophanes **m** tecum **ΔO**$^{2}$**IA**$^{2}$**c***Rom.* tectum **M**$^{3}$(*sed del.*)**Σ** 7 litteras tuas **IA**$^{2}$**c***Rom.* 8 et qui] ecqui *Bosius, perperam* parentur] pareant **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{3}$ pereant **m** 11 leges nouae **IA**$^{2}$ 13 uide leuitatem *Muretus prob. Wesenbergio Em. alt. p.* 89 (*sed* uides): uidete uitam **Z**$^{l}$ uidete ciuitatem **MdmNOPV***Rom.* uidere ciuitatem **bsIA**$^{2}$**c** uidete euitatem **G**$^{1}$ (*sed* -ele **G**$^{2}$) uidete leuitatem **H*** 15 *adscr.* philosophari **M***corr.* **m** animo est *Victorius:* animo si (*i. e.* animost; *cfr p.* 2, 2) **ΔGNOV***Rom.* animo sic **M**$^{4}$(*ut uid.*)**PIA**$^{2}$**c** animo sed **H** 18 orationem **s** Curtio **P** **A**$^{2}$**c**, *Drumannus l. l.* II *p.* 24 *adn.* 1 cutio **M**$^{1}$**m** tutio **M**$^{3}$**dsGVZ**$^{b}$**I** tucio **H** cucio **N** titio **b** Curio *Rom.; cfr Reidius l. l. p.* 369 rescribe **sGHOVIA**$^{2}$**c***Rom.* rescribere **Δ** (*praet.* **s**) scribere **N** scribe **P** 19 certius **ΔIA**$^{2}$**c** recentius **Σ***Rom.* nunc] num *plerique recc. edd., nescio an recte* de *om.* **GH** 20 fiat et **M**$^{3}$**bdsΣIA**$^{2}$**c** fr͡e **M**$^{1}$ fratre **m***Rom.* tu *ante* polliceris *add.* **OPVIA**$^{2}$**c** *Graeca om.* **s** *adscr.* in otio **M***corr.***dms**

scribe, et quo die Roma te exiturum putes, uelim ad me scribas, ut certiorem te faciam, quibus in locis futurus sim, epistulamque statim des de iis rebus, de quibus ad te scripsi. ualde enim exspecto tuas litteras.

## VI

## CICERO ATTICO SAL.

Quod tibi superioribus litteris promiseram, fore ut opus 1
exstaret huius peregrinationis, nihil iam magno opere confirmo; sic enim sum complexus otium, ut ab eo diuelli non queam. itaque aut libris me delecto, quorum habeo Anti festiuam copiam, aut fluctus numero — nam ad lacertas captandas tempestates non sunt idoneae —; a scribendo prorsus abhorret animus. etenim γεωγραφικά, quae constitueram, magnum opus est. ita ualde Eratosthenes, quem mihi proposueram, a Serapione et ab Hipparcho reprehenditur; quid censes, si Tyrannio accesserit? et hercule sunt res difficiles ad explicandum et ὁμοειδεῖς nec tam possunt ἀνθηρογραφεῖσθαι, quam uidebantur, et, quod caput est, mihi quaeuis satis iusta causa cessandi est, qui etiam dubitem, an hic Anti considam et hoc tempus omne consumam, ubi quidem ego mallem duum uirum quam Romae fuisse. tu uero sapientior Buthroti domum parasti. sed, 2

4 litteras tuas **GIA**$^2$ Vale *add.* **A**$^2$**c***Rom.*

EP. VI. 11 ad̂ lacertas captandas **M**$^3$**bdsΣIA**$^2$**c** ad captandas lacertas **M**$^1$**m***Rom.* (*sed* ad lîras captandas lacertas *uoce* lîras, *i. e.* litteras, *deleta* **M**$^1$) 13 *adscr.* geographica **M***corr.***dms** 14 ita ualde . . . reseruatur *p.* 76, 6 *desunt in* **E** 17 *adscr.* uniformes **M**$^2$ *et* **M***corr.* conformes **ds** informes **m** tam **IA**$^2$**c***Rom.* tamen **Ω** 18 *adscr.* floride scribi **M**$^2$ *et* **M***corr.* **dms** quam uidebantur *om.* **s** 19 qui *Rom., Maduigius ad Cic:is de fin. p.* 317 quin **Ω***cod.Pith.***A**$^2$**c** quem **I** 20 an hic an Antii **F** hic an Antii *unus cod. Mal.* 21 duum uirum **GHNO**$^1$(?)**V***cod.Pith.Ant.* diu nimirum **ΔIA**$^2$**c***Rom.* *om.* (*spat. rel.*) **P** 22 me *ante* fuisse *add. Bosius*, consul *maluit Muellerus cfr Buechelerus Mus. Rhen.* XI (*a.* 1857) *p.* 527 = *Kl. Schr.* I *p.* 68 sapienter **bsH** *uerba* sed mihi . . . ad rem *p* 74, 12 *om.* **GH**

mihi crede, proxima est illi municipio haec Antiatium ciuitas. esse locum tam prope Romam, ubi multi sint, qui Vatinium numquam uiderint, ubi nemo sit praeter me, qui quemquam ex uiginti uiris uiuum et saluum uelit, ubi me interpellet nemo, diligant omnes! hic, hic nimirum πολιτευτέον: nam istic non solum non licet sed etiam taedet. itaque ἀνέκδοτα a nobis, quae tibi uni legamus, Theopompio genere aut etiam asperiore multo pangentur. neque aliud iam quidquam πολιτεύομαι nisi odisse improbos, et id ipsum nullo cum stomacho sed potius cum aliqua scribendi uoluptate.

Sed ut ad rem, scripsi ad quaestores urbanos de Quinti fratris negotio. uide, quid narrent, ecquae spes sit denarii, an cistophoro Pompeiano iaceamus. praeterea de muro statue quid faciendum sit. aliud quid? etiam: quando te proficisci istinc putes, fac ut sciam.

## VII

## CICERO ATTICO SAL.

1 De geographia etiam atque etiam deliberabimus. orationes autem ⟨a⟩ me duas postulas; quarum alteram non

1 Antiatum **NIA$^2$c** ciuitas **M$^2$bdmsO$^2$VIA$^2$c***Rom.* ciuitates **M$^1$NO$^1$**(?)**P** (*sed* -tis **N**) 4 ex XX uiris **mN***Rom.* uiuum . et saluum *Victorius:* uiuum est saegium **M$^1$mZ$^b$** uiuum esse **M$^2$c$^S$bds**, *nonnulli codd. Mal.* unum est seṇnī (*sic*) **N** unum esse saluum **OPVIA$^2$c** unum esse Sergium *Rom.* 5 hic *semel* **P** *adscr.* uersari in re publica **M***corr.***dms** 7 *adscr.* non edita **M***corr.***dms** a nobis **NOPVIA$^2$c***Rom. om.* **Δ**, *uulg.* Theopompio *Goueanus:* Theopomponio **Ω***Rom.* Theopompino **IA$^2$c** 8 aut] haud **M$^2$c$^S$** (*eras.*) ạhaud **m** 9 *adscr.* uersor in re publica **M***corr.***dms** 12 scripsi] *accedunt* **GH** equestres **G** 13 ecquae *Manutius:* et qu(a)e **ΩIA$^2$c***Rom.* 15 statuae **M$^3$**(*del.*)**bdHI** aliud. quid **M$^1$mΣ** aliud. quin **M$^2$c$^S$bdsO$^2$IA$^2$c***Rom.* 16 Vale *add.* **A$^2$c***Rom.*

EP. VII. **E** *deest usque ad* incende *p.* 76, 6 19 delib'abimus **M** *sed* ', *i. e.* -er-, *deletum* deliberauimus **mPA$^2$c** deliberabimus *rell.* 20 autem a me **c** a me autem **IA$^2$** autem me **Ω**(*praet.* **s**)*Ant.Rom.* autem meas **s**; *cfr Muellerus Synt. d. Nom. u. Acc. p.* 151

libebat mihi scribere, † qui absciram, alteram, ne laudarem eum, quem non amabam. sed id quoque uidebimus. denique aliquid exstabit, ne tibi plane cessasse uideamur.

De Publio quae ad me scribis, sane mihi iucunda sunt, 2
eaque etiam uelim omnibus uestigiis indagata ad me adferas, cum uenies, et interea scribas, si quid intelleges aut suspicabere, et maxime de legatione quid sit acturus. equidem antequam tuas legi litteras † in hominem ire cupiebam, non mehercule ut differrem cum eo uadimonium — nam mira sum alacritate ad litigandum —, sed uidebatur mihi, si quid esset in ⟨eo⟩ populare, quod plebeius factus esset, id amissurus. quid enim? ad plebem transisti, ut Tigranem ires salutatum? narra mihi: reges Armenii patricios resalutare non solent? quid quaeris? acueram ⟨me⟩ ad exagitandam hanc eius legationem. quam si ille contemnit et si, ut scribis, bilem id commouet et latoribus et auspicibus legis curiatae, spectaculum egregium. hercule uerum ut loquamur, sub- 3
contumeliose tractatur noster Publius, primum qui, cum

1 qui absciram (-sti-) **ΔGNOV**(*sed* quid **N**)**Z**$^1$ qui ab *relicto spatio* **P** quia obscuram **H** qui(?) absciram *uel* abstiram *uel* abfueram *codd. Mal.* qui abscideram **I** quia abscideram **A**$^2$**c**, *non nulli edd.* qui abfueram *Rom.* quia obscura erat *Maduigius Adu.* III *p.* 168; *alii alia* ne] quia ne **H** 2 denique aliud aliquid **IA**$^2$**c** 3 tibi **PIA**$^2$**c***Rom.* te **ΔGHN** *om.* **O**$^1$**V** 5 omnibus uestigiis] uestigiis omnibus **s** sane uestigiis **bd** 6 cum (*uel* quom) **M**$^1$**msNOPVIA**$^2$**c***Rom.* quom autem **M**$^3$(*del.*)**bd** quoniam **G** quando **H** uenias **I** inuenies **P** 7 sis **bds** 8 in *del. Manutius, Otto, Mus. Rhen.* XLI (*a.* 1886) *p.* 367 in Asiam *Starkerus Symb. crit. p.* 34 in legationem *Muellerus Mus. Rhen.* LIII (*a.* 1898) *p.* 122 ire hominem [ire] *Kahntius Symb. crit. p.* 4; *u. ad p.* 8, 12; 38, 1; *cfr Drumannus, Gesch. Roms*$^2$ II *p.* 549 10 nam . . . hercule *u.* 18 *om.* **GH** 11 in eo populare **sPIA**$^2$**c** in populare **MmNV** inpopulare (imp-) **bd***Rom.* 12 *distinxit Muellerus l. l.* quid enim . . . transisti? *uulg.* 14 resalutare **NO**$^1$**PVC** salutare **ΔO**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.* 15 me **IA**$^2$**c***Rom.* *om.* **Ω** 16 ipse **N** bilem id **M**$^2$**bdmsIA**$^2$**c***Rom.* bilem is **M**$^1$ bilem (h)iis **NV** billeniis **P** 17 curiatae **sA**$^2$**c***Rom.* curiates **V** curitates **MbdmOPI** cur ita res **N** 19 primum qui **M**$^3$**bdsGHNOVC** et qui primum **P** et primum qui **I** qui **M**$^1$**mA**$^2$**c***Rom.*

domi Caesaris quondam unus uir fuerit, nunc ne in uiginti quidem esse potuerit; deinde alia legatio dicta erat, alia data est. illa opima ad exigendas pecunias Druso, ut opinor, Pisaurensi an epuloni Vatinio reseruatur; haec ieiuna tabellarii legatio datur ei, cuius tribunatus ad istorum tempora reseruatur. incende hominem, amabo te, quod potest. una spes est salutis istorum inter istos dissensio; cuius ego quaedam initia sensi ex Curione. iam uero Arrius consulatum sibi ereptum fremit; Megabocchus et haec sanguinaria iuuentus inimicissima est. accedat uero, accedat etiam ista rixa auguratus. spero me praeclaras de istis rebus epistulas ad te saepe missurum.

4 Sed illud quid sit, scire cupio, quod iacis obscure, iam etiam ex ipsis quinque uiris loqui quosdam. quidnam id est? si est enim aliquid, plus est boni, quam putaram. atque haec sic uelim existimes non me abs te κατὰ τὸ πρακτικὸν quaerere, quod gestiat animus aliquid agere in re publica. iam pridem gubernare me taedebat, etiam cum licebat; nunc uero, cum cogar exire de naui non

1 domi C, *v. c. Bosi* in domo Ω(*sed* in domum H)IA$^2$c*Rom.*, *utrumque recte; cfr p.* 20, 6, *or. in M. Ant.* II 29, 74 in *Ant.* Caesar s 3 opima *uulg.*: optima ΩIA$^2$c*Rom.* 4 Pisaurensi an epuloni Z$^{bl}$ pisaurensia nepoloni M$^2$*al.*'GHNOP (*sed* -tiane po- P) pisaurensia neptiloni Δ (*sed* -nsi a nept- M$^1$, *corr.* M$^2$) pisaurentia neptolimi V pisaurensia nebuloni M$^4$*Rom.* pisaurensi neptiloni I Pisaurensis nebuloni s$^2$A$^2$c reseruantur M 5 ieiuna tabellarii legatio N(*sed* -unia)VC ieiuna tabella relegatio M*corr.*bdsI ieiunata bella relegatio M$^1$m ei una tabellaris legatio M$^3$GHO (*sed* ed una, *ut uid.*, O) ieiuna tabellaris legatio *Rom.* circumacta et (*sequ. spat.*) bellari legatio P ieiuna ac bella relegatio A$^2$c 6 incende] *accedit* E (*sed* intende) 7 quod Ω(*praet.*V)*codd.Mal.*I*Rom.* quoad VZ$^b$A$^2$c potest ΩZ$^b$I*Rom.* potes *codd.Mal.*(?)A$^2$c; *u. Comm. Tull. p.* 165 inter ipsos bds; *cfr Thielmannus Arch. Woelffl.* VII *p.* 351 8 Curione nostro. Iam Arrius P 9 Megabocchus ΩC*Rom.* Megabrotus IA$^2$c 10 sanguinaria *etiam* M$^1$ saginaria P munitissima *Rom.* accedit M$^1$m, *corr.* M$^3$ 14 iam sIA$^2$c tñ (*i. e.* tamen) E tam *rell.* quinque] V E uiginti *Manutius sine causa; cfr Drumannus Gesch. Roms*$^2$ II *p.* 198, *Reidius l. l. p.* 373 quidnam sPc quodnam Ω(*praet.* sP)IA$^2$*Rom.* 15 putaram ΩI*Rom.* putarant A$^2$c putarem C *cfr p.* 79, 20 16 *adscr.* secundum practicam M*corr.*dms 19 cum (*ante* cogar)] quoniam M$^3$G quoniam ego H

abiectis sed ereptis gubernaculis, cupio istorum naufragia ex terra intueri; cupio, ut ait tuus amicus Sophocles,

κᾂν ὑπὸ στέγῃ
πυκνῆς ἀκούειν ψακάδος εὑδούσῃ φρενί.

De muro quid opus sit, uidebis. Castricianum mendum nos corrigemus, et tamen ad me Quintus HS ccIↃↃ IↃↃ scripserat, † non ad sororem tuam HS xxx [a]. Terentia tibi salutem dicit. Cicero tibi mandat, ut Aristodemo idem de se respondeas, quod de fratre suo, sororis tuae filio, respondisti. de Amalthea quod me admones, non neglegemus. cura, ut ualeas. 5

## VIII

## *CICERO ATTICO SAL.*

Epistulam cum a te auide exspectarem ad uesperum, ut soleo, ecce tibi nuntius pueros uenisse Roma. uoco, quaero, ecquid litterarum. negant. quid ais? inquam, nihilne a Pomponio? perterriti uoce et uultu confessi sunt 1

1 ereptis **M**$^{3}$**Σ***Ant.***A**$^{2}$**c** receptis **Δ***Rom.* 2 cupio *om.* **H** 3 *Trag. Graec. fragm. ed. Nauck.*$^{2}$ *p.* 270 (*fragm. Soph. n:o* 579), *ubi* κᾆθ' *et* ἀκοῦσαι KAN **MmGP** στέγῃ πυκνῆς] CTЄΓHC (*supra* H *scripto* T) **M** CTЄTC **G** CTeTeïC **P** στεγῆς **c** 4 ΥΑΚΛaOC **M** (ψΑ- **M***corr.*) ΥΑΚΛΑOC **G** ΥaKaOC **P** ψάκαλος **C** εὔκηλος **A**$^{2}$**c** *Graeca om.* **bds***Rom.*, κᾂν . . πυκνῆς *om.* **A**$^{2}$ 5 de . . . ualeas *u.* 11 *om.* **E** mendum neutro M. Tullius ad Atticum lib. II Castricianum mendum nos corrigemus *Nonius* 214, 2 *M.*, *ubi* non corrigeris *codd.* 6 Quintus **A**$^{2}$**c***Rom.* qu(a)e **Ω** *om.* **I** HS *Wesenb. Em. Alt. p.* 90: clI **M**$^{3}$**G** di **M**$^{1}$**m** dicunt **PV** de **I** *om.* **bdsH** *totum locum ita dat* **N**: ad me (*sequ. lin. distort.*) descripserat ccIↃↃ IↃↃ **P**, *nonnulli codd. Mal.* ccLII . LIII **M**$^{3}$**G** cclↃↃlↃↃↃ **M**$^{1}$**V** cclↃlↃↃↃ **M***corr.* lↃↃlↃↃↃ **m** *om.* **bdsH** dccxxxvIIII (*sequ. spat.*) **I** *totum locum ita dant* **A**$^{2}$**c***Rom.*: Quintus Decelini mendum scripserat 7 nunc ad *uel* non ut ad *Malaspina* HS xxx **Ω**(*praet.* **H**)**A**$^{2}$**c***Rom.* MdCXXX **I** *om.* **H** a **M**$^{1}$**mP** at **M***corr.***bdsGHNO**$^{2}$ ad **V** *om.* **IA**$^{2}$**c***Rom.* (*scil. exitus uocis* triginta) 10 Amaltheia **M**$^{1}$**mG** Amalthea *rell.* Ἀμαλθεία *Orellius*

EP. VIII. *Inscriptionem om.* **Δ** 15 Romam **M**$^{1}$**bdGH** (-m *eras.* **M***corr.*)**I** 16 ecquid **EVIA**$^{2}$**c***Rom.* hec quid **N** et quid **M**$^{1}$**m** et quicquid **M**$^{3}$(*del.*)**GH** si quid **bdsP** agis **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{2}$

se accepisse sed excidisse in uia. quid quaeris? permoleste tuli. nulla enim abs te per hos dies epistula inanis aliqua re utili et suaui uenerat. nunc, si quid in ea epistula, quam ante diem xvi Kal. Maias dedisti, fuit historia dignum, scribe quam primum, ne ignoremus; sin nihil praeter iocationem, redde id ipsum.

Et scito Curionem adulescentem uenisse ad me salutatum. ualde eius sermo de Publio cum tuis litteris congruebat; ipse uero mirandum in modum

. . . reges odisse superbos.

peraeque narrabat incensam esse iuuentutem neque ferre haec posse. bene habemus; nos, si in his spes est, opinor, aliud agamus. ego me do historiae. quamquam licet me Saufeium putes esse; nihil me est inertius.

2 Sed cognosce itinera nostra, ut statuas, ubi nos uisurus sis. in Formianum uolumus uenire Parilibus; inde, quoniam putas praetermittendum nobis esse hoc tempore Cratera illum delicatum, Kal. Maiis de Formiano proficiscemur, ut Anti simus a. d. v Non. Maias. ludi enim Anti futuri sunt a[d] iiii [Kal.] ad pr. Non. Maias. eos Tullia spectare uult. inde cogito in Tusculanum, deinde Arpinum, Romam ad Kal. Iunias. te aut in Formiano aut Anti aut in Tusculano cura ut uideamus. epistulam superiorem restitue nobis et adpinge aliquid noui.

2 inanis sine **P** 3 persuaui **P** in ea] mea **M**$^1$**m** 7 Curionem nostrum adulescentem **G** 10 *cfr ad Att.* VI 3, 7, *Lucil.* 1181 *sq. Marx.* 11 peratque **M**$^1$(?)**m**, *corr.* **M**$^3$ haec ferre **IA**$^2$**c** 12 habemus nos, si . . . est; opinor *Schuetzius* habet; nos, si . . . est, opinor *Corradus* iis **VA**$^2$**c** 16 uenire *om.* **V** 17 a nobis **A**$^2$**c** 18 delicatum **Z**$^1$ deligatum **M**$^3$**Σ**(*praet.***H**)**I** delegatum **ΔHA**$^2$**c***Rom.* 20 a iiii ad *Manutius:* a iiii kal. ad **E***Rom.* ad iiii K(al). ad **M**$^1$**msNPV** x (*uel* decem) ad iiii K(al). ad **M***corr.*(*sed* x *post del.*)**bdGH** x. A. D. Non. Maji *v. c. Bosi, sed* ex A. D. *teste Baluzio, cfr Clarkius Phil.* LX (*a.* 1901) *p.* 214 ad **I** *om.* **A**$^2$**c** pr.] populum romanum **V** 22 te autem in **O**$^1$**PV** 23 ut] ut nos **O**$^1$**PV** 24 Vale *add.* **A**$^2$**c***Rom.*

## IX

## CICERO ATTICO SAL.

Subito cum mihi dixisset Caecilius quaestor puerum 1
se Romam mittere, haec scripsi raptim, ut tuos ⟨elicerem⟩ mirificos cum Publio dialogos cum eos, de quibus scribis, tum illum, quem abdis et ais longum esse, quae ad ea responderis, perscribere; illum uero, qui nondum habitus est, quem illa βοῶπις, cum e Solonio redierit, ad te est relatura, sic uelim putes, nihil hoc posse mihi esse iucundius. si uero, quae de me pacta sunt, ea non seruantur, in caelo sum, ut sciat hic noster Hierosolymarius traductor ad plebem, quam bonam meis putissimis orationibus gratiam rettulerit. quarum exspecta diuinam παλινῳδίαν. etenim, quantum coniectura auguramur, si erit nebulo iste cum his dynastis in gratia, non modo de c y n i c o c o n s u l a r i sed ne de istis quidem piscinarum Tritonibus poterit se iactare. non enim poterimus ulla esse inuidia spoliati opibus et illa senatoria potentia. sin autem ab iis dissentiet, erit absurdum in nos inuehi. uerum tamen inuehatur. festiue, mihi crede, et minore sonitu, quam putaram, orbis

EP. IX. 3 Celius *Rom.* 4 Romam uelle mittere **PI** elicerem **A²c***Rom.*, *uulg.*, *cfr ad Att.* IX 2 exigerem *Reidius Hermath.* XXXI (*a.* 1905) *p.* 374 *coll. ep.* XV 16, 1 *om.* **ΩI** 5 cum (*ante* eos)] quom **M³**(*del.*)**G** tum **I** 6 abdis **M¹**(?)**M⁴**(*ut uid.*)**F** addis **M¹**(?)**msENIA²c***Rom.* audis **M³**(*del.*) **bdGHV** (*sed* audisset *pro* abdis et **GH**) abdidisset (*sequ.* et ais) **P** eas **M¹** *cfr Comm. Tull. p.* 167 7 perscribe **HVA²c** *de anacolutho cfr Tusc. disp.* I 24, 56, *Plasbergius ad Cic:is de nat. deor.* I 38, 107 8 *adscr.* habens oculos bouis **M***corr.***dms** ex **IA²** 9 mihi *om.* **I** 12 bona m (*uel* in) meis **M¹**, bonā meis **M***corr.* putissimis **MmEGOPV**(*sed fort.* pur- **E**)**IA²c** potissimis **bdsH***Rom.* peritissimis **N** putidissimis *Turnebus* (*uel* potissimis), *Reidius l. l.* 13 *adscr.* retract(at)ionem **M***corr.***dms** 14 si] sic **m***Rom.* *om.* **A²** 15 dynastis in **IA²c** dinastis in **M***corr.*(*ex* -sti sin) **bdmsENV** dinastisin **M³**(*del.*)**G** dignastis in **H** donasti sine **P** δυνασταις in *Rom.* *cfr O. E. Schmidtius Neue Jahrb. f. d. kl. Alt.* VII (*a.* 1901) *p.* 629 17 tractare iactare *priore uoce deleta* **M** inuidia **ΔHNV***Rom.* in inuidia **EGPIA²c**, *Bootius, alii; cfr ad Q. fr.* III 3, 2, *de r. p.* VI 2, 2; *Hofm.-Andres. ad ep.* XII 23, 2

hic in re publica est conuersus, citius omnino, quam potuit;
id culpa Catonis, sed rursus improbitate istorum, qui auspicia,
qui Aeliam legem, qui Iuniam et Liciniam, qui Caeciliam
et Didiam neglexerunt, qui omnia remedia rei publicae
effuderunt, qui regna, qui praedia tetrarchis, qui immanes
2 pecunias paucis dederunt. uideo iam, quo inuidia transeat
et ubi sit habitatura. nihil me existimaris neque usu ne-
que a Theophrasto didicisse, nisi breui tempore desiderari
nostra illa tempora uideris. etenim si fuit inuidiosa senatus
potentia, cum ea non ad populum sed ad tres homines
immoderatos redacta sit, quid iam censes fore? proinde
isti licet faciant, quos uolent, consules, tribunos pl., denique
etiam Vatini strumam sacerdotii διβάφῳ uestiant, uidebis
breui tempore magnos non modo eos, qui nihil titubarunt,
3 sed etiam illum ipsum, qui peccauit, Catonem. nam nos
quidem, si per istum tuum sodalem Publium licebit, σοφι-
στεύειν cogitamus, si ille cogitat tantum, dumtaxat nos
defendere, et, quod est proprium artis huius, ἐπαγγέλλομαι

ἄνδρ᾽ ἀπαμύνεσθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ.

1 citius *om.* **M**$^1$, *add.* **M**$^2$ omnino *ante* Catonis *transponendum censet Reidius l. l. p.* 377 oportuit *Ernestius; cfr Hofm.-Sternk. ad ep. ad Att.* III 15, 4 2 id *multis suspectum def. Reidius l. l. coll. Tim.* 5, 16, *ep.* VII 32, 3 3 Caeciliam *Manutius:* Caeliam Ω(*praet.* **M**$^1$**N**)**IA**$^2$**c***Rom.* aeliam **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ Elidiam **N** 5 qui p. R. (*id est* populi Romani) praedia *Ernestius* regna quasi praedia *Klotzius; cfr or. in Verr.* II 3, 7, *ep.* I 9, 7, IX 7, 2 7 habitura **I** 8 nisi **EO**(?)**PVIA**$^2$**c** si **MbdsGHN** sed **m** sed tu *Rom.* 9 non *ante* uideris *add.* **M**$^4$ 11 redacta Ω**IA**$^2$**c***Rom.* tralata **C** *cfr Reidius l. l. p.* 379 iam *Rom.* etiam Ω(*praet.* **s**)**IA**$^2$**c** nam **sC** 12 uelint **P** denique etiam] etiam deinde **I** 13 *adscr.* bicolore **M***corr.***dms** 15 paccauit **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$*al.* (*del.*) pacauit **I** 16 Publium *multis suspectum; u. Comm. Tull. p.* 160 *adscr.* astute facere **ds** 17 *cfr Lehmannus Jahresber. d. phil. Ver. a.* 1888 *p.* 257 ille pugnare (*uel sim.*) cogitat dumtaxat *Wesenbergius Em. Alt. p.* 90 ille cogit, tum dumtaxat *Orellius* ille cogit dumtaxat *Bootius, ac fieri potest, ut in archetypo fuerit* dumtaxat *superscripto* al' tantum; *u. Comm. Tull. p.* 157 18 defendere Ω(*praet.* **P**)**C***Rom.* offendere **PIA**$^2$**c** proprium est artis **IA**$^2$**c** 19 *Hom. Il.* XXIV 369 ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι *Hom.* ΑΝΔΡΑΜΥΝЄϹΘΑΙ (*uel sim.*) **M**$^1$**GP** ἄνδρα ἀμύνεσθαι **M***corr.*(*sed* μυ-)**s***Rom.* ἀνδρ̄ἀμύνεσθαι **bdm** *adscr.* profiteor uirum resistere quando quis primo seuiat **M***corr.***dms** (*sed* sentiat **m**)

patria propitia sit. habet a nobis etiamsi non plus, quam debitum est, plus certe, quam postulatum est. male uehi malo alio gubernante quam tam ingratis uectoribus bene gubernare. sed haec coram commodius.

4 Nunc audi, quod quaeris. Antium me ex Formiano recipere cogito a. d. v Non. Maias; Antio uolo Non. Maiis proficisci in Tusculanum. sed cum e Formiano rediero — ibi esse usque ad pr. Kal. Maias uolo —, faciam statim te certiorem. Terentia tibi salutem. Κικέρων ὁ μικρὸς ἀσπάζεται Τίτον Ἀθηναῖον.

## X

## CICERO ATTICO SAL.

Volo ames meam constantiam: ludos Anti spectare non placet. est enim ὑποσόλοικον, cum uelim uitare omnium deliciarum suspicionem, repente ἀναφαίνεσθαι non solum delicate sed etiam inepte peregrinantem. qua re usque ad Non. Maias te in Formiano exspectabo. nunc fac ut sciam, quo die te uisuri sumus. ab Appi Foro hora quarta. dederam aliam paulo ante a Tribus Tabernis.

## XI

## CICERO ATTICO SAL.

1 Narro tibi, plane relegatus mihi uideor, postea quam in Formiano sum. dies enim nullus erat, Anti cum essem,

1 quam . . . plus *om.* **GH** 3 mallo (*uel* malle) **M**$^1$ male **M***corr.* 5 audi] ad id (*sic*) **F**; *cfr Wesenb. Em. Alt. p.* 90 8 uolo *post* esse **OPVIA**$^2$**c** te statim *Rom.* 9 ΚΑΙΚΕΡѠΝ **M**$^1$**P** ΚΙΚΕΡѠΝ **G** κικέρων **M***corr.***bds***Rom.* καὶ Κικέρων **mA**$^2$, *fort. recte, cfr p.* 84, 13 dicit καὶ Κικέρων **c** ΜΕΙΚΡΟϹ **M**$^1$**GP** 10 τὸν *post* Τίτον *add.* **A**$^2$**c** *adscr.* Cicero paruus salutat titum atticum **M***corr.***dms** Vale *add. Rom.*

EP. X. 13 constantiam meam **IA**$^2$**c** 14 cum **A**$^2$ quum **c** quam **ΩI***Rom.* (*sed* quā *erasa dextra parte* -ā *litterae, ut* quō, *i. e.* quom, *factum sit* **M**) 15 *adscr.* apparere **M***corr.***dms** 18 sumus **ΔHOPV***Rom.* simus **EGNIA**$^2$**c**, *uulg.*; *cfr supra p.* 5, 16 19 ante a **ΣIA**$^2$**c***Rom.*; *cfr p.* 21, 4, 84, 17 antea **Δ** (*sed* ante **s**) Vale *add.* **A**$^2$**c***Rom.*

EP. XI. 22 quam **M**$^2$**msEHIA**$^2$**c***Rom.* cum (quom) **M**$^1$**bdGOPV** uero cum **N**

6 *Sjögren.*

quo die non melius scirem, Romae quid ageretur, quam ii, qui erant Romae. etenim litterae tuae non solum quid Romae sed etiam quid in re publica, neque solum quid fieret uerum etiam quid futurum esset, indicabant. nunc, nisi si quid ex praetereunte uiatore exceptum est, scire nihil possumus. qua re quamquam iam te ipsum exspecto, tamen isti puero, quem ad me statim iussi recurrere, da ponderosam aliquam epistulam plenam omnium non modo actorum sed etiam opinionum tuarum, ac die⟨m⟩, quo
2 Roma sis exiturus, cura ut sciam. nos in Formiano esse uolumus usque ad pr. Non. Maias. eo si ante eam diem non ueneris, Romae te fortasse uidebo; nam Arpinum quid ego te inuitem?

> τρηχεῖ', ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος, οὔτ' ἄρ' ἔγωγε
> ἧς γαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι.

haec igitur, et cura ut ualeas.

## XII

## CICERO ATTICO SAL.

1 Negent illi Publium plebeium factum esse? hoc uero regnum est et ferri nullo pacto potest. emittat ad me

2 etenim . . . Romae *om.* **H** 3 etiam *om.* **N** in *om.* **GH** 5 si *om.* **M***corr.***EO**$^{1}$**PV** ex praetereunte uiatore *etiam* **Z**$^{l}$ 6 qua re *om.* **s** 7 ad te **I** 9 diem **msEPIA**$^{2}$**c***Rom.* die **MbdGHNOV** 10 nos] nisi **M**$^{3}$(*del.*)**GH** 11 usque] iisque **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{2}$ *om.* **bds** eo] Ego **C** Et **N** 14 *Hom. Od.* IX 27 *sq.* ἀγαθὴ κουροτρόφος **A**$^{2}$**c** ΑΓΑΘΟΙΡΟΤΡΟΦΟϹ **M**$^{1}$**m** (*litterae* I *superscr.* V **M***corr.*) aTaΘOΥPOTPOΦOC **P** ΛΓΛΘΟΥΡΟΦΟϹ **G** οὔτ' ἄρ' ἔγωγε **C** ΟΥΤΑΡΕΓωΤΗΓΕ **MmG** ΟΙΤΛΡΕΤΟΤΗΤΕ **P** οὔτι ἔγωγε **A**$^{2}$**c** οὔ τοι ἐγώ γε *Hom.* *Graeca om.* **bds***Rom.* 16 haec . . . ualeas *om.* **V** et **M**$^{1}$**mENOP***Rom.* *om.* **M**$^{3}$**bdsGHIA**$^{2}$**c**; *cfr Comm. Tull. p.* 115

EP. XII *deest in* **E** 19 plebeium **HZ**$^{bl}$ plebium **G** tr. plebi **M** *corr.* tr. plebium **M**$^{1}$ tr. pl. **bdsV** tribunum.ple **N** tribu . pl . **P** . tr . **m** tribunum *Rom.* tri(b). ple(b). **IA**$^{2}$**c** 20 est et ferri **Z**$^{b}$ esse ferri **GVIA**$^{2}$**c** esse fari **P** esse ferre **ΔN***Rom.* esse fieri **H** pacto] modo **V** potest **Z**$^{b}$**IA**$^{2}$**c** potes **Ω***Rom.* mittat **N**

Publius, qui obsignent: iurabo Gnaeum nostrum, collegam Balbi A[n]ti, mihi narrasse in auspicio fuisse.

O suaues epistulas tuas uno tempore mihi datas duas! quibus εὐαγγέλια quae reddam, nescio; deberi quidem plane fateor. sed uide συγκύρημα. emerseram commode ex 2
Antiati in Appiam ad Tres Tabernas ipsis Cerialibus, cum in me incurrit Roma ueniens Curio meus. ibidem ilico puer abs te cum epistulis. ille ex me, nihilne audissem noui. ego negare. Publius, inquit, tribunatum pl. petit. — Quid ais? — Et inimicissimus quidem Caesaris, et ut omnia, inquit, ista rescindat. — Quid Caesar? inquam. — Negat se quidquam de illius adoptione tulisse. deinde suum, Memmi, Metelli Nepotis exprompsit odium. complexus iuuenem dimisi properans ad epistulas. ubi sunt, qui aiunt ζώσης φωνῆς? quanto magis uidi ex tuis litteris quam ex illius sermone, quid ageretur, de ruminatione cottidiana, de cogitatione Publi, de lituis βοώπιδος, de signifero Athenione, de litteris missis ad Gnaeum, de Theophanis Memmique sermone; quantam porro mihi exspectationem dedisti conuiuii istius ἀσελγοῦς! sum in curiositate ὀξύπεινος sed tamen facile

1 obsignet **HV** Gnaeum **b** Cn. **Ω**(*praet.* **b**)**IA**$^2$**c***Rom.* 2 Balbi Ati (*i. e.* M. Ati Balbi) *Smithius Class. Quart.* I (*a.* 1907) *p.* 273: Balbi Anti(i) **ΩIA**$^2$**c***Rom.*, *uulg.*; *cfr ad Att.* VIII 15, 3 se *post* narrasse *add. uulg.* 3 suaues *om.* **m***Rom.* 4 ЄΥΑΝΓЄΛΙΑ **MG** CZavθeaιa **P** *adscr.* bonas annuntiationes **M***corr.***ds** (*sed* nunt- **s**) 5 CΥΝΚΥΡΗΜΑ **MGP** (*sed* -ΚΗΡΙ- **P**) commode ex **MmsΣIA**$^2$**c***Rom.* (*sed* plane commode ex *prima uoce deleta* **M**) ex commode **bd** commodum ex *Goueanus, fort. recte cfr Thes. L. L.* III *p.* 1924; *Handius Turs.* II *p.* 101 6 Antiati **M***corr.***ds GHNOV***Ant.***FIC** Antio **M**$^1$**mA**$^2$**c***Rom.* antiam **b** anci **P** 9 tr. pl. **ΔGHV** trib' pl'e **N** tribunus pl . **P** tri(b). ple(b). **IA**$^2$**c** Tr. Ple. *Rom.* 13 optione *Rom.* memini .**bdP** Memmii *rell.* (*etiam* **M**) 15 ΖΩCΗCΦΩΝΗC **MGH** 7OCHCΘHνHC **P** ζώσης φωνῆς **M***corr.***dms***codd. Mal.***C** ζώσης φωνῆς μεῖζω ἐνέργειαν εἶναι **A**$^2$**c** *adscr.* uiue uocis **M***corr.***bdms** *cfr Otto Sprichwörter p.* 378 18 *adscr.* habentis oculos bouis **M***corr.***dms** 19 gneum **b** Cneum *Rom.* CN. **Ω**(*praet.* **b**)**IA**$^2$**c** 20 mihi porro **bds** conuiuii istius (*sic*) **C** conuiuiis tuis **ΩIA**$^2$**c***Rom.* 21 ἀσελγοῦς **OC** aceλΤΟΥC **M**$^1$ ΛCЄΛΤΟΥΙC **G** aceaθOIC **P** ἀστυάγης **M***corr.***s***Rom.* ἀστυάγους **bdm A**$^2$**c** *adscr.* astiagie **ds** ΟΞΥΠΙΝΟC **M** ΛΖΥΠΙΝΟC **G P** *n. l.* ὀξύπινος **M***corr.***bdms***Rom.* *adscr.* potator **ds** facile *om.* **M**$^1$**m***Rom.*, *add.* **M**$^2$

patior te id ad me συμπόσιον non scribere; praesentem audire malo.

3 Quod me, ut scribam aliquid, hortaris, crescit mihi quidem materies, ut dicis, sed tota res etiam nunc fluctuat, κατ' ὀπώρην τρύξ. quae si decesserit, magis erunt iudicata, quae scribam. quae si statim a me ferre non
4 potueris, primus habebis tamen et aliquamdiu solus. Dicaearchum recte amas. luculentus homo est et ciuis haud paulo melior quam isti nostri ἀδικαίαρχοι. litteras scripsi hora decima Cerialibus, statim ut tuas legeram, sed eas eram daturus, ut putaram, postridie ei, qui mihi primus obuiam uenisset. Terentia delectata est tuis litteris. impertit tibi multam salutem, καὶ Κικέρων ὁ φιλόσοφος τὸν πολιτικὸν Τίτον ἀσπάζεται.

## XIII

## CICERO ATTICO SAL.

1 Facinus indignum! epistulam αὐθωρεὶ tibi a Tribus

1 *adscr.* symposium **M***corr.***dms** 3 crescit . . . dicis *om.* **GH** 5 κατ' ὀπώρην τρύξ *Bosius:* ΚαΤωΠCΟΡΗΝΤΡαΧΥC $\mathbf{M}^1\mathbf{G}$ (*sed* ΚωΛΤω-ΤΙCΟ- **G**) ΚαΘΟΤΗωΡΗΝΤΡαCιC **P** κατ' ὀπώρην τραχύς **M***corr.***bdmsC** (*sed* κατὰ *et* πραχῆς **s**) κατα οπωραν τραχυς *Rom.* κατ' ὀπώραν τραχεῖα $\mathbf{A}^2\mathbf{c}$ *adscr.* in autumno durus **M***corr.***dms** decesserit $\mathbf{\Omega Z}^1\mathbf{IA}^2\mathbf{c}$*Rom.* desederit *cod. Helmstad., uulg.; cfr Liu.* XXVI 45, 7 6 liquata *coni. Orellius,* iam liquata *Kayserus; u. Hofm.-Sternk. ad ep. ad Att.* X 8 B, 1 7 habebis **M***corr.*$\mathbf{sNIA}^2\mathbf{c}$*Rom.* habebit Ω (*praet.* **sN**) et *uulg.:* id Ω(*praet.* **HN**)$\mathbf{IA}^2\mathbf{c}$ ad **H***Rom.* *om.* **N** *cfr Muell. ad l., Wes. Em. Alt. p.* 62 8 ciuis] quis $\mathbf{M}^1\mathbf{m}$, *corr.* $\mathbf{M}^3$ 9 ΑΔΙΚΑΙΑΡΧЄΙ $\mathbf{M}^1\mathbf{GP}$ *adscr.* iniusti magistratus **M***corr.***dms** 11 putabam *Wesenb. Em. Alt. p.* 91; *cfr Zimmermannus de epistulari temp. usu* IV *p.* 5 mihi *om.* **sN** 12 obuiam uenisset Ω(*praet.* **m**)$\mathbf{CZ}^1\mathbf{I}$ obuenisset **mF** *duo alii codd. Mal.*$\mathbf{A}^2\mathbf{c}$*Rom.* delectata *Victorius:* adfiectata **Mm** afflictata **d** afflicta **bs** fiectata **G** adfectata (aff-) **HOPVI***Rom.* affictata **N** affecta $\mathbf{A}^2\mathbf{c}$ est tuis $\mathbf{IA}^2\mathbf{c}$ est et tu(e)is Ω (*praet.* **s**) est et tibi his **s** tibi est. Et tuis *Rom.* 13 tibi *om.* $\mathbf{M}^1\mathbf{msH}$*Rom.*, *add.* $\mathbf{M}^3$ (*in* **s***Rom.* tibi *transpositum, u. supra*) multum salutis $\mathbf{IA}^2$ ΚΙΚЄΡω $\mathbf{M}^1\mathbf{GP}$ 14 ΠΟΛЄΙΤΙΚΟΝ $\mathbf{M}^1\mathbf{GP}$ *adscr.* et Cicero philosophus politicum Titum salutat **M***corr.***dms** cura ut ualeas *add.* **P** Vale *Rom.*

EP. XIII *deest in* **E** 17 αὐθωρεὶ *om.* $\mathbf{bdsA}^2$*Rom.*, *sed spat. rel.* **bd**

Tabernis rescriptam ad tuas suauissimas epistulas neminem reddidisse! at scito eum fasciculum, quo illam conieceram, domum eo ipso die latum esse, quo ego dederam, et ad me in Formianum relatum esse. itaque tibi tuam epistulam iussi referri, ex qua intellegeres, quam mihi tum illae gratae fuissent.

Romae quod scribis sileri, ita putabam; at hercule in 2
agris non siletur, nec iam ipsi agri regnum uestrum ferre possunt. si uero in hanc Τηλέπυλον ueneris Λαιστρυγονίην, Formias dico, qui fremitus hominum! quam irati animi! quanto in odio noster amicus Magnus! cuius cognomen una cum Crassi Diuitis cognomine consenescit. credas mihi uelim, neminem adhuc offendi, qui haec tam lente, quam ego fero, ferret. qua re, mihi crede, φιλοσοφῶμεν. iuratus tibi possum dicere nihil esse tanti. tu si litteras ad Sicyonios habes, aduola in Formianum, unde nos pr. Non. Maias cogitamus.

## XIV

## CICERO ATTICO SAL.

Quantam tu mihi moues exspectationem de sermone 1
Bibuli, quantam de colloquio βοώπιδος, quantam etiam de

1 ad tris tuas *Rom.* suauissimas epistulas **M***corr.***sA**$^2$**c** suauissimas epistulas scriptam **Ω**(*praet.* **sP** *sed* scriptas **N**)**I***Rom.* epistulas suauissime scriptas **P** 2 at scito **M***corr.***mHPIA**$^2$**c***Rom.* adscito **M**$^1$**GO** ascito **bdNV** scito **s** in *ante* quo *add. Rom.* 3 eo *om.* **bds** 4 fuisse **F** 5 intellexeras **bs** quam mihi tum illae **Ω**(*praet.* **s**)**IA**$^2$**c** *sed* quam illae tum mihi **m**$^1$ quam mihi tue ille **s** quantum illae mihi *Rom.* 8 siletur] silotiho **M**$^1$**m**, *corr.* **M**$^3$ sileretur **P** nec iam **M**$^1$**mNOPVIA**$^2$**c***Rom.* nec etiam **M***corr.***bdsH** ne etiam **G** nostrum **IA**$^2$**c** 9 *cfr Hom. Od.* X 82 *adscr.* locum procul a portis **M***corr.***dms** 10 qui *om.* **M**$^1$**m**, *add.* **M**$^3$ fremitus **ΣIA**$^2$**c***Rom.* infremitus **Mms** infirmitus **bd** Formias dico *del. Vrsinus* 11 Magnus *et* 12 Diuitis *secl. Bootius; cfr Comm. Tull. p.* 160 14 *adscr.* philosophemur **M***corr.***dms** (*sed* -pham- **dms**) 15 ad Sicyonios litteras **M**$^1$**m***Rom.*, *corr.* **M**$^3$ 16 pridie] pater **V** 17 recedere *ante* cogitamus *add.* **IA**$^2$**c** Vale *add.* **A**$^2$**c***Rom.*

EP. XIV *deest in* **E** 21 *adscr.* habentis oculos bouis **M***corr.***dms** quantam **sIA**$^2$**c** quantum **Ω**(*praet.***s**)*Rom.*

illo delicato conuiuio! proinde ita fac uenias ad sitientes aures. quamquam nihil est iam, quod magis timendum nobis putem, quam ne ille noster Sampsiceramus, cum se omnium sermonibus sentiet uapulare et cum has actiones εὐανατρέπτους uidebit, ruere incipiat. ego autem usque eo sum eneruatus, ut hoc otio, quo nunc tabescimus, malim ἐντυραννεῖσθαι quam cum optima spe dimicare.

2 De pangendo quod me crebro adhortaris, fieri nihil potest. basilicam habeo, non uillam, frequentia Formianorum † ad quam partem basilicae tribum Aemiliam. sed omitto uulgus; post horam quartam molesti ceteri non sunt. C. Arrius proximus est uicinus, immo ille quidem iam contubernalis, qui etiam se idcirco Romam ire negat, ut hic mecum totos dies philosophetur. ecce ex altera parte Sebosus, ille Catuli familiaris. quo me uertam? statim mehercule Arpinum irem, ni te in Formiano commodissime exspectari uiderem dumtaxat ad pr. Non. Maias; uidi enim, quibus hominibus aures sint deditae meae. occasionem mirificam, si qui nunc, dum hi apud me sunt, emere de me fundum Formianum uelit. et tamen illud probem: magnum quid adgrediamur et multae cogitationis atque otii? sed tamen satis fiet a nobis neque parcetur labori.

1 ita] *om.* **s** cito *Pluygersius Mnem.* IX (*a.* 1881) *p.* 124 *ante* ad *add.* ut *Vdalbinus,* quasi *Muell. Mus. Rhen.* LIII (*a.* 1898) *p.* 122, *sed* ita *ad* sitientes *pertinere uidetur, cfr p.* 112, 16, *de or.* II 71, 288, *alia** 3 quom (*uel* cum) Σ*Rom.* quem **ΔO**$^2$ quem cum **I** qui cum **A**$^2$**c** 5 *adscr.* quae facile frangi possunt **M***corr.***dms** 7 *adscr.* sub dominio esse tyranni **M***corr.***dms** cum **ΩIC***Rom.* *om.* **A**$^2$**c** 10 ad **ΩI** at **A**$^2$**c***Rom.* partem **ΩIC***Rom.* comparem **A**$^2$**c** nisi *ante* tribum *add.* **A**$^2$**c** at quam partem basilicae! tribum Aemiliam *Maduigius Rev. de Phil.* II (*a.* 1878) *p.* 186 *sq.* at quam parem basilicae tribum Aemiliam! *Orellius; alii alia*

11 ceteri molesti **IA**$^2$**c** 13 se *om.* **I** 18 uidi **M**$^1$**bd**Σ*codd.Mal.***Z**$^b$**I** uideo **ms** uides **M***corr.*, *uulg.* uide **A**$^2$**c***Rom.*; *cfr Seyff.-Muell. ad Lael.* 9, 32

19 o occasionem *Lehmannus de Cic:s ad Att. epp. p.* 204, *recc. edd., sed cfr Reidius Hermath.* XXV (*a.* 1899) *p.* 333, *Flickingerus Am. Journ. of Phil.* XXXIV (*a.* 1913) *p.* 287 19 hi *om.* **M**$^1$**mN***Rom., add.* **M**$^3$

20 uelint **bds** 23 Vale *add.* **A**$^2$**c***Rom.*

## XV

## CICERO ATTICO SAL.

Ut scribis, ita uideo non minus incerta in re publica 1 quam in epistula tua, sed tamen ista ipsa me uarietas sermonum opinionumque delectat. Romae enim uideor esse, cum tuas litteras lego, et, ut fit in tantis rebus, modo hoc modo illud audire. illud tamen explicare non possum, quidnam inuenire possit nullo recusante ad facultatem agrariam. Bibuli autem ista magnitudo animi in comiti- 2 orum dilatione quid habet nisi ipsius iudicium sine ulla correctione rei publicae? nimirum in Publio spes est. fiat, fiat tribunus pl., si nihil aliud, ut eo citius tu ex Epiro reuertare; nam ut illo tu careas, non uideo posse fieri, praesertim si mecum aliquid uolet disputare. sed id quidem non dubium est, quin, si quid erit eius modi, sis aduolaturus. uerum ut hoc non sit, tamen siue ruet * get rem publicam, praeclarum spectaculum mihi propono, modo te consessore spectare liceat.

Cum haec maxime scriberem, ecce tibi Sebosus! non- 3 dum plane ingemueram, salue inquit Arrius. hoc est Roma decedere. quos ego homines effugi, cum in hos incidi! ego uero

in montes patrios et ad incunabula nostra

pergam. denique, si solus non potuero, cum rusticis potius quam cum his perurbanis, ita tamen, ut, quoniam tu

EP. XV *deest in* **E** 8 inuenire (*scil.* Caesar) ΩI*Rom.* inueniri **A**$^2$**c**; *cfr ad Att.* III 8, 2 14 quidem omnino non **O**$^1$**PVIA**$^2$**c** 16 Codex anti. habebat siueru&get. remp. *Crat. in marg.* seruetget remp. **Z**$^l$ Seruet get Remp. **Z**$^b$ siue ruet (*spatio sex fere litterarum relicto*) rem p. **M**$^1$**m** (*sed* ruet *fort. alia manu add. in* **m**) si eneruet rem p. **P** si (*adscriptis lineis distortis*) re pu **N** seruet rem p. **M**$^3$**bdsGHO**$^2$**VIA**$^2$**c***Rom.* (*sed* seruet tamen *hoc ordine* **bs**) siue ruet siue eriget *Corradus, cfr Pompeius ad Att.* VIII 12 C, 3 s. r. siue reget *Muellerus* s. r. siue geret *Reidius l. l. p.* 382 24 solus esse non *Reidius l. l.*

nihil certi scribis, in Formiano tibi praestoler usque ad III Non. Maias.

4 Terentiae pergrata est adsiduitas tua et diligentia in controuersia Muluiana. nescit omnino te communem causam defendere eorum, qui agros publicos possideant. sed tamen tu aliquid publicanis pendis, haec etiam id recusat. ea tibi igitur et Κικέρων, ἀριστοκρατικώτατος παῖς, salutem dicunt.

## XVI

## CICERO ATTICO SAL.

1 Cenato mihi et iam dormitanti pridie Kal. Maias epistula est illa reddita, in qua de agro Campano scribis. quid quaeris? primo ita me pupugit, ut somnum mihi ademerit, sed id cogitatione magis quam molestia; cogitanti autem haec fere succurrebant. primum ex eo, quod superioribus litteris scripseras, ex familiari te illius audisse prolatum iri aliquid, quod nemo improbaret, maius aliquid timueram; hoc mihi eius modi non uidebatur. deinde, ut me egomet consoler, omnis exspectatio largitionis agrariae in agrum Campanum uidetur esse deriuata, qui ager, ut dena iugera sint, non amplius hominum quinque milia potest sustinere; reliqua omnis multitudo ab illis abalienetur

1 nihil certi **ΣIA**$^2$**c** certi nihil **Δ***Rom.*, *uulg.* usque a. d. III *Orellius* usque ad a. d. III *Wesenb. Em. Alt. p.* 91 *coll. ep.* XVI 9, 1; *cfr supra p.* 81, 8, *ad Att.* III 10, 1; *C. I. L.* VI 27556 . . . ex quibus unus uixit in XI Kal. Oct. et alius in III Kal. easdem 4 te causam publicam defendere **H** 6 publicanis **IA**$^2$**c** publicanos **ΩC***Rom.* idem **IA**$^2$**c** 7 *adscr.* Cicero optimatissimus puer **M***corr.***dms** 8 dicit **bs** *uerba* salutem dicunt *om.* **H** cura mi amantissime ut ualeas *add.* **P**, Vale *Rom.*

EP. XVI. 11 et iam **M***corr.***sΣ***Rom.* etiam **M**$^1$**bdmIA**$^2$**c** dormienti **G** 13 primo **M**$^1$**mENO**$^1$**PVC***Rom.* primum **M***corr.***bdsGHO**$^2$**IA**$^2$**c** 15 primum ex eo . . . obtinebis *p.* 89, 21 *desunt in* **E** primum **Ω**(*praet.* **m**) **CI** proximum **mA**$^2$**c***Rom.* 16 familiari te] familiaritate **ΩIA**$^2$**c***Rom.* 18 eiusmodi mihi **IA**$^2$**c** 19 egomet **C** ego **ΩIA**$^2$**c***Rom.* 21 hominum **M**$^3$**bdsΣIA**$^2$**c** homines **M**$^1$**m***Rom.*, *Hellmuthius Über die Sprache der Epistolographen Galba u. Balbus* (*Progr. Wurzeb. a.* 1888) *p.* 13 *sq.*

necesse est. praeterea, si ulla res est, quae bonorum animos, quos iam uideo esse commotos, uehementius possit incendere, haec certe est, et eo magis, quod portoriis Italiae sublatis, agro Campano diuiso quod uectigal superest domesticum praeter uicesimam? quae mihi uidetur una contiuncula clamore pedisequorum nostrorum esse peritura. Gnaeus quidem noster iam plane quid cogitet 2
nescio:

φυσᾷ γὰρ οὐ σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι,
ἀλλ' ἀγρίαις φύσαισι φορβειᾶς ἄτερ,

qui quidem etiam istuc adduci potuerit. nam adhuc haec ἐσοφίζετο, se leges Caesaris probare, actiones ipsum praestare debere; agrariam legem sibi placuisse, potuerit intercedi necne, nihil ad se pertinere; de rege Alexandrino placuisse sibi aliquando confici, Bibulus de caelo tum seruasset necne, sibi quaerendum non fuisse; de publicanis uoluisse illi ordini commodare, quid[quid] futurum fuerit, si Bibulus tum in forum descendisset, se diuinare non potuisse. nunc uero, Sampsicerame, quid dices? uectigal te nobis in monte Antilibano constituisse, agri Campani abstulisse? quid? hoc quem ad modum obtinebis? oppressos uos, inquit, tenebo exercitu Caesaris. non mehercule me tu quidem tam isto exercitu quam ingratis animis

4 uectigal **A**$^{2}$**c***Rom.* uectigali **ΩI** 5 uicensumam **M**$^{3}$(*del.*)**G** 7 Gneus **b** CN. *rell.* 9 *Trag. Graec. fragm. ed. Nauck.*$^{2}$ *p.* 297 (*fragm. Soph. n:o* 701) οὐ σμικροῖσιν **Oc** ΟΥϹΜΕΙΚΡΟΙϹΙΝ **M**$^{1}$**G** ΟΙϹ ΜΕΥΚΡΟΙϹ ΥΝ **P** οὐ μικροῖσιν **M***corr.***bdmsA**$^{2}$*Rom.* 10 ΦΥϹΑΙϹΙ **O***Rom.* ΦΙϹΑΙϹΙ **M**$^{1}$**GP** φύσεσι **M***corr.***bdms** φορβειάτερ **m** φορβιατεω *Rom.* *om.* **s** *adscr.* inflat enim non paruis fistulis amplius sed rusticis inflationibus **M***corr.***dms** 11 adduci **IA**$^{2}$**c** addici **Ω** (*sed* adi- **dmN**) adigi *Lehmannus* hoc **IA**$^{2}$*Rom.* *om.* **c** 12 *adscr.* sapiens fuit **M***corr.***dms** se *Lambinus:* si **ΩZ**$^{1}$**IA**$^{2}$**c***Rom.* legis **HN** probaret **A**$^{2}$**c***Rom.* 13 intercedi *ed. Heruag.:* intercedit **ΩI** intercedat **A**$^{2}$**c***Rom.* 16 necne sibi] nec gn sibi **G** nec gue (*spat.*) sibi **N** nec ignes sibi **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{2}$ 17 uoluisse se li *Buechelerus Mus. Rhen.* XI (*a.* 1857) *p.* 513 = *Kl. Schr.* I *p.* 57 quid *unus cod. Malasp., ed. Heru.:* quidquid **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.* 18 si **ΣIA**$^{2}$**c** sibi **Δ***Rom.* discendisset **MGV** 20 te] se **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.* 21 oppressos] *accedit* **E** 23 me tu **IA**$^{2}$**c***Rom.* metu **Ω** (*praet.* **E**) tu **E**

eorum hominum, qui appellantur boni, qui mihi non modo praemiorum sed ne sermonum quidem umquam fructum
3 ullum aut gratiam rettulerunt. quod si in eam me partem incitarem, profecto iam aliquam reperirem resistendi uiam. nunc prorsus hoc statui, ut, quoniam tanta controuersia est Dicaearcho, familiari tuo, cum Theophrasto, amico meo, ut ille tuus τὸν πρακτικὸν βίον longe omnibus anteponat, hic autem τὸν θεωρητικόν, utrique a me mos gestus esse uideatur. puto enim me Dicaearcho adfatim satis fecisse; respicio nunc ad hanc familiam, quae mihi non modo, ut requiescam, permittit, sed reprehendit, quia non semper quierim. qua re incumbamus, o noster Tite, ad illa praeclara studia et eo, unde discedere non oportuit, aliquando reuertamur.

4 Quod de Quinti fratris epistula scribis, ad me quoque fuit πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ . . . quid dicam nescio. nam ita deplorat primis uersibus mansionem suam, ut quemuis mouere possit; ita rursus remittit, ut me roget, ut annales suos emendem et edam. illud tamen, quod scribis, animaduertas uelim, de portorio circumuectionis; ait se de consilii sententia rem ad senatum reiecisse. nondum uidelicet meas litteras legerat, quibus ad eum re consulta et explorata perscripseram non deberi. uelim, si qui Graeci iam Romam ex Asia de ea causa uenerunt, uideas et, si tibi uidebitur, iis demonstres, quid ego de ea re sentiam. si possum discedere, ne causa optima in senatu pereat, ego satis faciam publicanis; εἰ δὲ μή — uere tecum loquar — in hac re malo uniuersae Asiae et negotiatoribus; nam

3 quod si] *reliqua huius ep. desunt in* **E** 4 profecto *om.* **m***Rom.* 7 *adscr.* practicam uitam *et* 8 speculatiuam **M***corr.***dms** uideatur **M** *corr.***IA**$^2$**c** uidebatur Ω(*sed* -ḅ- **M**)*Rom.* 13 et eo ẹṭ unde **M** 16 *Hom. Il.* VI 181 προθελέων **ds** ΠΡΟϹΕΕΛΕωΝ **P** δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα *add.* **A**$^2$**c** *adscr.* ante leo retro autem **M***corr.***dms** 19 scribis Ω**IC***Rom.* scribit **A**$^2$**c** 21 consilii **M**$^3$Σ (*praet.***P**) consulis Δ**PI***Rom.* Coss. **A**$^2$**c** 23 rescripseram **M**$^1$**m***Rom.*, *corr.* **M**$^3$ scripseram **H** 24 ex] de **HN** 26 decidere *Maduigius Adu.* III *p.* 168 *sed cfr Lehmannus Jahresb. d. phil. Ver. a.* 1888 *p.* 284, *Tyrr.-Purs. ad l.* in senatu *om.* **O**$^1$**V** 27 *adscr.* sin autem **M***corr.***ds**

eorum quoque uehementer interest. hoc ego sentio ualde nobis opus esse. sed tu id uidebis. quaestores autem, quaeso, num etiam de cistophoro dubitant? nam si aliud nihil erit, cum erimus omnia experti, ego ne illud quidem contemnam, quod extremum est. te in Arpinati uidebimus et hospitio agresti accipiemus, quoniam maritimum hoc contempsisti.

## XVII

## CICERO ATTICO SAL.

Prorsus, ut scribis, ita sentio. turbat[ur] Sampsice- 1
ramus. nihil est, quod non timendum sit; ὁμολογουμένως τυραννίδα συσκευάζεται. quid enim ista repentina adfinitatis coniunctio, quid ager Campanus, quid effusio pecuniae significant? quae si essent extrema, tamen esset nimium mali, sed ea natura rei est, ut haec extrema esse non possint. quid enim eos haec ipsa per se delectare possunt? numquam huc uenissent, nisi ad alias res pestiferas aditus sibi compararent. uerum, ut scribis, haec in Arpinati a. d. VI circiter Id. Maias non deflebimus, ne et opera et oleum philologiae nostrae perierit, sed conferemus tranquillo animo. † di immortales neque tam me εὐελπιστία 2
consolatur, ut antea, quam ἀδιαφορία, qua nulla in re tam

4 ne illud *Corradus:* illud ne **ΩIA²c***Rom.* 5 contemnam . quod . . est, te **bA²c** *Purserus; cfr ep.* XIV 4, 5 7 Vale *add.* **A²c***Rom.*

EP. XVII *om.* **E** 10 turbat *Pius, Reidius l. l. p.* 384: turbatur **ΔGHNO²IA²c***Rom.* turbatus **O¹PV** turbator *Iunius, Lehmannus Quaest. Tull. p.* 132 12 ΤΥΡΑΗΝΙΔΑϹ **M¹GP** συσκευάζεται **M***corr.***bdmsC** ϹΥΝϹΥΛΖЄΤΛΙ **M¹** ϹΥΝϹΥΝϹΛΖЄΤΛΙ **G** ϹΥΗϹΡaʒeTaI **P** συσκευάζεσθαι **A²c***Rom.* *adscr.* manifeste tyrannidem comparat **M***corr.***dms** (*sed* patenter **M***corr.***m**) 16 quid enim? eos *Muellerus ut p.* 75, 12 17 alias res **M¹mNOPVIA²c***Rom.* res alias **M***corr.***bdsGH** 19 ad VI circiter **ΔGHNO²IA²c** *Rom.* ad circiter VI **O¹PV** deflebimus **M⁴** defleuimus **ΩI** defleamus **A²c***Rom.* 20 conferemus *uulg.:* conferamus **ΩIA²c***Rom.; cfr ad Att.* III 7, 3

21 *ante* uerum *u.* 18 *transtulerunt* di immortares *Heruagius, Manutius, alii; lacunam ante* neque *indicauit Wesenb. Em. alt. p.* 91 *adscr.* bona spes **M***corr.***dms** 22 consolatur **O²A²c** consolantur **ΩI***Rom.* *adscr.* indifferentia **M***corr.***dms**

utor quam in hac ciuili et publica. quin etiam, quod est subinane in nobis et non ἀφιλόδοξον — bellum est enim sua uitia nosse —, id adficitur quadam delectatione. solebat enim me pungere, ne Sampsicerami merita in patriam ad annos sescentos maiora uiderentur quam nostra. hac quidem cura certe iam uacuus sum; iacet enim ille sic, ut † phocis Curiana stare uideatur.

3 Sed haec coram. tu tamen uideris mihi Romae fore ad nostrum aduentum, quod sane facile patiar, si tuo commodo fieri possit; sin, ut scribis, ita uenies, uelim ex Theophane expiscere, quonam in me animo sit Arabarches. quaeres scilicet κατὰ τὸ κηδεμονικὸν et ad me ab eo quasi ὑποθήκας adferes, quem ad modum me geram. aliquid ex eius sermone poterimus περὶ τῶν ὅλων suspicari.

## XVIII

## CICERO ATTICO SAL.

1 Accepi aliquot epistulas tuas, ex quibus intellexi, quam suspenso animo et sollicito scire aueres, quid esset noui. tenemur undique neque iam, quo minus seruiamus, recusamus, sed mortem et eiectionem quasi maiora time-

2 *adscr.* sine amore gloriae **ds** 3 nosse **M**[2] *in ras.* nosce **M**[1](?)**mG** is **IA**[2]**c** 6 sum. Iacet enim (*sequ.* ille, sic ut ph. c. stare uideatur) **C** sum hac etenim **M**[4](*ut uid.*)**s** est hac etenim **M**[1]**mO**[2]*Rom.* est summe et enim **O**[1]**PVIA**[2]**c** consumi hac et enim **M**[3]**bdGH** cum sim hac et enim **N** 7 Photis *Rom.* πτῶσις *Bosius; alii alia uelut* ut prae (*i. e.* p̄) hoc ⟨Is⟩is *Ziehenus Herm.* XXXIII (*a.* 1898) *p.* 341 (*cfr O. Seeckius* XLIII *a.* 1908 *p.* 642) *prob. Wissowa, Rel. u. Kultus d. Röm.*[2] *p.* 351 uidereṭur *superscripta* a **M**[1] uidebatur **A**[2]**c**, *corr.* **C** 10 uelim uenies **m** uelim uenias *Rom.* ex] et **M**[1]**m**, *corr.* **M**[3] et te ex *Rom.* expiscere *Victorius:* exspicere **C** respicere **Δ**(*sed* re *in ras.* **M**[2])**GNOPIA**[2]**c***Rom.* respirare **V** perspicere **H** 11 Alabarches **Z**[b] *fort. recte; cfr Realenc.* II *p.* 342, *Rostowzewius Röm. Mitt.* XII (*a.* 1897) *p.* 76 12 qu(a)eres **GH***Rom.* qu(a)e res **ΔNPVIA**[2]**c** scilicet] *om.* **N** solet **I** scilicet solet **A**[2]**c** scilicet ut soles **Z**[b] *cfr Buechelerus Mus. Rhen.* XI (*a.* 1857) *p.* 526 = *Kl. Schr.* I *p.* 67 *adscr.* secundum curatiuum **M***corr.***dms** 13 *adscr.* (h)ypothecas **M***corr.***ds** afferes **C** afferre **ΩIA**[2]**c***Rom.* 14 *adscr.* de omnibus **M***corr.***dms** Vale *add.* **A**[2]**c***Rom.*

mus, quae multo sunt minora. atque hic status, qui ⟨nunc est⟩, una uoce omnium gemitur neque uerbo cuiusquam subleuatur. σκοπὸς est, ut suspicor, illis, qui tenent, nullam cuiquam largitionem relinquere. unus loquitur et palam aduersatur adulescens Curio. huic plausus maximi, consalutatio forensis perhonorifica, signa praeterea beneuolentiae permulta a bonis impertiuntur; Fufium clamoribus et conuiciis et sibilis consectantur. his ex rebus non spes sed dolor est maior, cum uideas ciuitatis uoluntatem solutam, uirtutem adligatam. ac ne forte quaeras κατὰ λεπτὸν 2
de singulis rebus, uniuersa res eo est deducta, spes ut nulla sit aliquando non modo priuatos uerum etiam magistratus liberos fore. hac tamen in oppressione sermo in circulis dumtaxat et in conuiuiis est liberior, quam fuit; uincere incipit timorem dolor, sed ita, ut omnia sint plenissima desperationis. habet etiam Campana lex exsecrationem in contione candidatorum, si mentionem fecerint, quo aliter ager possideatur atque ut ex legibus Iuliis. non dubitant iurare ceteri; Laterensis existimatur laute fecisse, quod tribunatum pl. petere destitit, ne iuraret.

Sed de re publica non libet plura scribere. displiceo 3

EP. XVIII. *p.* 92, 18 aueres **M**$^{4}$(*ut uid.*)**sIA**$^{2}$**c***Rom.* haberes **Ω** (*praet.* s) 1 *ante* atque *interp.* **MbmEGHIA**$^{2}$**c***Rom.* hic status qui nunc est *Wesenbergius Em. Alt. p.* 91 *coll. p.* 95, 16 (*adde or. de har. resp.* 28, 61) quam *pro* atque *coni. Reidius l. l. p.* 385 hic est status qui *Bootius duce Ernestio* (hic status est qui) hic status quasi *Schicheus Jahresber. d. phil. Ver.* XXVII (*a.* 1901) *p.* 229 3 CKOTOC **MmG** CKOΘOC **P** σκότος **A**$^{2}$**c** *om.* (*spat. rel.*) **bds***Rom.* timent ullam **A**$^{2}$**c** 4 cuiusquam **m**$^{1}$**A**$^{2}$**c***Rom.* loquitur palam et *Reidius l. l. sed aduerbium* ἀπὸ κοινοῦ *positum uidetur; cfr Leo Anal. Plaut.* I *p.* 39 9 uoluntatem ciuitatis **A**$^{2}$**c** uoluntatem ciuitatem **I** 10 κατὰ λεπτὸν **A**$^{2}$**c** καταλεπτον *Rom.* catalepton **ΩI** 11 de singulis rebus *suspecta Manutio sine causa secl. Bentiuolius* 13 hac tamen **H**, *Bosius:* ac tamen **M**$^{1}$**G** actum **N** attamen **M***corr.*, *rell.* 16 exsecrationem candidatorum, si mentionem in contione fecerint *Muellerus Mus. Rhen.* LIII (*a.* 1898) *p.* 122 (in cont. ment. *antea Bootius*) *sed cfr Reidius l. l. p.* 385 17 conctione *erasa* -c- *littera* **M** 18 quo aliter **EO**$^{1}$**PIA**$^{2}$**c** qualiter **M**$^{1}$**mN***Rom.* quo **M**$^{3}$**bdsGHO**$^{2}$**V** atque **Σ** ad qu(a)e **ΔIA**$^{2}$**c***Rom.* 19 laute **M**$^{3}$(*del.*)**bdΣ**(*praet.* **N**)*Ant.***FCZ**$^{b}$**I** recte **M**$^{1}$**M***corr.* **msNO**$^{2}$**A**$^{2}$**c***Rom.*; *u. Comm. Tull. p.* 81 21 licet *Rom.*

mihi nec sine summo scribo dolore. me tueor, ut oppressis omnibus, non demisse, ut tantis rebus gestis, parum fortiter. a Caesare ualde liberaliter inuitor in legationem illam, sibi ut sim legatus, atque etiam libera legatio uoti causa datur. sed haec et praesidii apud pudorem Pulchelli non habet satis et a fratris aduentu me ablegat; illa et munitior est et non impedit, quo minus adsim, cum uelim. hanc ego teneo, sed usurum me non puto; neque tamen scit quisquam. non libet fugere, aueo pugnare. magna sunt hominum studia. sed nihil adfirmo; tu hoc silebis.

4 De Statio manu misso et non nullis aliis rebus angor equidem, sed iam prorsus occallui. tu uellem ego uel cuperem adesses; nec mihi consilium nec consolatio deesset. sed ita te para, ut, si inclamaro, aduoles.

## XIX

## CICERO ATTICO SAL.

1 Multa me sollicitant et ex rei publicae tanto motu et ex iis periculis, quae mihi ipsi intenduntur, et sescenta sunt; sed mihi nihil est molestius quam Statium manu missum:

1 oppressis omnibus] oppressis **O**$^1$**V** oppressionibus **GH** 3 in legationem illam *secl. Schuetzius, iniuria; cfr Eran.* XI (*a.* 1911) *p.* 213, *Plaut. Men.* 990 *sq.* 4 etiam *om.* **IA**$^2$ 5 sed et haec et **bd** praesidii **M***corr.***A**$^2$**c***Rom.* praesidia **ΩI** apud pudorem **Ω***codd.Mal.***Z**$^1$**IA**$^2$**c***Rom.* ad pudorem *Reidius l. l.* 7 adsim] absim **bds** *om.* **m** cum **A**$^2$*Rom.* quum **c** quom **m** quam **Ω** (*praet.* **mEP**) qua **EPI** 8 et *ante* hanc *add.* **IA**$^2$**c** 9 sit scit *priore uoce deleta* **M** scit quisquam] certi quidquam *coni. Bootius coll. p.* 97, 17 10 haec **A**$^2$**c***Rom.* 12 ego uel *Muellerus Coni. Tull. p.* 3 (*cfr ad Att.* X 16, 1) ego ue **MdEGO***Rom.* ego ne **mHPI** ego ut (*i. e.* ul', uel) **bN** ego et **sA**$^2$**c** ego que **V** egoue *Leo Anal. Plaut.* I *p.* 25 14 Vale *add.* **A**$^2$**c***Rom.*

EP. XIX. 17 metu **O**$^1$**V** 18 iis **m***Rom.* his *rell.* et] ea *coni. Ernestius, Muellerus; cfr Handius Turs.* II *p.* 488, *Reidius l. l. p.* 387; *ad Att.* IV 3, 3 extenta **s** *p.* 95, 1 *sq. Ter. Phorm.* 232 *sq.*

néc meum ìmperium, ac mítto imperium: nón simultatém meam
reueréri saltem!

nec quid faciam scio, neque tantum est in re, quantus est sermo. ego autem ne irasci possum quidem iis, quos ualde amo; tantum doleo, ac mirifice quidem. cetera in magnis rebus. minae Clodi contentionesque, ⟨quae⟩ mihi proponuntur, modice me tangunt; etenim uel subire eas uideor mihi summa cum dignitate uel declinare nulla cum molestia posse. dices fortasse: dignitatis ἅλις, tamquam δρυός: saluti, si me amas, consule. me miserum! cur non ades? nihil te profecto praeteriret. ego fortasse τυφλώττω et nimium τῷ καλῷ προσπέπονθα.

Scito nihil umquam fuisse tam infame, tam turpe, tam 2
peraeque omnibus generibus, ordinibus, aetatibus offensum, quam hunc statum, qui nunc est, magis mehercule, quam uellem, non modo quam putarem. populares isti iam etiam modestos homines sibilare docuerunt. Bibulus in caelo est, nec qua re scio, sed ita laudatur, quasi

unus homo nobis cunctando restituit rem.

Pompeius, nostri amores, quod mihi summo dolori est, ipse se adflixit. neminem tenent uoluntate; ne metu necesse

1 nec . . . saluti *u.* 11 *om.* **E** ac mitto] omitto **O**$^{2}$**A**$^{2}$**c***Rom.* 5 his **GHNPI** 6 cetera (*scil.* quae me sollicitant, sunt) in *eqs. uarie temptarunt edd., uix recte* 7 contentionesque quae **A**$^{2}$**c***Rom.*, *cfr p.* 46, 13 contentionesque *uel* contentiones qu(a)e **ΩI** 8 modice me tangunt *om.* **s** 9 *posterius* cum *om.* **O**$^{1}$**PV** 10 fortasse et nimium *eqs. u.* 12 *ceteris omissis* **N** *adscr.* satis *et* quercus **M***corr.***dms** saluti **PA**$^{2}$**c** salutis **Ω**(*praet.* **P**)**I***Rom.* 12 profecto te **M**$^{1}$**m***Rom.*, *corr.* **M**$^{3}$ *adscr.* cecutio **M***corr.***dm** 13 *adscr.* honesto affectus sum **M***corr.***dms** (*sed* pulchre **m**) 14 tam infame *om.* **Z**$^{1}$ tam turpe *om.* **N** 15 peraeque **C** peraequi **Z**$^{1}$ de reque **M**$^{1}$ de re qu(a)e **GH** denique **M**$^{2}$**bdmsENO**$^{2}$**PV***codd. Mal.***IA**$^{2}$**c***Rom.* generibus] gentibus **s** *om.* **H** ordinibus *om.* **G** 17 putaram **A**$^{2}$**c**; *cfr Comm. Tull. p.* 148 18 sibi(l)lare **Ω**(*praet.***GH**)**IA**$^{2}$**c***Rom.* sibi laudare **M**$^{3}$(*in marg. sinistra, del.*)**d**(*in marg.*)**GH** laudare **M**$^{3}$ (*in marg. dextra, del.*) 19 sed . . . rem *u.* 20 *om.* **E** 20 *Enn. Ann.* 370 *Vahl.* rempublicam **I** 21 amores **EC** amore *rell.* 22 tenet **I** *Schuetzius* timent *Rom.* timet **A**$^{2}$**c** ne *Schuetzius*: an **Ω**(*sed* ac **H**)**IA**$^{2}$**c***Rom.* motu **bdm***Rom.*

sit iis uti, uereor. ego autem neque pugno cum illa causa propter illam amicitiam neque adprobo, ne omnia impro-
3 bem, quae antea gessi; utor uia. populi sensus maxime theatro et spectaculis perspectus est. nam gladiatoribus qua dominus qua aduocati sibilis conscissi; ludis Apollinaribus Diphilus tragoedus in nostrum Pompeium petulanter inuectus est:

n ó s t r a m i s e r i á t u e s m a g n u s . . .

miliens coactus est dicere;

e á n d e m u i r t u t e m í s t a m u e n i e t t é m p u s c u m g r a-
u i t é r g e m e s

totius theatri clamore dixit itemque cetera. nam et eius modi sunt ii uersus, ut in tempus ab inimico Pompei scripti esse uideantur:

s i n é q u e l e g e s n e q u e m ó r e s c o g u n t . . . ,

et cetera magno cum fremitu et clamore sunt dicta. Caesar cum uenisset mortuo plausu, Curio filius est insecutus. huic ita plausum est, ut salua re publica Pompeio plaudi solebat. tulit Caesar grauiter. litterae Capuam ad Pompeium uolare dicebantur. inimici erant equitibus, qui Curioni stantes plauserant, hostes omnibus; Rosciae legi, etiam frumentariae minitabantur. sane res erat perturbata. equidem malueram, quod erat susceptum ab illis, silentio transiri, sed uereor, ne non liceat. non ferunt homines,

1 est **bds** causa **M**$^3$**bdsO**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.* causam **GH** cussam **M**$^1$**mENV** cassam **M**$^2$(*ut uid.*) accusem **P** 4 gladiatorii **A**$^2$**c** 6 diphi lustra goediis **M**$^1$ 8 *sqq. Trag. Rom. Fragm. ed. Ribb.*$^3$ *p.* 291 *uerba* miseria nostra magnus est (*sic*) *et* 10 uirtutem istam . . . gemes (*omisso* eandem) *laudat Val. Max.* VI 2, 9 11 gemas *Valerii codd. Bern. et Laur.* 12 theatri cum clamore *Rom.* et *del. Lambinus, sed cfr Lehmannus Quaest. Tull. p.* 42, *Maduigius de fin. p.* 791 13 uti **M**$^1$**bmIA**$^2$*Rom.* in tempus] inimico **P** ab inimicis **EP** in tempus *ante* scripti **PIA**$^2$**c** 19 Capoam **MdG** 20 peditibus **N** 21 hostes . . . nobis *p.* 98, 8 *om.* **E** hominibus **P** 22 minitabantur $\Omega$**CIA**$^2$*Rom.* minabantur **c**; *cfr Lehmannus De Cic:is ad Att. epp. p.* 61 24 transiri *Manutius:* transire $\Omega$(*praet.* **H**) **IA**$^2$**c***Rom.* praeterire **H**

quod uidetur esse tamen ferendum. sed est iam una uox omnium, magis odio firmata quam praesidio.

Noster autem Publius mihi minitatur, inimicus est. 4 impendet negotium, ad quod tu scilicet aduolabis. uideor mihi nostrum illum consularem exercitum bonorum omnium, etiam satis bonorum, habere firmissimum. Pompeius significat studium erga me non mediocre. idem adfirmat uerbum de me illum non esse facturum; in quo non me ille fallit, sed ipse fallitur. Cosconio mortuo sum in eius locum inuitatus. id erat uocari in locum mortui. nihil me turpius apud homines fuisset, neque uero ad istam ipsam ἀσφάλειαν quidquam alienius. sunt enim illi apud bonos inuidiosi, ego apud improbos meam retinuissem inuidiam, alienam adsumpsissem.

Caesar me sibi uolet esse legatum. honestior haec 5 declinatio periculi; sed ego hoc non repudio. quid ergo est? pugnare malo. nihil tamen certi. iterum dico: utinam adesses! sed tamen, si erit necesse, arcessemus. quid aliud? quid? hoc opinor: certi sumus perisse omnia. quid enim ἀκκιζόμεθα tam diu?

Sed haec scripsi properans et mehercule timide. posthac ad te aut, si perfidelem habebo, cui dem, scribam plane omnia, aut, si obscure scribam, tu tamen intelleges. in iis epistulis me Laelium, te Furium faciam; cetera erunt ἐν αἰνιγμοῖς. hic Caecilium colimus et obseruamus

1 esse transferendum **H** una uox *bis* **P** 3 mihi inimicatur inimicus est **O**[1]**VI** inimicus est] inimicius *coni. Bootius* *del. Ernestius* 4 scilicet tu **IA**[2]**c** 6 sat *Reidius l. l. p.* 388, *uix necessario; cfr ad Att.* VII 7, 5, *Landgrafius ad or. pro Sex. Rosc.*[2] 32, 89 7 studium *om.* **M**[1]**m** *Rom., add.* **M**[3] 8 ullum **sGHNV***Rom.* 12 *adscr.* securitatem **M***corr.***dms** 13 apud inuidos meam **s** 15 uolet **Ω** uellet **IA**[2]**c***Rom.* uult *Victorius, uulg.; cfr Comm. Tull. p.* 150 *sqq.* esse *om.* **GH** haec declinatio **M**[1]**mNOPVIA**[2]**c***Rom.* declinatio haec **M***corr.***bdsGH** 16 h(a)ec **bds** 19 certi sumus **A**[2]**c***Rom.* certissimus **Ω** (*praet.* **PV**) certissimum **PV** certi simus **I** 22 aut **M***corr.***sGNPIA**[2]**c** autem **M**[1](?)**bdmHV***Rom.* 23 omnia plane **IA**[2]**c** 24 istis **N** 25 ἐν αἰνιγμοῖς **M***corr.***bdmsC** ENAINIΓMOIC **M**[1]**G** (*sed* -NIT- **G**) eNaIHITaMOÏC **P** ἐν αἰνίγμασι **A**[2]**c***Rom.* *adscr.* in obscuritatibus **M***corr.* in obscuris **ds** hic **A**[2]**c** hoc **Ω**(*sed* hec **N**)**I***Rom.*

7 *Sjögren.*

diligenter. edicta Bibuli audio ad te missa. iis ardet dolore et ira noster Pompeius.

## XX

## CICERO ATTICO SAL.

1 Anicato, ut te uelle intellexeram, nullo loco defui. Numestium ex litteris tuis studiose scriptis libenter in amicitiam recepi. Caecilium, quibus rebus possum, tueor diligenter. Varro satis facit nobis. Pompeius amat nos carosque habet. credis? inquies. credo; prorsus mihi persuadet; sed quia uolo. pragmatici homines omnibus historicis praeceptis, uersibus denique cauere iubent et uetant credere. alterum facio, ut caueam, alterum, ut non
2 credam, facere non possum. Clodius adhuc mihi denuntiat periculum. Pompeius adfirmat non esse periculum; adiurat; addit etiam se prius occisum iri ab eo quam me uiolatum iri. tractatur res. simul et quid erit certi, scribam ad te. si erit pugnandum, arcessam ad societatem laboris; si quies dabitur, ab Amalthea te non commouebo.

3 De re ⟨p.⟩ breuiter ad te scribam; iam enim charta ipsa ne nos prodat pertimesco. itaque posthac, si erunt mihi plura ad te scribenda, ἀλληγορίαις obscurabo. nunc

1 diligenter et edicta **O**$^{1}$**PVI**, *u. Comm. Tull. p.* 38 iis **mV***Rom.* hiis **P** is **M**$^{1}$**dsGHNA**$^{2}$**c** si **b** missis *pro* missa iis **I** 2 Vale *add.* **VA**$^{2}$**c***Rom.*

EP. XX. 5 Anicato] Amice cato **O**$^{1}$**PV** *om.* (*spatio relicto*) **H** 7 possum **bIA**$^{2}$**c***Rom.* parum **M**$^{1}$**dmΣ** par **M**$^{2}$c$^{S}$ par est **M**$^{4}$(*deleta* c$^{S}$ *nota adscr.* est)**s** 8 Pompeius] *accedit* **E** 9 mihi] *ad* michi (*sic*) **M** *adscr. in marg.* que, *ut sit* mihique **M**$^{4}$ 10 uolo] ut uideo **A**$^{2}$**c***Rom.* persuadet. sed quia uolgo pragmatici *eqs. Buechelerus Mus. Rhen.* XI (*a.* 1857) *p.* 519 = *Kl. Schr.* I *p.* 62, *recc. edd., inutiliter; u.* Χάριτες *F. Leo dargebracht p.* 282 πραγματικοὶ *Orellius* 11 historiis **H** (*sed* ist-) *Lambinus, uulg., ut recte, uereor; de* denique *u. Comm. Tull. p.* 120* 13 mihi ad. huc **IA**$^{2}$**c** 14 Pompeius . . . periculum *om.* **E** non esse *om. Rom.*

15 ab eo . . . iri *om.* **P** 16 simul ac quid *Rom., cfr Comm. Tull. p.* 77, *Reidius l. l. p.* 389 19 p(ublica) **A**$^{2}$**c***Rom.* *om.* **ΩI** *cfr ad Brut.* IX 1, 1 (= II 1, 1) 21 scribam (*ex u.* 19) scribenda *priore uoce deleta* **M** ἀλληγορίαις **A**$^{2}$**c** ΗΓΟΡΙΑΙϹ **MmGP** (*sed* ΗΥΟ- **m**) ἀγορίαις **s***Rom.* *om.* **bd**

quidem nouo quodam morbo ciuitas moritur, ut, cum omnes
ea, quae sunt acta, improbent, querantur, doleant, uarietas
in re nulla sit aperteque loquantur et iam clare gemant,
tamen medicina nulla adferatur. neque enim resisti sine
internecione posse arbitramur, nec uidemus, qui finis ce-
dendi praeter exitium futurus sit. Bibulus hominum admi- 4
ratione et beneuolentia in caelo est; edicta eius et conti-
ones describunt et legunt. nouo quodam genere in summam
gloriam uenit. populare nunc nihil tam est quam odium
popularium. haec quo sint eruptura, timeo. sed si dispi- 5
cere quid coepero, scribam ad te apertius. tu, si me amas
tantum, quantum profecto amas, expeditus facito ut sis,
si inclamaro, ut adcurras; sed do operam et dabo, ne sit
necesse. quod scripseram me Furio scripturum, nihil ne-
cesse est tuum nomen mutare; me faciam Laelium et te
Atticum, neque utar meo chirographo neque signo, si modo
erunt eius modi litterae, quas in alienum incidere nolim.
Diodotus mortuus est; reliquit nobis HS fortasse cen- 6
ties. comitia Bibulus cum Archilochio edicto in ante diem
xv Kal. Nou. distulit. a Vibio libros accepi. poëta ineptus
et tamen scit nihil, sed est non inutilis. describo et remitto.

2 quae facta sunt N 3 in re nulla M*corr.*bdsΣIA$^{2}$c nulla in re M$^{1}$, *uulg.* in re m*Rom.* 5 internecione MmNZ$^{1}$A$^{2}$c internitione E*Rom.* interuentione O$^{1}$PVI interuectione HO$^{2}$ (*sed* -nec- O$^{2}$) interemptione bdsG 6 exitium M*corr.*sEHPVIA$^{2}$c extium N exitum M$^{1}$bdmG*Rom.* 8 in *om.* ds 9 tam nil IA$^{2}$c 10 eruptura sint IA$^{2}$c uideo timeo P despicere ENI displicere *Rom.* 11 cepero. Quid *Rom.* 14 me Furio EO$^{1}$PV et Furio Δ(*praet.* s)GHN te Furium sIA$^{2}$*Rom.* te Furio c ut Furio *Orellius* me ut Furio *coni. Bootius; cfr ad Att.* VII 4, 1 scripturum . . . meo *u.* 16 *om.* P 15 et *del. Lambinus; u. Comm. Tull. p.* 113 18 sestertia I centiens M senties NP centum *Malaspina; iocatur Cicero, cfr Bardtius ad l. et Schultzius, Der Geldwert in Cic. Zeit, Sokr.* I (*a.* 1913) *p.* 75

20 Iubio I 21 nec tamen A$^{2}$c *cfr Lehmannus, de Cic:is ad Att. epp. p.* 194 scit ΔEIA$^{2}$c*Rom.* sit Σ (*praet.* E) inutilis M$^{1}$msENPVIA$^{2}$c *Rom.* utilis M*corr.*(in *linea inductum, quae post erasa est*)bdGH Vale *add.* IA$^{2}$c*Rom.*

# XXI

## CICERO ATTICO SAL.

1 De re publica quid ego tibi subtiliter? tota periit atque hoc est miserior, quam reliquisti, quod tum uidebatur eius modi dominatio ciuitatem oppressisse, quae iucunda esset multitudini, bonis autem ita molesta, ut tamen sine pernicie, nunc repente tanto in odio est omnibus, ut quorsus eruptura sit horreamus. nam iracundiam atque intemperantiam illorum sumus experti, qui Catoni irati omnia perdiderunt, sed ita lenibus uti uidebantur uenenis, ut posse uideremur sine dolore interire; nunc uero sibilis uulgi, sermonibus honestorum, fremitu Italiae uereor ne

2 exarserint. equidem sperabam, ut saepe etiam loqui tecum solebam, sic orbem rei publicae esse conuersum, ut uix sonitum audire, uix impressam orbitam uidere possemus; et fuisset ita, si homines transitum tempestatis exspectare potuissent. sed cum diu occulte suspirassent, postea iam gemere, ad extremum uero loqui omnes et clamare coeperunt.

3 Itaque ille noster amicus, insolens infamiae, semper in laude uersatus, circumfluens gloria, deformatus corpore, fractus animo, quo se conferat, nescit; progressum praecipitem, inconstantem reditum uidet; bonos inimicos habet, improbos ipsos non amicos. ac uide mollitiem animi: non tenui lacrimas, cum illum a. d. VIII Kal. Sext. uidi de edictis Bibuli contionantem. qui antea solitus esset iactare se magnificentissime illo in loco summo cum amore populi, cunctis fauentibus, ut ille tum humilis, ut demissus erat, ut ipse etiam sibi, non iis solum, qui aderant, displicebat!

EP. XXI. 3 subtiliter scribam? Tota **IA**$^2$**c** 7 omnibus *om.* **GH** quorsum **GHIA**$^2$**c** 8 sint *Bosius in Add.* 10 leuibus **mI***Rom.* 13 exarserint **ΩIC***Rom.* exarserit **A**$^2$**c** tecum loqui **IA**$^2$**c** 16 homines] omnes **O**$^1$**V** 20 noster amicus **ΣIA**$^2$**c** amicus noster **Δ***Rom.** 25 a. d. *Orellius:* ante **ΩIA**$^2$**c***Rom.* 27 populi **M**$^2$(*del.*)**M**$^4$**msNA**$^2$**c***Rom.* publi(i) **M**$^1$**M**$^3$(*del.*)**bdHO**$^1$**PV** publico **EGI**

o spectaculum uni Crasso iucundum, ceteris non item! 4
nam quia deciderat ex astris, lapsus potius quam progressus uidebatur; et ut Apelles, si Venerem, aut Protogenes, si Ialysum illum suum caeno oblitum uideret, magnum, credo, acciperet dolorem, sic ego hunc omnibus a me pictum et politum artis coloribus subito deformatum non sine magno dolore uidi. quamquam nemo putabat propter Clodianum negotium me illi amicum esse debere, tamen tantus fuit amor, ut exhauriri nulla posset iniuria. itaque Archilochia in illum edicta Bibuli populo ita sunt iucunda, ut eum locum, ubi proponuntur, prae multitudine eorum, qui legunt, transire nequeamus, ipsi ita acerba, ut tabescat dolore, mihi mehercule molesta, quod et eum, quem semper dilexi, nimis excruciant, et timeo, tam uehemens uir tamque acer in ferro et tam insuetus contumeliae ne omni animi impetu dolori et iracundiae pareat.

Bibuli qui sit exitus futurus, nescio. ut nunc res se 5
habet, admirabili gloria est. qui cum comitia in mensem Octobrem distulisset, quod solet ea res populi uoluntatem offendere, putarat Caesar oratione sua posse impelli contionem, ut iret ad Bibulum; multa cum seditiosissime diceret, uocem exprimere non potuit. quid quaeris? sentiunt se nullam ullius partis uoluntatem tenere. eo magis uis nobis est timenda.

1 speculum **M$^1$mEO$^1$***Rom.*, *corr.* **M$^3$** item **mA$^2$c** idem **Ω**(*praet.* **m**)**I** *Rom.* 2 lapsus potius quam progressus **Σ**(*sed* pocius lapsus *eqs.* **N**)**IA$^2$c** lapsus quam progressus potius **Δ***Rom.* 3 Protogenes, si Ialysum *Baiterus:* prothogenes si alysum **E** protogenem si alisum (aly-) **GH** si prothegenem si alison **N** si prothogenem si alyrsum **M$^1$m** si prot(h)ogenes ialysum (-li-) **M***corr.***bdsO$^2$VI** si prothogenem allisum **P** si Protogenes si Ialysum *Rom.* si Protogenes Hialysium **A$^2$c** 10 archilodia **M$^1$ms**, *corr.* **M$^3$** archilogia **HN** 14 dilexi nimis **M$^3$EGHPO$^2$IC** dileximus **ΔNO$^1$VA$^2$c** *Rom.* 15 ferro **ΩC***Rom.* foro **IA$^2$c** tam *om.* **m***Rom.* 16 pareat **M$^3$**(*sed del.*)**mEGHNVIA$^2$c***Rom.* parcat **M$^1$bdsO** pereat **P** 17 res se] se **O$^1$V** sese **mA$^2$***Rom.* res sese **c** 23 se **M***corr.***sEHA$^2$c***Rom.* sed **M$^1$bdm GNOV** sed se **PI** ullius **EHO$^1$VIA$^2$c***Rom.* ullus **M$^1$m** ullis **N** nullius **M$^3$bdGO$^2$** *om.* **s** partem uoluntatis **s** 24 nobis est timenda] est timenda nobis **H** est nobis querenda timenda **O** est timenda **EP**

6 Clodius inimicus est nobis. Pompeius confirmat eum nihil esse facturum contra me. mihi periculosum est credere; ad resistendum me paro. studia spero me summa habiturum omnium ordinum. te cum ego desidero, tum uero res ad tempus illud uocat. plurimum consilii, animi, praesidii denique mihi, si te ad tempus uidero, accesserit. Varro mihi satis facit. Pompeius loquitur diuinitus. spero nos aut certe cum summa gloria aut etiam sine molestia discessuros. tu quid agas, quem ad modum te oblectes, quid cum Sicyoniis egeris, ut sciam, cura.

## XXII

## CICERO ATTICO SAL.

1 Quam uellem Romae mansisses! ⟨mansisses⟩ profecto, si haec fore putassemus. nam Pulchellum nostrum facillime teneremus aut certe, quid esset facturus, scire possemus. nunc se res sic habet. uolitat, furit; nihil habet certi; multis denuntiat; quod fors obtulerit, id acturus uidetur; cum uidet, quo sit in odio status hic rerum, in eos, qui haec egerunt, impetum facturus uidetur; cum autem rursus opes eorum, uim, exercitus recordatur, conuertit se in nos; nobis autem ipsis cum uim, tum iudicium
2 minatur. cum hoc Pompeius egit et, ut ad me ipse refere-

2 periculum **m***Rom.* 7 satis mihi facit **IA**$^2$**c** 8 aut cum summa gloria aut certe sine *Manutius* aut certaturos cum summa gloria aut etiam sine *Wesenbergius Em. alt. p.* 94, *utrumque inutiliter, quoniam* aut certe . . . aut *pro* certe aut . . . aut *suo more scripsit Cicero, u. Comm. Tull. p.* 136 *sqq.** 9 esse discessuros **O**$^1$**V** 10 Vale *add.* **IA**$^2$**c***Rom.*

EP. XXII. 13 mansisses *add. Bosius:* quod egisses **A**$^2$**c** *om.* Ω*codd. Mal.***I** *lacunam indic. Wesenb. l. l.; cfr supra p.* 33, 24 *tradita transform. Rom.:* Quod profecto esset factum si *eqs.* 14 hoc **EHN** 15 certe *om.* **m***Rom.* 17 sors **bIA**$^2$**c***Rom.* attulerit **bds** 20 opes eorum uim **EGHNO**$^1$**V** opes eorum: uim **I** opes eorum et uim **PF***Ant.***c** opes et uim **ΔO**$^2$**A**$^2$*Rom.; u.* Χάριτες *Friedr. Leo dargebracht p.* 283 21 nos] bonos *Wesenb. l. l.* nostros *Reidius Hermath.* XXXI (*a.* 1905) *p.* 391 cum (*sic* **M**) *uel* tum *codd.* 22 minitatur **A**$^2$**c** et ut **A**$^2$**c***Rom.* ut **HV** ut et *rell.*

bat — alium enim habeo neminem testem —, uehementer egit, cum diceret in summa se perfidiae et sceleris infamia fore, si mihi periculum crearetur ab eo, quem ipse armasset, cum plebeium fieri passus esset. sed fidem recepisse sibi et ipsum et Appium de me. hanc si ille non seruaret, ita laturum, ut omnes intellegerent nihil sibi antiquius amicitia nostra fuisse. haec et in eam sententiam cum multa dixisset, aiebat illum primo sane diu multa contra, ad extremum autem manus dedisse et adfirmasse nihil se contra eius uoluntatem esse facturum. sed postea tamen ille non destitit de nobis asperrime loqui. quod si non faceret, tamen ei nihil crederemus atque omnia, sicut facimus, pararemus.

Nunc ita nos gerimus, ut in dies singulos et studia 3
in nos hominum et opes nostrae augeantur. rem publicam nulla ex parte attingimus; in causis atque in illa opera nostra forensi summa industria uersamur, quod egregie non modo iis, qui utuntur opera, sed etiam in uulgus gratum esse sentimus. domus celebratur; occurritur; renouatur memoria consulatus; studia significantur. in eam spem adducimur, ut nobis ea contentio, quae impendet, interdum non fugienda uideatur.

Nunc mihi et consiliis opus est tuis et amore et fide; 4
qua re aduola. expedita mihi erunt omnia, si te habebo. multa per Varronem nostrum agi possunt, quae te urgente erunt firmiora, multa ab ipso Publio elici, multa cognosci, quae tibi occulta esse non poterunt, multa etiam — sed

2 fama **s** 3 procrearetur **O**$^1$**PVIA**$^2$**c** 4 cum] quem **A**$^2$**c** sed] l' (*i. e.* uel) **E** *del. Lambinus; cfr p.* 61, 12 fidem dedisse *coni. Lambinus,* fidem *del. Ernestius* 5 sibi *om.* **A**$^2$**c** 8 primo **Ω**(*praet.* **b**)**C***Rom.* primum **bIA**$^2$**c** 12 ei *om.* **M**$^1$**m***Rom.* atque **M**$^1$**msENO**$^2$**A**$^2$**c***Rom.* ad qu(a)e **M**$^3$(*del.*)**bdGHO**$^1$**PVI** 16 attingimus **A**$^2$**c**, *cfr p.* 105, 12 attingemus **ΩI***Rom.* in illa opera **M**$^3$**bdΣ**(*praet.* **H**)**IA**$^2$**c** in opera illa **sH** opera **M**$^1$**m***Rom.* 17 nostra *post* opera *u.* 18 *transponendum coni. Purserus* 18 opera] opera nostra *Wesenbergius l. l.* ipsi *coni. Muellerus del. Bentiuolius* 25 te etiam urgente **O**$^1$**PVIA**$^2$**c** 26 erunt *om.* **M**$^1$, *add.* **M**$^2$ 27 potuerunt **dV** possunt **P**

absurdum est singula explicare, cum ego requiram te ad 5 omnia. unum illud tibi persuadeas uelim, omnia mihi fore explicata, si te uidero; sed totum est in eo, si antequam ille ineat magistratum. puto Pompeium Crasso urgente, si tu aderis, qui per βοῶπιν ex ipso intellegere possis, qua fide ab illis agatur, nos aut sine molestia aut certe sine errore futuros. precibus nostris et cohortatione non indiges; quid mea uoluntas, quid tempus, quid rei magnitudo postulet, intellegis.

6 De re publica nihil habeo ad te scribere nisi summum odium omnium hominum in eos, qui tenent omnia. mutationis tamen spes nulla. sed, quod facile sentias, taedet ipsum Pompeium uehementerque paenitet. non prouideo satis, quem exitum futurum putem; sed certe uidentur haec aliquo eruptura.

7 Libros Alexandri, neglegentis hominis et non boni poëtae sed tamen non inutilis, tibi remisi. Numerium Numestium libenter accepi in amicitiam et hominem grauem et prudentem et dignum tua commendatione cognoui.

## XXIII

## CICERO ATTICO SAL.

1 Numquam ante arbitror te epistulam meam legisse nisi mea manu scriptam. ex eo colligere poteris, quanta occupatione distinear. nam cum uacui temporis nihil ha-

1 cum **M**$^2$*al.*'Σ(*praet.* **V**)**IA**$^2$ tum **ΔO**$^2$**V***Rom.* quum **c** te requiram **IA**$^2$**c** 3 totum *uulg.*: tantum **ΩIA**$^2$**c***Rom.* 5 βοώπιδα **A**$^2$**c***Rom.* *adscr.* habentem oculos bouis **M***corr.***m** oculos bouis habentem **ds** ex illo ipso **IA**$^2$**c** 8 quid tempus *om.* **M**$^1$**m***Rom.*, *add.* **M**$^3$ 9 intelliges **dH** intelligas **s** 12 quid **M**$^1$**m** sentias **sHO**$^2$**A**$^2$**c***Rom.* sententias (-cias) **Mbdm** snias **G** sentia est **N** siũa ẽ **E** sententia est **O**$^1$**PV** sentias est **I** 13 Pompeium uehementerque **A**$^2$**c** Pompeiumque uehementer **ΩI***Rom.* 14 certo **IA**$^2$ 17 non inutilis **ΔEPVIA**$^2$**c***Rom.* inutilis **G** utilis **N** multis **H** 19 pudentem *Faërnus* cura mi suauissime ut ualeas *add.* **O**$^1$**PV**, uale **A**$^2$**c***Rom.*

EP. XXIII *suo loco om.* **O**, *add. in fine codicis; nunc periit* 22 numquam . . . ostentat *p.* 105, 17 *om.* **E** 23 manu mea **HV** intelligere **s**

berem et cum recreandae uoculae causa necesse esset mihi ambulare, haec dictaui ambulans.

Primum igitur illud te scire uolo, Sampsiceramum, 2 nostrum amicum, uehementer sui status paenitere restituique in eum locum cupere, ex quo decidit, doloremque suum impertire nobis et medicinam interdum aperte quaerere, quam ego posse inueniri nullam puto; deinde omnes illius partis auctores ac socios nullo aduersario consenescere, consensionem uniuersorum nec uoluntatis nec sermonis maiorem umquam fuisse.

Nos autem — nam id te scire cupere certo scio — 3 publicis consiliis nullis intersumus totosque nos ad forensem operam laboremque contulimus. ex quo, quod facile intellegi possit, in multa commemoratione earum rerum, quas gessimus, desiderioque uersamur. sed βοώπιδος nostrae consanguineus non mediocres terrores iacit atque denuntiat et Sampsiceramo negat, ceteris prae se fert et ostentat. quam ob rem, si me amas tantum, quantum profecto amas, si dormis, expergiscere, si stas, ingredere, si uero ingrederis, curre, si curris, aduola. credibile non est, quantum ego in consiliis, prudentia tua, quod maximum est, quantum in amore et fide ponam. magnitudo rei longam orationem

1 mihi necesse esset **m***Rom.* 3 illud igitur **bd**$^1$**sN** 5 cupere **M***corr.***mΣIA**$^2$**c***Rom.* petere cupere **M**$^1$**bd** pe cupere **s** 7 quam] quoniam **I** posse **M**$^1$(?)**GNZ**$^{bl}$ possem **M***corr.*(*ut uid.*)**bdmsOPVIA**$^2$**c***Rom.* *om.* **H** *cfr Lehmannus De Cic:is ad Att. epp. p.* 175 inueniri **M**$^1$**M**$^3$(?)**GHNVZ**$^{bl}$**I** inuenire **M**$^2$**M**$^4$(?)**bdmsOPA**$^2$**c***Rom.*; -ri *habuit* **M**$^1$ *sed* i *in* e *mutata est, post* e *expuncta et* i *superscripta; denique* i *radendo deleta* puto *coni. Lambinus:* post **Z**$^{bl}$ posse **N** possum **GH** *om.* **ΔOPVIA**$^2$**c***Rom.* quam ego possum inuenire nullam *Graeuius* 8 et **sHN** socios etiam nullo **PVIA**$^2$**c** 9 uoluntatis nec sermonis **ΩC***Rom.* uoluntate nec sermone **IA**$^2$**c**

11 scire *om.* **A**$^2$ certe **HPVI** 14 in *om.* **M**$^1$**mPI***Rom.* multa *om.* **A**$^2$ 15 βοώπιδος nostrae **A**$^2$**c** (*sed* nostri **A**$^2$) boopidis noster **Ω** (*sed* bonus opidis nostris **P**) βοωπις noster *Rom.* Boepidus nostri **I** 19 uõ (*i. e.* uero) **M**$^4$(*ut uid.*)**HN** non (*uel* nō, *i. e.* uõ) **M**$^1$**bdsG** (non *del.* **M***corr.*, *post suprascriptum et iterum deletum est*) *om.* **M***corr.***mEPVIA**$^2$**c***Rom.* 21 consiliis et prudentia **A**$^2$**c***Rom.*, *uulg.*; *cfr Lehmannus Quaest. Tull. p.* 25* quod **ΔGHNI** et quod **EPV** quodque **A**$^2$**c***Rom.*, *uulg.**

fortasse desiderat, coniunctio uero nostrorum animorum breuitate contenta est. permagni nostra interest te, si comitiis non potueris, at declarato illo esse Romae. cura, ut ualeas.

## XXIV

## CICERO ATTICO SAL.

1 Quas Numestio litteras dedi, sic te iis euocabam, ut nihil acrius neque incitatius fieri posset. ad illam celeritatem adde etiam, si quid potes. ac ne sis perturbatus — noui enim te et non ignoro, quam sit amor omnis sollicitus atque anxius —, sed res est, ut spero, non tam exitu molesta quam auditu.

2 Vettius ille, ille noster index, Caesari, ut perspicimus, pollicitus est sese curaturum, ut in aliquam suspicionem facinoris Curio filius adduceretur. itaque insinuauit in familiaritate⟨m⟩ adulescentis et cum eo, ut res indicat, saepe congressus est. rem in eum locum deduxit, ut diceret sibi certum esse cum suis seruis in Pompeium impetum facere eumque occidere. hoc Curio ad patrem detulit, ille ad Pompeium. res delata ad senatum est. introductus Vettius primo negabat se umquam cum Curione constitisse, neque id sane diu; nam statim fidem publicam postulauit.

2 permagis **I** te si] et si **s** et te si **PV** 4 *post* ualeas *add.* suauissime mi Attice **PV** mi suauissime Attice **IA**$^2$**c**

EP. XXIV. 8 celeritatem] κέλευσιν **Z**$^b$, *sed errore Bosius Turnesianum pro Crusellino uidetur nominasse, cfr Lehmannus De Cic:s epp. p.* 110 10 omnis *om.* **M**$^1$**m***Rom., add.* **M**$^3$ quam . . . anxius *senarium ex fabula quadam desumptum esse susp. Tyrrellus* 12 auditu **ΩZ**$^l$**IA**$^2$**c***Rom.* aditu *Victorius, plerique edd.* 13 Vectius **ΩIA**$^2$**c***Rom., item infra* ille ille **ME** ille *rell.; cfr p.* 33, 24 iudex **IA**$^2$**c***Rom.* 14 se **M**$^1$**m***Rom., corr.* **M**$^3$ 15 insinuauit in familiaritatem *Orellius* (*cfr Naegelsbachius Stil.*$^9$ *p.* 495): in sinu aut in familiaritate **Ω**(*praet.* **m**)**I** in sinu atque in familiaritate **mA**$^2$**c***Rom.* 17 est *deletum in* **M** *om. Rom., uulg.* deduxit **ΩIC** *Rom.* adduxit **A**$^2$**c** 18 seruis *om.* **I** 21 constitisse **C** restitisse **ΩI** *Rom.* retulisse **A**$^2$**c** rem constituisse *Reidius Hermath.* XXXI (*a.* 1905) *p.* 392 *sed uerbum sollemne in iudiciis non temptandum, u. Thes. L. L.* IV 464, *Landgrafius ad or. pro Sex. Rosc.* 51, 148

reclamatum est. tum exposuit manum fuisse iuuentutis duce Curione, in qua Paulus initio fuisset et Q. Caepio hic Brutus et Lentulus, flaminis filius, conscio patre; postea C. Septimium, scribam Bibuli, pugionem sibi a Bibulo attulisse. quod totum irrisum est, Vettio pugionem defuisse, nisi ei consul dedisset, eoque magis id eiectum est, quod a. d. III Id. Mai. Bibulus Pompeium fecerat certiorem, ut caueret insidias; in quo ei Pompeius gratias egerat. 3 introductus Curio filius dixit ad ea, quae Vettius dixerat, maximeque in eo tum quidem Vettius est reprehensus, quod dixerat adulescentium consilium, ut in foro [cum] gladiatoribus Gabini Pompeium adorirentur; in eo principem Paulum fuisse, quem constabat eo tempore in Macedonia fuisse. fit senatus consultum, ut Vettius, quod confessus esset se cum telo fuisse, in uincula coniceretur; qui eum emisisset, eum contra rem publicam esse facturum. res erat in ea opinione, ut putarent id esse actum, ut Vettius in foro cum pugione et item serui eius comprehenderentur cum telis, deinde ille se diceret indicaturum. idque ita ⟨f⟩actum esset, nisi Curiones rem ante ad Pompeium detulissent.

Tum senatus consultum in contione recitatum est. postero autem die Caesar, is qui olim, praetor cum esset, Q. Catulum ex inferiore loco iusserat dicere, Vettium in rostra produxit eumque in eo loco constituit, quo Bibulo consuli adspirare non liceret. hic ille omnia, quae uoluit

1 fuisse] esse **V** *om.* **I** 2 Q. *Corradus:* Cn. *uel* Gnaeus Ω*Rom.* C. **IA²c** 3 hic] et **A²c** 6 eiectum **A²c** electum Ω**I***Rom.* 7 Maij **A²c** decembr(is) **bdsE** diei *rell.* ut *om.* **EP** 11 id fuisse *post* dixerat *add. Muellerus Mus. Rhen.* LIII (*a.* 1898) *p.* 123; *cfr ep.* IX 19, 1, *Luc.* 18, 56* ut **M***corr.***bsEPA²c***Rom.* aut **M¹dmGHNOVI** cum *secl. Manutius* 12 adorirentur **M²**(*in ras.*)**bdmsNOPVIA²c***Rom.* orirentur **M¹**(*ut uid.*) **M³EGH** 13 constat **IA²** 15 interfuisse **I** 16 eum *om.* (*spat. rel.*) **V** emisisset **MEO²A²c***Rom.* emisset *rell.* eum *om.* **M¹A²c** 20 factum *Ernestius:* actum Ω**IA²c***Rom.* Curiones **A²c***Rom.* curionis Ω**I** 22 S. C. Ω *sed* sic **M¹m***Rom., corr.* **M³** 23 cum praetor **IA²** 24 iusserat . . . loco *om.* **GN** 25 eo *om.* **IA²** 26 hic omnia, ille (*i. e. Caesar*) quae uoluit *coni. Orellius*

de re publica, dixit, ut qui illuc factus institutusque uenisset. primum Caepionem de oratione sua sustulit, quem in senatu acerrime nominarat, ut appareret noctem et nocturnam deprecationem intercessisse. deinde, quos in senatu ne tenuissima quidem suspicione attigerat, eos nominauit: Lucullum, a quo solitum esse ad se mitti C. Fannium, illum qui in P. Clodium subscripserat, L. Domitium, cuius domum constitutam fuisse, unde eruptio fieret. me non nominauit, sed dixit consularem disertum, uicinum consulis, sibi dixisse Ahalam Seruilium aliquem aut Brutum opus esse reperiri. addidit ad extremum, cum iam dimissa contione reuocatus a Vatinio fuisset, se audisse a Curione his de rebus conscium esse Pisonem, generum meum, et M. Laterensem.

4 Nunc reus erat apud Crassum Diuitem Vettius de ui et, cum esset damnatus, erat indicium postulaturus. quod si impetrasset, iudicia fore uidebantur. ea nos, utpote qui nihil contemnere sol⟨er⟩emus, ⟨non contemnebamus sed⟩ non pertimescebamus. hominum quidem summa erga nos studia significabantur, sed prorsus uitae taedet; ita sunt omnia omnium miseriarum plenissima. modo caedem timueramus, quam oratio fortissimi senis, Q. Consi⟨di⟩, discusserat; ea[m], quam cottidie timere potueramus, subito exorta

1 publica *secl. Manutius* ut **A**$^2$ *Victorius:* et **ΩIc***Rom.; u. Muell. ad l.* 3 asperrime **sV** 6 L. Lucullum *Wesenbergius Em. Alt. p.* 95 esset **sGHN** 9 consulis **Δ***Rom.* consuli **ΣI** Cos. **A**$^2$**c** 10 aut etiam Brutum **O**$^1$**PVIA**$^2$**c** aut Iu. Brutum **F** 12 a (*post* audisse) **ΔNO**$^2$**P** *Rom.* ex **EGHO**$^1$**VIA**$^2$**c** 13 et milaterensem *plerique codd.* (i *eras.* **M***corr.*) 16 iudicium **VIA**$^2$**c***Rom.* 18 soleremus *Klotzius:* solemus **Ω**(*sed* -ebamus **V**)**IA**$^2$**c***Rom.; cfr Muell. ad h. l., Lebretonius 'Etudes' p.* XV non contemnebamus sed *add. Wesenbergius Em. p.* 67 *sq.* 20 prorsus uitae taedet ita] prosusuita et aedita **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ prorsus uita et edet ita **G** prorsus uicta et decreta **H** prorsus *adscriptis lineis distortis* **N** 21 cladem *Schuetzius* 22 quam **ΣIA**$^2$**c***Rom.* qu(a)e **ΔO**$^2$ quem metum *Maduigius Adu. crit.* III *p.* 169 Q. Considii **A**$^2$**c***Rom.* que cū si **M**$^1$ quinti consilii **I** Q. (*uel* que) consi **M***corr., rell.* 23 ea quam **sHA**$^2$**c***Rom.* eam quam **M**$^2$*al.***bdEGNOVIA**$^2$(*in marg.*) ea inquam **M**$^1$**m** eam inquam quam **P** ea uis quam *Wesenb. Em. alt. p.* 95 ea miseria quam *coni. Muellerus; cfr Firnhaberus Phil.* VI (*a.* 1851) *p.* 374 poteramus **sO**$^1$**V**

est. quid quaeris? nihil me ⟨infortunatius, nihil⟩ fortunatius est Catulo cum splendore uitae tum † hoc tempore. nos tamen in his miseriis erecto animo et minime perturbato sumus honestissimeque et dignitatem * nostram magna cura tuemur.

Pompeius de Clodio iubet nos esse sine cura et sum- 5
mam in nos beneuolentiam omni oratione significat. te habere consiliorum auctorem, sollicitudinum socium, omni in cogitatione coniunctum cupio. qua re, ut Numestio mandaui, tecum ut ageret, item atque eo, si potest, acrius, te rogo, ut plane ad nos aduoles. respiraro, si te uidero.

## XXV

## CICERO ATTICO SAL.

Cum aliquem apud te laudaro tuorum familiarium, 1
uolam illum scire ex te me id fecisse, ut nuper me scis scripsisse ad te de Varronis erga me officio, te ad me rescripsisse eam rem summae tibi uoluptati esse. sed ego mallem ad illum scripsisses mihi illum satis facere, non quo faceret sed ut faceret. mirabiliter enim moratus est, sicut nosti, ἑλικτὰ καὶ οὐδέν . . . sed nos tenemus praeceptum illud, τὰς τῶν κρατούντων . . . at hercule alter tuus familiaris, Hortalus, quam plena manu, quam ingenue, quam

1 me nihil *Rom.* infortunatius nihil *add. Lambinus* fortunatius **ΩC***Rom.* infortunatius **IA**$^2$**c** 2 est *Bosius*: et **ΩIA**$^2$**c***Rom.* tum mortis tempore *Lambinus* 3 in his] in his (*uel* iis) etiam **PIA**$^2$**c** etiam in iis **O**$^1$**V** 4 *post* dignitatem *add.* et auctoritatem *Otto Mus. Rhen.* XLI (*a.* 1886) *p.* 365 *coll. Quint. I. O.* XI 3, 153 honestissimeque dignitatem nostram et magna *Graeuius* magna cum cura **s** 8 in omni *Rom.* 10 eo] adeo *coni. Muellerus* 11 respirabo **NP** Vale *add.* **A**$^2$**c***Rom.*

EP. XXV *deest in* **E** 14 apud te aliquem **I** laudo **P** 15 uolam *om.* **M**$^1$, *add.* **M**$^2$ scis me **HN**(*sed* sis **N**)**c** 18 mihi **M***corr.***A**$^2$**c** ni(c)hil **ΩIC***Rom.* satisfacere **M**$^1$**ms A**$^2$**cC***Rom.* satisfaceret **M**$^3$(*del.*)**bdΣI** non quo faceret **CZ**$^1$ *om.* **ΩIA**$^2$**c***Rom.* 19 sed ut faceret **ΩCZ**$^1$*Rom.* *del.* **M** *corr.* *om.* **IA**$^2$**c** 20 *Eur. Androm.* 448 *adscr.* et nihil **M***corr.***ds** 21 *Eur. Phoen.* 393 *adscr.* uictorum **M***corr.***ds** 22 Hortalus **Z**$^1$ hortatus **ΩI***Rom.* Hortensius **A**$^2$**c** quam (*ante* plena)] *compendium, quod* quam *aut* quasi *designat, superscr.* **M**$^2$*al.*

ornate nostras laudes in astra sustulit, cum de Flacci praetura et de illo tempore Allobrogum diceret! sic habeto, nec amantius nec honorificentius nec copiosius potuisse dici. ei te hoc scribere a me tibi esse missum sane uolo.
2 sed quid tu scribas? quem iam ego uenire atque adesse arbitror; ita enim egi tecum superioribus litteris. ualde te exspecto, ualde desidero, neque ego magis, quam ipsa res et tempus poscit.

His de negotiis quid scribam ad te, nisi idem, quod saepe? re publica nihil desperatius, iis, quorum opera, nihil maiore odio. nos, ut opinio et spes et coniectura nostra fert, firmissima beneuolentia hominum muniti sumus. qua re aduola. aut expedies nos omni molestia aut eris particeps. ideo sum breuior, quod, ut spero, coram breui tempore conferre, quae uolumus, licebit. cura, ut ualeas.

1 sustulit *om.* *Rom.* 5 ego iam **c** 8 et tempus *om.* **O**[1]**V** 9 quid] plane quid **O** plane quod **V** idem] id **s** 10 semper **I** re p. **M**[2](*sed* re *in loco raso*)**bs** rep(ublica) **A**[2]**c***Rom.* r. p. **dm** rei p. **M**[8] (*del.*)**GHPV** res pu. **N** reipubl. **I** 12 transfert **I** 13 nos *om.* **m***Rom.* 14 coram] tecum **H** tempore *om.* **A**[2]**c** 15 cura ut ualeas] Vale **A**[2] *om.* **I**

# LIBER TERTIVS

## I

### CICERO ATTICO SAL.

Cum antea maxime nostra interesse arbitrabar te esse nobiscum, tum uero, ut legi rogationem, intellexi ad iter id, quod constitui, nihil mihi optatius cadere posse, quam ut tu me quam primum consequare, ut, cum ex Italia profecti essemus, siue per Epirum iter esset faciendum, tuo tuorumque praesidio uteremur, siue aliud quid agen-

M. Tullij ciceronis epl'arum liber secondus explicit. Incipit liber tercius **M** M . TVLLII . CICERONIS . EPISTOLARVM . LIBER . SECONDVS . EXPLICIT . INCIPIT . LIBE . (*sic*) TERTIVS **m** M . TVLLII CICERONIS AD ATTICVM EPISTOLARVM . LIBER . SECVNDVS . FINIT . TERTIVS INCIPIT **b** M . T . C . EPISTOLA24 AD ATTICVM LIBER TERTIVS INCIPIT LEGE FELICITER **d** CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER SECVNDVS EXPLICIT FELICITER (*fol.* 73 *u.*) M . T . CICERONIS EPISTOLARUM AD ATTICVM LIBER TERTIVS INCIPIT FELICITER (*fol.* 74 *r.*) **s** Explicit liber II' Incipit liber III' **E** liber ſ7s ad athicum explicit. Incipit tertius ad eumdem **N** M . TVLLII . CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER II EXPLICIT INCIPIT LIBER III **O** M . T . C . AD AT . ePISTOLARVM LIBER SeCVNDVS eXPLICIT . eIVSDeM AD eVNDeM LIB' TeRTIVS INCIPIT FeLICITeR **P** MARCI TVLLII CICERONIS EPISTVLARVM AD ATTICVM LIBER SECV̄DVS EXPLICIT . INCIPIT LIBER . III . **V** M . T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T . POMPONIVM ATTICVM LIBER TERTIVS **A**[2] MARCI TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD T . POMPONIVM ATTICVM, LIBER TERTIVS **c** M. Tul. Ciceronis Epistolarum ad. T. Pōponiū. Atticū. Li. tertius *Rom. inscr. om.* **GHI**

EP. I *deest in* **E** 6 id] ad **O** *om.* **NA**[2] 7 consequerere *Wesenb. Em. alt. p.* 95, *recc. edd.; cfr Comm. Tull. p.* 126

dum esset, certum consilium de tua sententia capere possemus. quam ob rem te oro des operam, ut me statim consequare. facilius potes, quoniam de prouincia Macedonia perlata lex est. pluribus uerbis tecum agerem, nisi pro me apud te res ipsa loqueretur.

## II

## CICERO ATTICO SAL.

Itineris nostri causa fuit, quod non habebam locum, ubi pro meo iure diutius esse possem, quam fundum Siccae, praesertim nondum rogatione correcta, et simul intellegebam ex eo loco, si te haberem, posse me Brundisium referre, sine te autem non esse nobis illas partes tenendas propter Autronium. nunc, ut ad te antea scripsi, si ad nos ueneris, consilium totius rei capiemus. iter esse molestum scio, sed tota calamitas omnes molestias habet. plura scribere non possum; ita sum animo perculso et abiecto. cura, ut ualeas. data vi Id. April. Narib. Luc.

## III

## CICERO ATTICO SAL.

Utinam illum diem uideam, cum tibi agam gratias, quod me uiuere coëgisti! adhuc quidem ualde me paenitet. sed te oro, ut ad me Vibonem statim uenias, quo ego

1 tua] tua summa **I** 3 quam *ante* facilius *add.* **O**$^2$, quod eo **c**, *recc. edd.; cfr Comm. Tull. p.* 153 5 Vale *add.* **A**$^2$**c***Rom.*

EP. II *deest in* **E** 9 fundum **C** in fundum **Ω***codd.Mal.***I***Rom.* in fundo **A**$^2$**c**; *cfr ad Att.* XII 36, 1 11 si te haberem **C** si recte haberem **M***corr.* (**M**$^1$ *non liquet*) si recte habere **m***Rom.* si iter haberem **NO**$^2$**IA**$^2$**c** se iter habere **M**$^3$(*del.*)**bdsGHPV** possem me *Rom.* 12 nobis] nobilis **M**$^3$ (*del.*)**GH** 13 antronium **MdmGN***Rom.* antonium **bsHOPVIA**$^2$**c** 14 capimus **M**$^3$(*del.*) 15 tota] tanta *Wesenb. Em. p.* 94, *sed cfr Meutznerus Ann. phil.* LXXXIX (*a.* 1864) *p.* 166 17 Narib. Luc. *Klotzius:* naris luc. **Ω**(*sed* natis **bs**, nares Irie **N**; luc. *om.* **V**)*codd.Mal.***Z**$^{bl}$**I***Rom.* (*sed* lut. *Rom.*) Naryci Locridis **A**$^2$**c** ad Naris Luc. (*coll. Sall. Hist.* III 98 *Maur.*) *Bootius*

EP. III *deest in* **E** 21 quidem **M***corr.***V** equidem *rell.*

multis de causis conuerti iter meum. sed eo si ueneris, de toto itinere ac fuga mea consilium capere potero. si id non feceris, mirabor, sed confido te esse facturum.

## IV

### CICERO ATTICO SAL.

Miseriae nostrae potius uelim quam inconstantiae tribuas, quod a Vibone, quo te arcessebamus, subito discessimus. adlata est enim nobis rogatio de pernicie mea, in qua quod correctum esse audieramus erat eius modi, ut mihi ultra quingenta milia liceret esse, illoc peruenire non liceret. statim iter Brundisium uersus contuli ante diem rogationis, ne et Sicca, apud quem eram, periret et quod Melitae esse non licebat. nunc tu propera, ut nos consequare, si modo recipiemur. adhuc inuitamur benigne, sed quod superest timemus. me, mi Pomponi, ualde paenitet uiuere; qua in re apud me tu plurimum ualuisti. sed haec coram. fac modo, ut uenias.

## V

### CICERO ATTICO SAL.

Terentia tibi et saepe et maximas agit gratias. id est mihi gratissimum. ego uiuo miserrimus et maximo dolore

1 de *om.* $\mathbf{M}^1$**m***Rom.*, *add.*$\mathbf{M}^3$ sed] *cfr Lehmannus Quaest. Tull. p.* 75 3 omnino *ante* te *add.* $\mathbf{O}^1$, *post* te **V**, *post* esse $\mathbf{IA}^2$**c** cura ut cito aduoles *in fine add.* $\mathbf{O}^1$**PV** (*sed* cito ut **P**), Vale $\mathbf{A}^2$**c***Rom.*

EP. IV *deest in* **E** 9 correctum **C** confectum $\mathbf{\Omega IA}^2$**c***Rom.* huiusmodi $\mathbf{IA}^2$**c** 10 intra **M***corr.*(*del.*)**M** *iterum corr.* quingenta *Bootius* (*coll. Plut. Cic.* 32, *Dione Cass.* 38, 17, 7), *Sternkopfius Philol.* LXI (*a.* 1902) *p.* 62: quadraginta **HV** XL **N** quadringenta *rell.* illoc $\mathbf{M}^1$**bdGO**$^1$ illuc **HPV** illec **N** illo cum $\mathbf{M}^4$**msO**$^2$$\mathbf{IA}^2$**c***Rom.* peruenirem non liceret (*sic*) $\mathbf{M}^1$ 12 et quod *om.* $\mathbf{M}^1$**m***Rom.*, *add.* $\mathbf{M}^3$ 17 uenias si me amas **V** Vale *add.* $\mathbf{A}^2$**c***Rom.*

EP. V *deest in* **E** 20 gratias agit $\mathbf{IA}^2$**c** 21 ego enim uiuo $\mathbf{O}^1$$\mathbf{PVIA}^2$**c**

conficior. ad te quid scribam, nescio. si enim es Romae, iam me adsequi non potes; sin es in uia, cum eris me adsecutus, coram agemus, quae erunt agenda. tantum te oro, ut, quoniam me ipsum semper amasti, ut eodem amore sis; ego enim idem sum. inimici mei mea mihi, non me ipsum ademerunt. cura ut ualeas. data IIII Id. April. Thuri.

## VI

## CICERO ATTICO SAL.

Non fuerat mihi dubium, quin te Tarenti aut Brundisi uisurus essem, idque ad multa pertinuit, in eis, et ut in Epiro consisteremus et de reliquis rebus tuo consilio uteremur. quoniam id non contigit, erit hoc quoque in magno numero nostrorum malorum. nobis iter est in Asiam, maxime Cyzicum. tibi meos commendo. me uix misereque sustento. data XIIII Kal. Maias de Tarentino.

## VII

## CICERO ATTICO SAL.

1 Brundisium ueni a. d. XIIII Kal. Maias. eo die pueri tui mihi a te litteras reddiderunt, et alii pueri post diem

1 es Romae **ΔO$^{1}$PV**(*sed fort.* esero me **M$^{1}$**)**IA$^{2}$c** es Roma *Rom.* se Romae **GH** Seroni(a)e **M***corr.*(*del.*)**NO$^{2}$** 2 sin es] se ines **G** seines **N** si mens **H**; *in marg.* **M**: al. sin es in uia al. senies in uia c$^{s}$ senties in uia **M$^{2}$** (*post deleta*); *quid* **M$^{1}$** *habuerit* — *nam* sin es *in ras. est* — *non constat* 4 quoniam] quom iam **H** cum iam **G** cum **M$^{3}$**(*del.*) ut] *om.* **OPVIA$^{2}$** nunc *Muellerus Mus. Rhen.* LIII (*a.* 1898) *p.* 123, LIV (*a.* 1899) *p.* 537; *cfr Comm. Tull. p.* 164, *Klotzius Mus. Rhen.* LXVIII (*a.* 1913) *p.* 501, *ad or. pro Mil.* 5, 14 6 data *om.* **IA$^{2}$c** IIII *Corradus:* VIII **Ω**(*sed* VI **bd**) **IA$^{2}$c***Rom.*; *cfr Sternkopfius Philol.* LIX (*a.* 1900) *p.* 300 turri **N** *cfr Sternkopfius Woch. f. kl. Phil.* XIV (*a.* 1897) *p.* 710 Thuriis *Reidius Hermath.* XXIX (*a.* 1903) *p.* 275 *sq.*, *alii*

EP. VI *deest in* **E** 10 in eis **M$^{2}$***al.***NO$^{1}$P** meis **ΔHO$^{2}$VA$^{2}$c***Rom.* me his **G** eis **I** *uerba* pertinuit meis et *induxit,* pertinuisset *in marg. adscr.* **M$^{4}$** et ut] ut et *Manutius; u. Comm. Tull. p.* 137 *sq.* 14 tibi meos **M***corr.***ΣIA$^{2}$c** meos tibi **Δ***Rom.* 15 Vale *post* sustento *add.* **A$^{2}$c***Rom.* VIIII **P** XIII **c** de Tarentino **ΩC***Rom.* Tarenti **IA$^{2}$c**

EP. VII *accedit* **E** 18 XIIII *om.* **M$^{1}$mA$^{2}$c***Rom., add.* **M$^{3}$** eo] et eo **M$^{1}$m***Rom.* 19 a te mihi **IA$^{2}$**

tertium eius diei alias litteras attulerunt. quod me rogas et hortaris, ut apud te in Epiro sim, uoluntas tua mihi ualde grata est et minime noua, sed consilium mihi quidem optatum, si liceret ibi omne tempus consumere — odi enim celebritatem, fugio homines, lucem adspicere uix possum; esset mihi ista solitudo, praesertim tam familiari in loco, non amara — sic itineris causa ut deuerterer, primum est deuium, deinde ab Autronio et ceteris quadridui, deinde sine te. nam castellum munitum habitanti mihi prodesset, transeunti non est necessarium. quod si auderem, Athenas peterem. sane ita cadebat, ut uellem. nunc et nostri hostes ibi sunt et te non habemus et ueremur, ne interpretentur illud quoque oppidum ab Italia non satis abesse, nec scribis, quam ad diem te exspectemus.

Quod me ad uitam uocas, unum efficis, ut a me manus 2
abstineam, alterum non potes, ut me non nostri consilii uitaeque paeniteat. quid enim est, quod me retineat, praesertim si spes ea non est, quae nos proficiscentes prosequebatur? non faciam, ut enumerem miserias omnes, in quas incidi per summam iniuriam et scelus non tam inimicorum meorum quam inuidorum, ne et meum maerorem exagitem et te in eundem luctum uocem: hoc adfirmo, neminem umquam tanta calamitate esse adfectum, nemini mortem magis optandam fuisse. cuius oppetendae tempus

1 die **C** litteras alias **IA**$^2$**c** 3 sed] esset *Bentiuolius, recc. edd.; de anacolutho cfr Rothsteinius Woch. f. kl. Phil.* IX (*a.* 1892) *p.* 1164 *sq.* 6 in tam familiari **IA**$^2$ 7 sic **mO**$^2$, *Plasbergius Woch. f. kl. Phil.* XVI (*a.* 1899) *p.* 321 sit **M**$^1$(*ut uid.*)**bdsGHP***Rom.* si **EN** sed **M***corr.***VIA**$^2$**c**, *uulg.; de* sic *cfr Muell. ad ep. ad Q. fr.* I 1, 16, *Schmalzius Berl. phil. Woch.* XXXII (*a.* 1912) *p.* 555 *sq.* deuerterer **sE** deuorterer **M***corr.***dGH** diuerterer **bO**$^2$ diuorterer **M**$^1$**N***Rom.* deuerter **O**$^1$**PVI** diuorter **m** diuertar **A**$^2$**c**; *cfr Lebretonius 'Etudes' p.* 251, *supra p.* 17, 20 8 autronio *uel* antronio **Ω**(*praet.* **bHP**)**I***Rom.* Antonio **bHPA**$^2$**c** 9 nam **ENOPVIC** natura (*uel* nā) **ΔO**$^2$**A**$^2$**c***Rom.* nam ad **M**$^3$(*del.*)**GH** mihi] nihil **m***Rom.* 16 potest *Rom.* non *ante* paeniteat *u.* 17 **O**$^1$**V** 17 uitaeque **Ω***codd. Mal.***ICZ**$^1$*Rom.* utique **A**$^2$**c** 18 ea spes **IA**$^2$**c** persequebatur **m***Rom.* 22 locum **m***Rom.* adfirmo **ΩC***Rom.* confirmo **IA**$^2$**c**

honestissimum praetermissum est; reliqua tempora sunt non iam ad medicinam sed ad finem doloris.

3 De re publica uideo te colligere omnia, quae putes aliquam spem mihi posse adferre mutandarum rerum; quae quamquam exigua sunt, tamen, quoniam placet, exspectemus.

Tu nihilo minus, si properaris, nos consequere; nam aut accedemus in Epirum aut tarde per Candauiam ibimus. dubitationem autem de Epiro non inconstantia nostra adferebat, sed quod de fratre, ubi eum uisuri essemus, nesciebamus; quem quidem ego nec ⟨quo⟩ modo uisurus nec ut dimissurus sim scio. id est maximum et miserrimum mearum omnium miseriarum.

Ego et saepius ad te et plura scriberem, nisi mihi dolor meus cum omnes partes mentis tum maxime huius generis facultatem ademisset. uidere te cupio. cura, ut ualeas. data pr. Kal. Maias Brundisi.

## VIII

## CICERO ATTICO SAL.

1 ⟨Brundisio⟩ proficiscens scripseram ad te, quas ob causas in Epirum non essemus profecti, quod et Achaia prope esset plena audacissimorum inimicorum et exitus

1 non sunt **M$^1$bdsZ$^b$**(?)*Rom., corr.* **M$^1$**, *ut uid.* 2 iam **Z$^b$***Ant. Rom.* tam **Ω**(*sed* tm̄ **H**)**IA$^2$c**; *cfr p.* 76, 14 sed **Ω**(*praet.* **sE**)*codd. Mal.***Z$^b$** *Rom.* quam **M***corr.***sEIA$^2$c** 5 quamquam **M$^2$msHIA$^2$c***Rom.* quam *rell.* 8 accedemus **M***corr.***sEIA$^2$c***Rom.* accedamus **Ω**(*praet.* **sE**); *cfr p.* 91, 20 per Candauiam tarde **IA$^2$c** 11 quomodo **A$^2$c** modo **M$^1$mΣI***Rom.* indo(?) **d** ubi **b** abmodo **s** *ante* modo *add.* abi *uel* ubi **M***corr.* 12 ut *Bosius in Add.* (*cfr Lehmannus De Cic:is ad Att. epp. p.* 140 *sq.*): ui **N** cui **EI** uidi (*sed* missurus) **GH** ubi **ΔO$^2$VA$^2$c***Rom.* *totum locum ita dat* **P**: ego nec modo nec dimissurus sum scio nec uidimus rursum scio id *de* ut *cfr p.* 33, 7, *al.* sim **msA$^2$c***Rom.* sum *rell.* 16 cura ut ualeas *om.* **V** 17 data *om.* **IA$^2$c** Brundisii *Bosius:* Brundisii proficiscens **Ω***Rom., u. ad u.* 20 Brundisii proficiscens festinanter **IA$^2$c** Brundisio *Klotzius, alii coll. ep.* XIV 4, 6

EP. VIII. 20 Brundisio proficiscens *Wesenb. Em. Alt. p.* 96 (Brundisii proficiscens *antea Bosius*): *om.* **ΩIA$^2$c***Rom.; u. ad u.* 17 22 prope esset plena **ΣIA$^2$c** prope est et plena **MmO$^2$***Rom.* prope est plena **bd** plena est **s**

difficiles haberet, cum inde proficisceremur. accessit, cum Dyrrhachi essemus, ut duo nuntii adferrentur, unus, classe fratrem Epheso Athenas, alter, pedibus per Macedoniam uenire. itaque illi obuiam misimus Athenas, ut inde Thessalonicam ueniret. ipsi processimus et Thessalonicam a. d. x Kal. Iun. uenimus, neque de illius itinere quidquam certi habebamus nisi eum ab Epheso ante aliquanto profectum.

2 Nunc istic quid agatur magno opere timeo. quamquam tu altera epistula scribis Id. Maiis audiri fore, ut acrius postularet, altera iam esse mitiora. sed haec est pridie data quam illa, quo conturbor magis. itaque cum meus me maeror cottidianus lacerat et conficit, tum uero haec addita cura uix mihi uitam reliquam facit.

Sed et nauigatio perdifficilis fuit et ille incertus, ubi ego essem, fortasse alium cursum petiuit. nam Phaëtho lib⟨ertus⟩ eum non uidit; uento reiectus ab illo in Macedoniam Pellae mihi praesto fuit. reliqua quam mihi timenda sint, uideo, nec quid scribam habeo et omnia timeo, nec tam miserum est quidquam, quod non in nostram fortunam cadere uideatur. equidem adhuc miser in maximis meis aerumnis et luctibus hoc metu adiecto maneo Thessalonicae suspensus nec audeo quidquam.

3 Nunc ad ea, quae scripsisti. Tryphonem Caecilium non uidi. sermonem tuum et Pompei cognoui ex tuis litteris. motum in re publica non tantum ego impendere

3 ab Epheso **GH** alter . . . Athenas *u.* 4 *om.* **G** 6 itineris **MdGNO$^2$** 7 habemus **bds** 8 nunc . . . magis *u.* 11 *om.* **E** quid istic quid **GH** 9 tu altera epistula (-ola) **M$^3$O$^2$IA$^2$c** tua altera epistula **bds** tu alteram epistulam **H** tua littera (*uel* lirā) epistulam **M$^1$GNO$^1$P** tua epistula **M***corr.***mV***Rom.* audiri **Z$^b$** audire **ΩIA$^2$c***Rom.* audire te *Lambinus* 10 postularet *scil. Clodius Q. fratrem** postularetur *Bosius, uulg.* postularer *Ant.* 11 qua **m***Rom.* conturbor **Σ**(*etiam* **H**)**mA$^2$c***Rom.* conturber **Δ**(*praet.* **m**)**I**, *fort. recte, u. Muell. ad h. l.* magnum *Rom.* 15 Phaëtho libertus eum] pheton libertus eum **M$^4$** phetolibeum **Ω**(*sed* -beus eum **s**)**IA$^2$c***Rom.* 16 ab Ilio **F**, *Madu. Adu.* I *p.* 145 20 equidem **M***corr.***sEPO$^2$IA$^2$c***Rom.* quidem *rell.* (*sed* quid est **G**) 24 non uidi **ΩIC** *Rom.* non uisendum uidi **A$^2$c** 25 impendere *om.* **M$^1$mA$^2$***Rom., add.* **M$^3$**

uideo, quantum tu aut uides aut ad me consolandum adfers. Tigrane enim neglecto sublata sunt omnia. Varroni me iubes agere gratias. faciam; item Hypsaeo. quod suades, ne longius discedamus, dum acta mensis Maii ad nos perferantur, puto me ita esse facturum, sed ubi, nondum statui. atque ita perturbato sum animo de Quinto, ut nihil queam statuere; sed tamen statim te faciam certiorem.

4 Ex epistularum mearum inconstantia puto te mentis meae motum uidere, qui, etsi incredibili et singulari calamitate adflictus sum, tamen non tam est ex miseria quam ex culpae nostrae recordatione commotus. cuius enim scelere impulsi et proditi simus, iam profecto uides; atque utinam ante uidisses neque totum animum tuum maerori mecum simul dedisses! qua re cum me adflictum et confectum luctu audies, existimato me stultitiae meae poenam ferre grauius quam euenti, quod ei crediderim, quem esse nefarium non putarim. me et meorum malorum maeror et metus de fratre in scribendo impedit. tu ista omnia uide et guberna. Terentia tibi maximas gratias agit. litterarum exemplum, quas ad Pompeium scripsi, misi tibi. data IIII Kal. Iun. Thessalonicae.

2 Tigrane . . . Hypsaeo *u.* 3 *om.* **E** 4 persuades **O**$^{1}$**V** ne longius . . . statui *u.* 6 *om.* **GH** 6 perturbatus **EN** 9 ex *om.* **GH** constantia **M**$^{1}$**m**, *corr.* **M**$^{3}$ meae mentis **bds** 11 est *om.* **ENVIA**$^{2}$**c** 13 et] ac **MdmA**$^{2}$**c**, *uulg.* perditi **NV** sumus **M**$^{1}$**NPV***Rom.* *cfr Skutschius Glotta* III *p.* 166 uideas **M***corr.*(-a- *suprascr., post eras.*)**bdGHN** 14 ante **Σ** (*praet.* **H**) iam ante **ΔHIA**$^{2}$**c***Rom., uulg.; cfr p.* 47, 13 errori *Madu. Adu.* III *p.* 169, *nescio an recte; cfr* meae culpae socium *p.* 128, 2; 145, 3; *ad Att.* VII 12, 2 18 m(a)eror **bdsP** memor **M**$^{1}$**mGNV** memor$^{a}$ **H** memoria **M**$^{4}$**EOIA**$^{2}$**c***Rom., uulg.; cfr Comm. Tull. p.* 89 20 guberna] *reliqua desunt in* **E** 21 misit **M**$^{1}$**m** misi tibi. Vale **A**$^{2}$*Rom.* tibi misi. Vale **c** 22 Iun.] Maias **M**$^{1}$**m***Rom.* (*ex ep.* 9, 1), *corr.* **M**$^{3}$ Thessalonica *Orellio auctore Bootius, alii; u. ad p.* 114, 6

# IX

## CICERO ATTICO SAL.

Quintus frater cum ex Asia discessisset ante Kal. 1
Maias et Athenas uenisset Id. Maiis, ualde fuit ei properandum, ne quid absens acciperet calamitatis, si quis forte fuisset, qui contentus nostris malis non esset. itaque eum malui properare Romam quam ad me uenire, et simul — dicam enim, quod uerum est, ex quo magnitudinem mearum miseriarum perspicere possis — animum inducere non potui, ut aut illum, amantissimum mei, mollissimo animo, tanto in maerore adspicerem aut meas miserias luctu adflictas et perditam fortunam illi offerrem aut ab illo adspici paterer. atque etiam illud timebam, quod profecto accidisset, ne a me digredi non posset. uersabatur mihi tempus illud ante oculos, cum ille aut lictores dimitteret aut ui auelleretur ex complexu meo. huius acerbitatis euentum altera acerbitate non uidendi fratris uitaui. in hunc me casum uos uiuendi auctores impulistis. itaque mei peccati luo poenas.
quamquam me tuae litterae sustentant, ex quibus, quantum 2
tu ipse speres, facile perspicio; quae quidem tamen aliquid habebant solacii, antequam eo uenisti a Pompeio: nunc Hortensium adlice et eius modi uiros. obsecro, mi Pomponi, nondum perspicis, quorum opera, quorum insidiis, quorum scelere perierimus? sed tecum haec coram

EP. IX. 4 id(ibus) maiis **bdsIA**$^{2}$**c** id(us) maias **MmΣ***Rom.* Idibus *uulg.* ualde fuit *bis* **M** *sed posteriore loco expuncta superne adscripta nota* al'. 6 malui eum **IA**$^{2}$ 8 mearum miseriarum **EGPVIA**$^{2}$**c** miseriarum mearum **ΔHN***Rom., uulg.* 9 potuit **ΔGH***Rom., sed* -t *del.* **M***corr.* 11 adflictus *Reidius* 13 illud etiam **IA**$^{2}$**c** 15 lictores **M***corr.***sGIA**$^{2}$**c** lectores **M**$^{1}$**d**$^{1}$**Σ** (*praet.* **GP**) letiores **M**$^{2}$*al.*(*del.*)**mP***Rom.* lectiores **bd**$^{2}$ auelleretur **Ω** (*etiam* **M**$^{1}$) *codd. Mal., Rom.* euelleretur **IA**$^{2}$**c** 16 euentum **M**$^{1}$**m ENOA**$^{2}$**c***Rom.* euentu **M***corr.*(*erasa lin. nas. denuo post addita*)**bdsGHPVI** altera acerbitate **M***corr.***mEA**$^{2}$**c** altera acerbitatis *Rom.* alteram acerbitatem **M**$^{1}$**Σ**(*praet.* **E**)**I** aliam acerbitatem **bds** 18 uidendi **dsGHV** 20 quae **A**$^{2}$**c** et quae **Ωl***Rom.* 24 periremus **M**$^{3}$(*del.*)**G**$^{2}$**HNV** haec **ΣZ**$^{1}$**IA**$^{2}$**c** haec omnia **ΔO**$^{2}$*Rom.*

agemus; tantum dico, quod scire te puto: nos non inimici sed inuidi perdiderunt. nunc si ita sunt, quae speras, sustinebimus nos et spe, qua iubes, nitemur; sin, ut mihi uidentur, firma sunt, quod optimo tempore facere non licuit, minus idoneo fiet.

3 Terentia tibi saepe agit gratias. mihi etiam unum de malis in metu est, fratris miseri negotium, quod si sciam cuius modi sit, sciam, quid agendum mihi sit. me etiam nunc istorum beneficiorum et litterarum exspectatio, ut tibi placet, Thessalonicae tenet. si quid erit noui adlatum, sciam, de reliquo quid agendum sit. tu si, ut scribis, Kal. Iun. Roma profectus es, prope diem nos uidebis. litteras, quas ad Pompeium scripsi, tibi misi. data Id. Iun. Thessalonicae.

## X

### CICERO ATTICO SAL.

1 Acta quae essent usque ad VIII Kal. Iun., cognoui ex tuis litteris; reliqua exspectabam, ut tibi placebat, Thessalonicae. quibus adlatis facilius statuere potero, ubi sim. nam si erit causa, si quid agetur, si spem uidero, aut ibidem opperiar aut me ad te conferam; sin, ut tu scribis, ista euanuerint, aliud aliquid uidebimus. omnino adhuc nihil mihi significatis nisi discordiam istorum; quae tamen inter eos de omnibus potius rebus est quam de me. itaque, quid ea mihi prosit, nescio, sed tamen, quoad me
2 uos sperare uultis, uobis obtemperabo. nam quod me tam

*p.* 119, 24 *sq.* agemus coram **M$^1$** 1 nos *om.* **M$^1$m**, *add.* **M$^3$** 2 prodiderunt **bds** ita] ista *Schuetzius sed cfr Lehmannus Quaest. Tull. p.* 79 4 firma Ω(*praet.* **P**)*Rom.* aduersa **P** infirma **IA$^2$c**; *u. Lehm. l. l.* tempore **A$^2$c***Rom., cfr supra p.* 115, 24 genere Ω*codd.Mal.***IC** 6 gratias agit **IA$^2$c***Rom.* 8 mihi agendum **IA$^2$** 9 tibi *om.* **bs** 12 uidebis et litteras **OPIA$^2$** 13 Vale *post* misi *add.* **A$^2$c***Rom.* Thessalonica *alii, u. ad p.* 114, 6

EP. X. 17 ad] a. d. *Orellius* ad a. d. *Baiterus coll. ep.* XVI 9, 1; *u. ad p.* 88, 1 *sq.* 19 statuere facilius **IA$^2$c** potuero **GHN** 22 aliquid aliud **M$^1$msV***codd.Mal.Rom., uulg.; u. Comm. Tull. p.* 84 25 quod ad me uos spectare *Rom.*

saepe et tam uehementer obiurgas et animo infirmo esse dicis, quaeso, ecquod tantum malum est, quod in mea calamitate non sit? ecquis umquam tam extemplo ⟨tam ex amplo⟩ statu, tam in bona causa, tantis facultatibus ingenii, consilii, gratiae, tantis praesidiis bonorum omnium concidit? possum obliuisci, qui fuerim? non sentire, qui sim? quo caream honore, qua gloria, quibus liberis, quibus fortunis, quo fratre? quem ego, ut nouum calamitatis genus attendas, cum pluris facerem quam me ipsum semperque fecissem, uitaui ne uiderem, ne aut illius luctum squaloremque adspicerem aut ne me, quem ille florentissimum reliquerat, perditum illi adflictumque offerrem. mitto cetera intolerabilia; etenim fletu impedior. hic utrum tandem sum accusandus, quod doleo, an quod commisi, ut haec aut non retinerem, quod facile fuisset, nisi intra parietes meos de mea pernicie consilia inirentur, aut certe uiuus non amitterem?

Haec eo scripsi, ut potius releuares me, quod facis, 3
quam ut castigatione aut obiurgatione dignum putares, eoque ad te minus multa scribo, quod et maerore impedior et, quod exspectem istinc, magis habeo, quam quod ipse scribam. quae si erunt adlata, faciam te consilii nostri certiorem. tu, ut adhuc fecisti, quam plurimis de rebus ad me uelim scribas, ut prorsus ne quid ignorem. data XIIII Kal. Quint. Thessalonicae.

2 ecquod **IA$^2$c** et quod Ω*Rom.* est] putas **m***Rom.* 3 ecquis **IA$^2$c** et quis Ω*Rom.* tam extemplo tam ex amplo *Perssonius Erani uol.* XIV (*a.* 1914) *p.* 78: tam extemplo **M$^1$mNO$^2$** tam extemplo a **EPV** extemplo a **M$^3$bdGH** tam extemplo de tanto **s** tam ex amplo *Rom.* ex tam amplo **IA$^2$c** 4 tam in bona] in tam bona **EIA$^2$c** in bona **M$^3$bdGH** 6 quid sim **GH***Rom.* qui sum **A$^2$** 11 ne Σ (*praet.*E)**IA$^2$c** *om.* **ΔE***Rom.*, *uulg.* 15 non aut *Maduigius Adu. crit.* II *p.* 235 *sine causa; cfr Comm. Tull. p.* 139* 17 non Ω*codd.Mal.***Z$^1$IC***Rom.* *om.* **A$^2$c** 19 ut] aut **IA$^2$c** aut] me aut **GH** obiurgatione] reprehensione **s** 20 eoque] et que **M$^1$**, *corr.* **M$^2$** 21 et quid **IA$^2$c** quid **IA$^2$** 24 data] Vale **A$^2$c** Vale. datum *Rom.* *om.* **VI** 25 Thessalonicae *om.* **E** Thessalonica *Orellius, alii, u. ad p.* 114, 6

## XI

## CICERO ATTICO SAL.

1 Me et tuae litterae et quidam boni nuntii, non optimis tamen auctoribus, et exspectatio uestrarum litterarum, et quod tibi ita placuerat, adhuc Thessalonicae tenebat. si accepero litteras, quas exspecto, si spes erit ea, quae rumoribus adferebatur, ad te me conferam; si non erit,
2 faciam te certiorem, quid egerim. tu me, ut facis, opera, consilio, gratia iuua; consolari iam desine, obiurgare uero noli; quod cum facis, ut ego tuum amorem et dolorem desidero! quem ita adfectum mea aerumna esse arbitror, ut te ipsum consolari nemo possit. Quintum fratrem optimum humanissimumque sustenta. ad me obsecro te ut omnia certa perscribas. data IIII Kal. Quint.

## XII

## CICERO ATTICO SAL.

1 Tu quidem sedulo argumentaris, quid sit sperandum et maxime per senatum, idemque caput rogationis proponi scribis, qua re in senatu dici nihil liceat. itaque siletur. hic tu me accusas, quod me adflictem, cum ita sim adflictus ut nemo umquam, quod tute intellegis. spem ostendis secundum comitia. quae ista est eodem tribuno
2 pl. et inimico consule designato? percussisti autem me etiam de oratione prolata. cui uulneri, ut scribis, medere, si quid potes. scripsi equidem olim iratus, quod ille

EP. XI. 5 tenebat **M**$^1$(*ut uid.*)**ENOPV** tenebant **M***corr.***bdmsGHIA**$^2$**c** *Rom.; cfr p.* 17, 16, *Lebretonius 'Etudes' p.* 21   8 te certiorem *om.* **M**$^1$, *add.* **M**$^2$   9 iam] non **s** *om.* **P**   13 ut *om. Rom.*   14 Vale *post* perscribas *add.* **PA**$^2$**c***Rom.*

EP. XII. 17 tu quidem *om.* **GH**   18 proponi scribis *uulg.*: proponis. Scribis **ΩIA**$^2$**c***Rom.*   20 sileri *coni. Malaspina; cfr ad p.* 62, 1   21 tute] tu me **HN**   23 designato consule *Rom.*   25 iratus **EO**$^1$**PVI** ei ratus **M**$^1$**mGN** ei iratus **M***corr.***bdsHA**$^2$**c***Rom., uulg.*

prior scripserat, sed ita compresseram, ut numquam emanaturam putarem. quo modo exciderit, nescio. sed quia numquam accidit, ut cum eo uerbo uno concertarem, et quia scripta mihi uidetur neglegentius quam ceterae, puto ex se probari non esse meam. id, si putas me posse sanari, cures uelim; sin plane perii, minus laboro.

Ego etiam nunc eodem in loco iaceo sine sermone 3
ullo, sine cogitatione ulla. licet tibi ut scribis † significarem ut ad me uenires si donatam ut intellego te istic prodesse, hic ne uerbo quidem leuare me posse. non queo plura scribere, nec est, quod scribam; uestra magis exspecto. data xvi Kal. Sext. Thessalonicae.

## XIII

## CICERO ATTICO SAL.

Quod ad te scripseram me in Epiro futurum, postea 1
quam extenuari spem nostram et euanescere uidi, mutaui consilium nec me Thessalonica commoui, ubi esse statueram, quoad aliquid ad me de eo scriberes, quod proximis litteris scripseras, fore uti secundum comitia aliquid de nobis in senatu ageretur; id tibi Pompeium dixisse. qua de re, quoniam comitia habita sunt tuque nihil ad me scribis, proinde habebo ac si scripsisses nihil esse,

1 emanaturam putarem **ENO$^1$PVIA$^2$c** manaturam putarem **M$^1$mO$^2$***Rom.* naturae imputarem **M$^3$**(*del.*)**bdsGH** (*sed* -rim **H**) 2 exciderint **M$^1$**(?)**mNO$^2$***Rom.* exciderim **bdsGH** 3 acciderit **M$^3$**(*del.*)**bdsGH** uerbo . . . ceterae *u.* 4 *om.* **N** 4 uidetur mihi **IA$^2$c** 5 ex se **M$^3$**(*del.*)**bdsEGHV** esse **M$^1$mO** posse **M$^4$NPIA$^2$c***Rom., uulg.; u. Comm. Tull. p.* 34 putes *Rom.* 8 licet tibi, ut scribis. significaram, ut ad me uenires: id omittam, ut intellego *eqs. Vahlenus Op.* II *p.* 554 *sqq. praeeuntibus Maduigio, qui* scilicet tibi, ut scribis, significaram . . . id omittamus: intellego *eqs. Adu. crit.* III *p.* 170, *et Turnebo, qui* id omittam ut *coniecerat; cfr etiam Drumannus Gesch. Roms*$^2$ V *p.* 66 *adn.* 1 9 *pro* si donatam ut *habet* si dona **E**, Sidona tamen **IA$^2$c** *uerba* si donatam . . . posse *u.* 10 *om.* **GH** 11 Vale *post* exspecto *add.* **A$^2$c***Rom.* 12 xvi *om.* **E** Thessalonica *Orellius, alii, u. ad p.* 114, 6 cura ut ualeas *add.* **s**

EP. XIII. 17 constitueram **IA$^2$c** 18 perscriberes **s** 22 perinde **A$^2$c** sensisses **bs**

meque temporis non longinqui spe ductum esse ⟨non⟩ moleste feram. quem autem motum te uidere scripseras, qui nobis utilis fore uideretur, eum nuntiant, qui ueniunt, nullum fore. in tribunis pl. designatis reliqua spes est. quam si exspectaro, non erit, quod putes me causae meae, uoluntati meorum defuisse.

2 Quod me saepe accusas, cur hunc meum casum tam grauiter feram, debes ignoscere, cum ita me adflictum uideas, ut neminem umquam nec uideris nec audieris. nam quod scribis te audire me etiam mentis errore ex dolore adfici, mihi uero mens integra est. atque utinam tam in periculo fuisset, cum ego iis, quibus meam salutem carissimam esse arbitrabar, inimicissimis crudelissimisque usus sum! qui ut me paulum inclinari timore uiderunt, sic impulerunt, ut omni suo scelere et perfidia abuterentur ad exitium meum.

Nunc quoniam iam est Cyzicum nobis eundum, quo rarius ad me litterae perferuntur, hoc uelim diligentius omnia, quae putaris me scire opus esse, perscribas. Quintum, fratrem meum, fac diligas. quem ego miser si incolumem relinquo, non me totum perisse arbitrabor. data Non. Sext.

## XIV

## CICERO ATTICO SAL.

1 Ex tuis litteris plenus sum exspectatione de Pompeio, quidnam de nobis uelit aut ostendat. comitia enim credo

1 neque **P**, *Malaspina* neque me *Ernestius* deductum **NO¹V** non *add. Otto Mus. Rhen.* XLI (*a.* 1886) *p.* 366, *cfr Muellerus ad h. l.* 2 motum **ΩIC***Rom.* modum **A²c** uidisse **s** 5 ac *post* meae *add.* **A²c** *Rom.*, aut *Wesenb. Em. alt. p.* 96, *sed cfr Lehmannus Quaest. Tull. p.* 25* 7 hunc] habent *Rom.* 9 magis *post* audieris *add. Wesenb. l. l. sine causa, cfr Muellerus ad h. l.* 12 salutem meam **IA²** 14 paululum **M³bdsGH** 16 exitium **M³sGHOVIA²c** exitum **M¹bdmEP***Rom.* exercitum **N** 17 iam **EGHO¹VIA²c** a me **P** *om.* **ΔN***Rom.* 18 perferuntur **Ω***Rom.* perferentur **IA²c**, *uulg.** 21 arbitror **NPI** Vale *post* arbitrabor *add.* **A²c***Rom.* data Non.] VIIII **I** Non. **A²**

esse habita; quibus absolutis scribis illi placuisse agi de nobis. sì tibi stultus esse uideor, qui sperem, facio tuo iussu, et⟨si⟩ scio te me iis epistulis potius et meas spes solitum esse remorari. nunc uelim mihi plane perscribas, quid uideas. scio nos nostris multis peccatis in hanc aerumnam incidisse. ea si qui casus aliqua ex parte correxerit, minus moleste feremus nos uixisse et adhuc uiuere.

2 Ego propter uiae celebritatem et cottidianam exspectationem rerum nouarum non commoui me adhuc Thessalonica. sed iam extrudimur, non a Plancio — nam is quidem retinet — uerum ab ipso loco minime adposito ad tolerandam in tanto luctu calamitatem. in Epirum ideo, ut scripseram, non ueni, quod subito mihi uniuersi nuntii uenerant et litterae, qua re nihil esset necesse quam proxime Italiam esse. hinc, si aliquid a comitiis audierimus, nos in Asiam conuertemus; neque adhuc stabat, quo potissimum, sed scies. data XII Kal. Sext. Thessalonicae.

## XV

## CICERO ATTICO SAL.

1 Accepi Id. Sext. quattuor epistulas a te missas: unam, qua me obiurgas et rogas, ut sim firmior; alteram, qua Crassi libertum ais tibi de mea sollicitudine macieque narrasse; tertiam, qua demonstras acta in senatu; quartam de

EP. XIV. 3 etsi **F** et **ΩIA**$^2$**c***Rom.* me iis **A**$^2$**c** meis **ΩI***Rom.* me tuis (*uel* istis) *coni. Purserus* meas spes **msA**$^2$**c***Rom.* mea spes **MdO**$^2$ mea spe **bΣI** 4 remorari **EHIA**$^2$**c** remorare *rell.* 6 quis **M**$^1$ aliqua *om.* **IA**$^2$**c** correxerit **NP** correxit **GH** correxerint *rell.* 8 celeritatem **GH** 10 Plancio **ΩC***Rom.* Planco **IA**$^2$**c** 12 ideo **ΩC***Rom.* igitur **IA**$^2$**c** 13 ueni **HPZ**$^b$ iui **GNIA**$^2$**c***Rom.* ii **ΔEVO**$^2$ *cfr Lehmannus de Cic:is ad Att. epp. p.* 174* subito **Z**$^b$ subiti **ΩIA**$^2$**c***Rom.* uniuersi] aduersi **A**$^2$**c** 14 necessarie *Rom.* 15 aliquid] quid **bs** *om.* **E** a] de **H** 17 *post* scies *add.* Vale **A**$^2$**c***Rom.* data *om.* **VIA**$^2$**c** Thessalonica *coni. Orellius, cfr p.* 121, 25; 123, 12

EP. XV. 20 a te mihi missas **IA**$^2$**c** 21 et rogas **Σ***Ant.***IA**$^2$**c** *om.* **Δ***Rom.; cfr Comm. Tull. p.* 63 23 et quartam **IA**$^2$**c**

eo, quod a Varrone scribis tibi esse confirmatum de uoluntate Pompei.

2 Ad primam tibi hoc scribo, me ita dolere, ut non modo a mente non deserar sed id ipsum doleam, me tam firma mente ubi utar et quibuscum non habere. nam si tu me uno non sine maerore cares, quid me censes, qui et te et omnibus? et si tu incolumis me requiris, quo modo a me ipsam incolumitatem desiderari putas? nolo commemorare, quibus rebus sim spoliatus, non solum quia non ignoras sed etiam ne scindam ipse dolorem meum; hoc confirmo, neque tantis bonis esse priuatum quemquam neque in tantas miserias incidisse. dies autem non modo non leuat luctum hunc sed etiam auget. nam ceteri dolores mitigantur uetustate, hic non potest non et sensu praesentis miseriae et recordatione praeteritae uitae cottidie augeri. desidero enim non mea solum neque meos sed me ipsum. quid enim sum? sed non faciam, ut aut tuum animum angam querelis aut meis uulneribus saepius manus adferam. nam quod purgas eos, quos ego mihi scripsi inuidisse, et in eis Catonem, ego uero tantum illum puto ab isto scelere afuisse, ut maxime doleam plus apud me simulationem aliorum quam istius fidem ualuisse. ceteros quod purgas, debent mihi probati esse, tibi si sunt.

3 sed haec sero agimus.

Crassi libertum nihil puto sincere locutum. in senatu rem probe scribis actam. sed quid Curio? an illam orationem non legit? quae unde sit prolata nescio. sed Axius

5 infirma **M**$^1$ (in- *eras.*) 7 incolumem **M**$^2$c$^S$(*del.*)**bds** quo modo **PIA**$^2$**c** et quo modo *rell.; u. Comm. Tull. p.* 38 10 rescindam *Graeuius* 13 non *om.* **c** 15 cottidie] continue **I** 19 ego mihi **M**$^1$**m EO**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.* ergo mihi **P** mihi **M***corr.***bdsGHNO**$^1$**V** 20 scripsi **M***corr.*(*in textu*)**M**$^2$*al.*(*suprascr., post del.*)**M**$^4$(*in marg.*)**mEO**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.* scribis **M**$^1$(*ut uid.*), *rell.* 22 aliorum **M**$^3$(*in marg.; del.*)**M**$^4$**ΣC** malorum **ΔIA**$^2$**c***Rom.* ceteros quod **Z**$^l$ ceteros quos **MmΣ** ceteri quos **bdsIA**$^2$**c***Rom.* (*sed* -ris **I**) 23 probati **M**$^3$(*del.*)**bdsΣ**(*praet.* **H**)*codd. Bosi* **IA**$^2$**c** 'purgati **M**$^1$**mH***Rom.; u. Lehm. de Cic:s ad Att. epp. p.* 195, *Comm. Tull. p.* 79 26 an et illam **IA**$^2$**c** 27 Axius **M***corr.***NC** auxius **M**$^1$(*fort.* anx-)**m***Rom.* anxius **M**$^3$(*del.*), *rell.* maximus Auxius **A**$^2$**c** *om.* (*spat. rel.*) **P**

eiusdem diei scribens ad me acta non ita laudat Curionem. ac potest ille aliquid praetermittere; tu, nisi quod erat, profecto non scripsisti. Varronis sermo facit exspectationem Caesaris. atque utinam ipse Varro incumbat in causam! quod profecto cum sua sponte tum te instante faciet.

Ego, si me aliquando uestri et patriae compotem for- 4
tuna fecerit, certe efficiam, ut maxime laetere unus ex omnibus amicis, meaque officia et studia, quae parum antea luxerunt — fatendum est enim — sic exsequar, ut me aeque tibi ac fratri et liberis nostris restitutum putes. si quid in te peccaui ac potius quoniam peccaui, ignosce; in me enim ipsum peccaui uehementius. neque haec eo scribo, quo te non meo casu maximo dolore esse adfectum sciam, sed profecto, ⟨si⟩, quantum me amas et amasti, tantum amare deberes ac debuisses, numquam esses passus me, quo tu abundabas, egere consilio nec esses passus mihi persuaderi utile nobis esse legem de collegiis perferri. sed tu tantum lacrimas praebuisti dolori meo, quod erat amoris, tamquam ipse ego; quod meritis meis perfectum potuit, ut dies et noctes, quid mihi faciendum esset, cogitares, id abs te meo, non tuo scelere praetermissum est. quod si non modo tu sed quisquam fuisset, qui me Pompei minus liberali responso perterritum a turpissimo consilio reuocaret, quod unus tu facere maxime potuisti, ⟨aut occubuissem honeste⟩ aut uictores hodie uiueremus. hic

2 ac **ΩI** At **A**$^2$**c***Rom., uulg.* aliquid *om.* **I** 5 faciet **M***corr.*(e *in ras., ubi* a *fuisse uid.*)**M**$^2$c$^s$(*in marg.*)**bdmsGHIA**$^2$**c***Rom.* faciat **M**$^1$**ENOP** facit **V** 6 ego si . . . putes *u.* 10 *om.* **E** 7 l(a)etere **M***corr.*(*in textu*)**M**$^2$c$^s$ (*in marg.*)**bdmsVIA**$^2$**c***Rom.* latere **M**$^1$**Σ** (*praet.* **V**) 10 et] ac **IA**$^2$**c** 12 eo haec **IA**$^2$ 14 profecto si **M***corr.***mPIA**$^2$**c***Rom.* profecto **M**$^1$**dsΣ** (*praet.* **P**) *om.* **b** 15 amare *del. Maduigius Adu. crit.* III *p.* 170 ut *ante* numquam *add.* **M***corr.* (*del.*) 17 perferri **M**$^3$**bdsGHOPVIC** proferri **M**$^1$**mEN**(*sed* -rre **N**)**A**$^2$**c***Rom.* 18 quod . . . sententia *p.* 129, 4 *om.* **E** 19 tamquam . . . praesto esses *p.* 129, 17 *desunt in* **GH** 20 potuit] esse potuit **IA**$^2$**c** uideri potuit *Rom.* oportuit *coni. Orellius; cfr Hofm.-Sternk. ad l.* cogitares **PIA**$^2$**c** cogitarem **M**(*sed fort.* -are **M**$^1$)**bdmsNOV***Rom.* 21 id **IA**$^2$**c** si **Ω** (*sed* si quid **s**) Sed *Rom.* 24 aut occubuissem honeste **M**$^4$ *om.* **ΩZ**$^1$**IA**$^2$**c***Rom.* 25 aut *om.* **IA**$^2$**e** uinceremus *Rom.*

mihi ignosces; me enim ipsum multo magis accuso, deinde te quasi me alterum, et simul meae culpae socium quaero. ac si restituor, etiam minus uidebimur deliquisse abs teque certe, quoniam nullo nostro, tuo ipsius beneficio diligemur.

5 Quod te cum Culleone scribis de priuilegio locutum, est aliquid, sed multo est melius abrogari. si enim nemo impediet, quid est firmius? sin erit, qui ferri non sinat, idem senatus consulto intercedet. nec quidquam aliud opus est [quam] abrogari; nam prior lex nos nihil laedebat. quam si, ut est promulgata, laudare uoluissemus aut, ut erat neglegenda, neglegere, nocere omnino nobis non potuisset. hic mihi primum meum consilium defuit, sed etiam obfuit. caeci, caeci, inquam, fuimus in uestitu mutando, in populo rogando, quod, nisi nominatim mecum agi coeptum esset, fieri perniciosum fuit. sed pergo praeterita; uerum tamen ob hanc causam, ut, si quid agetur, legem illam, in qua popularia multa sunt, ne tangatis.
6 uerum est stultum me praecipere, quid agatis aut quo modo. utinam modo agatur aliquid! in quo ipso multa occultant tuae litterae, credo, ne uehementius desperatione perturber. quid enim uides agi posse aut quo modo? per senatumne? ast tute scripsisti ad me quoddam caput legis Clodium in curiae poste fixisse NE REFERRI NEVE DICI LI-

1 ignosces Ω*codd. Mal., Rom.* ignoscas **IA$^2$c** 2 quaero **IA$^2$c** qu(a)e **ΔO$^2$V** quare **P** qui *Rom.* *om.* **N** 3 ac *om.* **PIA$^2$c***Rom.* deliquisse uidebimur **IA$^2$c** 6 Curione **IA$^2$c** tecum Culleonem *coni. Tyrr.-Purs.* 8 quid **CZ$^b$** sic **ΩIA$^2$c***Rom., cfr Rothsteinius Woch. f. kl. Phil.* IX (*a.* 1892) *p.* 1164 senatus consulto (*i. e.* S. C.) *Maduigius l. l.* erit **s** firmus **dNOPVI** 9 idem *ed. Heruagiana:* eidem **ΩIA$^2$c***Rom.; cfr p.* 17, 21 10 quam *del. Schuetzius; def. Firnhaberus Phil.* VI (*a.* 1851) *p.* 376 13 meum] non modo **A$^2$c***Rom.; cfr ad Q. fr.* I 1, 44, *Perssonius Erani uol.* XIII (*a.* 1913) *p.* 153 17 agetur *Lambinus:* ageretur **ΩIA$^2$c***Rom.* 19 uerum est . . . agatur *u.* 20 *om.* **N** *post* agatis *uerba* uerum est stultum *iter.* **M$^1$bdmOVI***Rom.* 20 in quo ipso **Z$^b$** in quo ipsa **NOPVF***Ant.* in quo ipse **P** quo ipsa **Δ** (*praet.* s), *plerique codd. Mal., Rom.* in quod ipsa iubeat **IA$^2$c** *om.* **M***corr.***s** 23 ast tute **M**(ast *in ras.*)**mA$^2$c***Rom.* astute **OPV** at tute **bdsI** aut tute **N**; *u. ad p.* 40, 1

CERET. quo modo igitur Domitius se dixit relaturum? quo modo autem iis, quos tu scribis, et de re dicentibus et, ut referretur, postulantibus Clodius tacuit? ac si per populum, poteritne nisi de omnium tribunorum pl. sententia? quid de bonis? quid de domo? poteritne restitui? aut si non poterit, egomet quo modo potero? haec nisi uides expediri, quam in spem me uocas? sin autem spei nihil est, quae est mihi uita? itaque exspecto Thessalonicae acta Kal. Sext., ex quibus statuam, in tuosne agros confugiam, ut neque uideam homines, quos nolim, et te, ut scribis, uideam et propius sim, si quid agatur — idque intellexi cum tibi tum Quinto fratri placere —, an abeam Cyzicum.

Nunc, Pomponi, quoniam nihil impertisti tuae pruden- 7
tiae ad salutem meam, quod aut in me ipso satis esse consilii decreras aut te nihil plus mihi debere, quam ut praesto esses, quoniamque ego proditus, inductus, coniectus in fraudem omnia mea praesidia neglexi, totam Italiam [in me] erectam ad me defendendum destitui et reliqui, me, meos tradidi inimicis inspectante et tacente te, qui, si non plus ingenio ualebas quam ego, certe timebas minus: si potes, erige adflictos et in eo nos iuua; sin omnia sunt obstructa, id ipsum fac ut sciamus et nos aliquando aut

1 quo modo **ΩIC** quid **A**$^{2}$**c***Rom.* 2 iis quos **sA**$^{2}$**c***Rom.* his quos **N** is quo **Δ** (*praet.* s) iis quo **V** iis quod **O** id quod **PI** 3 referetur **NOV** refertur **P** 5 quid de bonis] *accedit* **E** 6 uideris **A**$^{2}$**c***Rom.* 7 quam spem me uocassem (*uel* not-) autem **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{2}$ si **IA**$^{2}$**c** 11 id quod *Klotzius, Streicherus Comm. Ienens.* III *p.* 139 *adn.* 3; *cfr Muell. ad l.* 16 decreueras **IA**$^{2}$**c** plus mihi] etiam plus mihi **OPV** etiam mihi plus **IA**$^{2}$**c** 17 *post* esses *accedunt* **GH** quoniamque **ENI** quoniam que **O**$^{1}$(?)**P** quoniam quem **M**$^{1}$ (quem *corr. in* quom, *post suprascr.* cum) quoniam quom (cum) **M***corr.***bdsGHO**$^{2}$**V** quando quidem **mA**$^{2}$**c***Rom.* 19 in me *secl. Ernestius* iam *coni. Orellius.* mire *Otto Mus. Rhen.* XLI (*a.* 1886) *p.* 366, unanime *Plasbergius Woch. f. kl. Phil.* XVI (*a.* 1899) *p.* 321 me meos **ENOP** me meis **M**$^{1}$**mIA**$^{2}$**c***Rom.* me meosque **M**$^{3}$**bdsGHV** (*de* **M** *ante errarunt edd.*) me meos meis *plerique codd. Bosi* me meos me *v. c. Lamb., unde* me meos mea *Lehmannus Woch. f. kl. Phil.* XIV (*a.* 1897) *p.* 558 *sq. coll. p.* 126, 16; *ep.* VI 3, 4; *cfr p.* 134, 1 21 tu *ante* minus *add.* **VIA**$^{2}$**c**

obiurgare aut communiter consolari desine. ego si tuam fidem accusarem, non me potissimum tuis tectis crederem; meam amentiam accuso, quod a te tantum amari, quantum ego uellem, putaui. quod si fuisset, fidem eandem, curam maiorem adhibuisses, me certe ad exitium praecipitantem retinuisses, istos labores, quos nunc in naufragiis nostris
8 suscipis, non subisses. qua re fac, ut omnia ad me perspecta et explorata perscribas meque, ut facis, uelis esse aliquem, quoniam, qui fui et qui esse potui, iam esse non possum, et ut his litteris non te sed me ipsum a me esse accusatum putes. si qui erunt, quibus putes opus esse meo nomine litteras dari, uelim conscribas curesque dandas. data XIIII Kal. Sept.

## XVI

### CICERO ATTICO SAL.

Totum iter mihi incertum facit exspectatio litterarum uestrarum Kal. Sextil. datarum. nam si spes erit, Epirum, si minus, Cyzicum aut aliud aliquid sequemur. tuae quidem litterae, quo saepius a me leguntur, hoc spem faciunt mihi minorem, quod cum laetae sunt tum id, quod attulerunt ad spem, infirmant, ut facile appareat te et consolationi seruire et ueritati. itaque te rogo, plane ut ad me,

1 communiter *in* **MmEHN** coiter *scriptum* comiter *Lambinus* 3 quod me a **c**, *plerique edd.* 5 exitum **M**$^1$**mHO**$^1$**P***Rom., corr.* **M**$^3$ 7 quare **ΩC***Rom.* itaque **IA**$^2$**c** omnia *om.* **M**$^1$**m***Rom., add.* **M**$^3$ 12 Vale *add.* **A**$^2$**c***Rom.* 13 XIII **HNc** Thessalonicae *in fine add.* **OVIA**$^2$**c**

EP. XVI *deest in* **E** 17 uestrarum **ΩC***Rom.* tuarum **IA**$^2$**c** nam si **M***corr.*s nam aliud aliquid si **ΩIA**$^2$**c***Rom., sed* nihil *pro* aliud **H**, non *pro* nam **A**$^2$**c**; aliud aliquid *linea subducta del.* **M***corr.; cfr Wesenbergius Em. p.* 115 18 sin **A**$^2$**c** aliquid *Wesenb. l. l.:* quid **ΩIA**$^2$**c***Rom.* 20 quod cum **Z**$^1$ quam cum **Ω**(*sed* cum *om.* **H**)**IA**$^2$**c***Rom.* que (*i. e.* quae) cum **M**$^4$ laetae **Z**$^{b1}$ lete **G** lect(a)e **ΔHN***Rom.* lat(a)e **OPVIA**$^2$**c** quae cum leguntur, spem faciunt; cum lectae sunt, tum *coll. Tusc. disp.* I 11, 24 *coni. Bootius* quod cum laetae sint, dum leguntur, cum lectae sunt, tum *Lehmannus Jahresber. d. phil. Ver. a.* 1888 *p.* 257 lectae . . . attulerant *Ernestius*
22 itaque **M**$^4$ idque **ΩIA**$^2$**c***Rom.*

quae sci⟨e⟩s, ut erunt, quae putabis, ita scribas. data XII Kal. Sept.

## XVII

## CICERO ATTICO SAL.

De Quinto fratre nuntii nobis tristes nec uarii uenerant 1
ex ante diem ⟨III⟩ Non. Iun. usque ad pr. Kal. Septembres. eo autem die Liuineius, L. Reguli libertus, ad me a Regulo missus uenit. is omnino mentionem nullam factam esse nuntiauit, sed fuisse tamen sermonem de C. Clodi filio, isque mihi tum a fratre litteras attulit. sed postridie Sesti pueri uenerunt, qui a te litteras attulerunt non tam exploratas a timore, quam sermo Liuinei fuerat. sane sum in meo infinito maerore sollicitus et eo magis, quod Appi quaestio est.

Cetera, quae ad me eisdem litteris scribis de nostra 2
spe, intellego esse languidiora, quam alii ostendunt. ego autem, quoniam non longe ab eo tempore absumus, in quo res diiudicabitur, aut ad te conferam me aut etiam nunc circum haec loca commorabor. scribit ad me frater om- 3
nia sua per te unum sustineri. quid te aut horter, quod facis, aut agam gratias, quod non exspectas? tantum uelim

1 -e- *add. Wesenbergius Em. alt. p.* 96  ut putabis *post* scribas *add.* **Z**$^{b}$, *post* putabis *Klotzius, alii*  Vale *post* scribas *add.* **A**$^{2}$**c***Rom.*
2 Sept. **A**$^{2}$**c**  april. **ΩI***Rom.*  *om. Baiterus, alii*

EP. XVII *deest in* **E**  5 tristes nobis **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{1}$, *ut uid.*
6 III *add. Handius Turs.* I *p.* 383, *cfr Wesenb. Em. p.* 107  non. iun. usque **IA**$^{2}$**c***Rom.*  non. iun(iis) usque **M***corr.*(iuniis **M**$^{3}$ *sed* -is *eras.*)**bdms**  non unius que **M**$^{1}$**G**  nonum usque **M**$^{2}$**NV**  non minus que **H**  nouimus que **P**

7 eo . . . attulit *u.* 10 *om.* **GH**  eo autem die **M***corr.***sC**  ego autem diei *rell.* (*sed* die **N**)  Liuineius *Victorius:* ei ue in eius **P**  eius (*antecedente spatio*) **N**  ei ueniens **Δ**(*praet.* **s**)**O**$^{2}$**VIA**$^{2}$**c***Rom.*  ueniens **M***corr.***s**  Liuinus **C**

L. *Manutius* (*coll. ep.* XIII 60, 1): m (*uel* in) **MbdmOV***Rom.*  M. **s**  in M. **IA**$^{2}$**c**  *om.* **NPC**  libertus *uulg.:* l. **ΩIC**  Leuinus *Rom.*  Liuinus **A**$^{2}$**c**
8 uenit] est **I**  10 tum a **VIA**$^{2}$**c***Rom.*  cum (quom) a **NOP**  cum **M**$^{2}$**bdm**  Quinto **s**  q͡m **M**$^{1}$ (*superscr.* cum **M**$^{2}$, *quod post erasum est una cum arcu et* -m)  q **M***corr.*  13 appispectio **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{2}$  quod Appii quaestio est *etiam* **Z**$^{1}$  20 hortor **M**$^{1}$

fortuna det nobis potestatem, ut incolumes amore nostro perfruamur. tuas litteras semper maxime exspecto; in quibus caue uereri ne aut diligentia tua mihi molesta aut ueritas acerba sit. data pr. Non. Sept.

## XVIII

## CICERO ATTICO SAL.

1 Exspectationem nobis non paruam attuleras, cum scripseras Varronem tibi pro amicitia confirmasse causam nostram Pompeium certe suscepturum et, simul a Caesare ei litterae, quas exspectaret, remissae essent, actorem etiam daturum. utrum id nihil fuit, an aduersatae sunt Caesaris litterae, an est aliquid in spe? etiam illud scripseras, eun-
2 dem secundum comitia dixisse. fac, si uides, quantis in malis iaceam, et si putas esse humanitatis tuae, me fac de tota causa nostra certiorem. nam Quintus frater, homo mirus, qui me tam ualde amat, omnia mittit spei plena, metuens, credo, defectionem animi mei. tuae autem litterae sunt uariae; neque enim me desperare uis nec temere sperare. fac, obsecro te, ut omnia, quae perspici a te possunt, sciamus.

## XIX

## CICERO ATTICO SAL.

1 Quoad eius modi mihi a uobis litterae adferebantur, ut aliquid ex iis esset exspectandum, spe et cupiditate

2 exopto **GHN** 3 caue *om.* **bd** uereri **Z**$^1$ (*'quamquam postrema syllaba non admodum appareat', Lamb.*) uereare *Baitero auctore recc. edd.; cfr tamen Thes. L. L.* III *p.* 635 *om.* **ΩIA**$^2$**c***Rom.* 4 Vale *post* sit *add.* **A**$^2$**c***Rom.*

EP. XVII. 9 certe esse suscepturum **N** simul ac a **M**$^1$**mIA**$^2$**c***Rom.* (ac *eras. in* **M**) ei *om.* **M**$^1$**mN***Rom., add.* **M**$^3$ 10 actorem **Z**$^1$ auctorem **Ω**(*sed* aut- **EP**)**IA**$^2$**c***Rom.* 11 utrum] uerum **I** 13 fac] tu *Schuetzius* nunc (*uel* quare, quod *sim.*) *coni. Muellerus* 14 me fac] me **EH** fac me *coni. Baiterus; cfr ad Att.* XIV 16, 3 19 perspici a te **ΔEGN***codd.Mal.* **I***Rom.* a te perspici **OPV** a te prospici **A**$^2$**c** perspici **H** 20 Vale *add.* **A**$^2$**c***Rom.*

EP. XIX. 23 Quoad *Victorius:* quod **ΩIA**$^2$**c***Rom.* a uobis (*uel* nobis) litterae **Σ** litterae a uobis **ΔIA**$^2$**c***Rom., uulg.*

Thessalonicae retentus sum; postea quam omnis actio
huius anni confecta nobis uidebatur, in Asiam ire nolui,
quod et celebritas mihi odio est et, si fieret aliquid a
nouis magistratibus, abesse longe nolebam. itaque in Epi-
rum ad te statui me conferre, non quo mea interesset loci
natura, qui lucem omnino fugerem, sed et ad salutem
libentissime ex tuo portu proficiscar et, si ea praecisa erit,
nusquam facilius hanc miserrimam uitam uel sustentabo
uel, quod multo est melius, abiecero. ⟨ero⟩ cum paucis;
multitudinem dimittam. me tuae litterae numquam in tan- 2
tam spem adduxerunt, quantam aliorum; ac tamen mea
spes etiam tenuior semper fuit quam tuae litterae. sed
tamen, quoniam coeptum est agi, quoquo modo coeptum
est et quacumque de causa, non deseram neque optimi
atque unici fratris miseras ac luctuosas preces nec Sesti
ceterorumque promissa nec spem aerumnosissimae mulieris
Terentiae nec miserrimae [mulieris] Tulliolae obsecrationem
et fideles litteras tuas. mihi Epirus aut iter ad salutem
dabit aut quod scripsi supra.

Te oro et obsecro, T. Pomponi, si me omnibus am- 3
plissimis, carissimis iucundissimisque rebus perfidia homi-
num spoliatum, si me a meis consiliariis proditum et pro-

1 retentus **ΩC***Rom.* detentus **IA$^2$c** 2 ire nolui] reuolui **M$^1$m***Rom.*, *corr.* **M$^3$** 5 loci natura *def. Brugmannus Indog. Forsch.* VIII (*a.* 1898) *p.* 222 quae esset loci natura *Muellerus Progr. Landsberg.* (*a.* 1865) *p.* 18, *alii alia; cfr Muell. ad h. l.* 6 et ad salutem *Bosius* (*cfr infra u.* 18): et salutem **M$^1$G** ad salutem **EH** ut salutem **V** salutem **P** ut saltem **M$^2$bdmsNO$^2$IA$^2$c***Rom.* 9 ero *add. uulg.*: *om.* **ΩIA$^3$c***Rom.* 11 ac tamen *Wesenb. Em. Alt. p.* 97 (*cfr Thes. L. L.* II *p.* 1010, *Maduigius de fin. p.* 286): attamen **ΔGHVIA$^2$c***Rom.* actum **N** et tamen **E** et tum **P** 13 tamen quoniam] quoniam tamen **m$^1$***Rom.* quoniam **c** coeptum . . . modo *om.* **bdN** agi *Schuetzius*: age **EA$^2$c***Rom.* ago **M$^1$mGHOPVI** agam **s** ego **M$^4$**, *ut uid.* age *uel* ego *codd. Mal.* 15 uni **s** inuiti **P** amici **V** miserias **GNPVI** 17 Terentiae *del. Kayserus, alii; u. Comm. Tull. p.* 160 mulieris *secl. Bentiuolius, uulg.* 20 obsecro et oro **bds** T. **M$^3$bdsEGNPZ$^\lambda$IA$^2$c** Tite **V** *om.* **M$^1$mH***Rom.* mi *coni. Purserus Hermath.* XXVIII (*a.* 1902) *p.* 65; *cfr Axtellus, Class. Phil.* X (*a.* 1915) *p.* 390 omnibus *om.* **IA$^2$c** 22 me a] a me **M$^1$** me **bd** a **N**

iectum uides, si intellegis me coactum, ut ipse me et meos perderem, ut me tua misericordia iuues et Quintum fratrem, qui potest esse saluus, sustentes, Terentiam liberosque meos tueare, me, si putas te istic uisurum, exspectes, si minus, inuisas, si potes, mihique ex agro tuo tantum adsignes, quantum meo corpore occupari potest, et pueros ad me cum litteris quam primum et quam saepissime mittas. data XVI Kal. Oct.

## XX

### CICERO S. D. Q. CAECILIO Q. F. POMPONIANO ATTICO.

1 Quod quidem ita esse et auunculum tuum functum esse officio uehementissime probo, gaudere me tum dicam, si mihi hoc uerbo licebit uti. me miserum! quam omnia essent ex sententia, si nobis animus, si consilium, si fides eorum, quibus credidimus, non defuisset! quae colligere nolo, ne augeam maerorem; sed tibi in mentem uenire certo scio, quae uita esset nostra, quae suauitas, quae dignitas. ad quae recuperanda, per fortunas! incumbe, ut

1 me coactum **M**$^{1}$**mΣIA**$^{2}$**c***Rom.* mecum actum **M**$^{2}$c$^{S}$**bds** ut] si **M**$^{1}$**m**$^{1}$ **GHN***Rom.*, *corr.* **M**$^{3}$ 5 inuisas **ΩIC***Rom.* reuisas **A**$^{2}$**c** mihi **bds** 7 cum litteris *om.* **m***Rom.* 8 Vale *post* mittas *add.* **A**$^{2}$**c***Rom.* data *om.* **IA**$^{2}$

EP. XX *deest in* **E** 10 CICERO ATTICO SALUTEM **ΔOV** (*u. ad p.* 1, 3) *sed* Attico *del.*, dicit *post* salutem *add.* **M**$^{4}$ M . T . CICERO . T . P . ATTICO . S . **A**$^{2}$ M . T . CICERO ATTICO S . **c** M. Tul. Cicero. T. Pomponio. Attico S. p. d. *Rom.* *om.* **GHNPI** *incipit epistula hoc modo* Q. Caecilio Q. fratri **ΔOPI***Rom.* (*sed* Quinto **bI**, fr. **P**; fratri *del.*, filio *superscr.* **M**$^{4}$) Q. Caecilio Q(u). f. **GHC** (*sed* f. *om.* **H**) Cecilio quinto fratri **N** Q. fratri **V** A. Caecilio, Quinto fratri **A**$^{2}$**c** Pomponiano **M**$^{1}$(*sed* an *expunx.* **M***corr.*)**M**$^{4}$**PC** Pomponio **M***corr.***bdmsNV***Rom.* et Pomponio **I** et P. **A**$^{2}$**c** - *de* **O** *n. l.* *uerba* Pomponiano . . . sed *u.* 17 *om.* **GH** *cfr Drumannus Gesch. Roms*$^{2}$ V *p.* 10 13 me tum] mecum **M**$^{2}$**bdsNVI** 14 si] id **I** 15 ex] in *Rom.* 17 in mentem uenire **ΣIA**$^{2}$**c** uenire in mentem **Δ***Rom.*, *uulg.* 18 certo **ΔGNOc***Rom.* certe **HPVIA**$^{2}$ 19 recipienda **M**$^{3}$(*del.*)**GH**

facis, diemque natalem reditus mei cura ut in tuis aedibus amoenissimis agam tecum et cum meis. ego huic spei et exspectationi, quae nobis proponitur, maxime tamen uolui praestolari apud te in Epiro, sed ita ad me scribitur, ut putem esse commodius nos eisdem in locis esse.

De domo et Curionis oratione, ut scribis, ita est. in 2
uniuersa salute, si ea modo nobis restituetur, inerunt omnia; ex quibus nihil malo quam domum. sed tibi nihil mando nominatim, totum me tuo amori fideique commendo.

Quod te in tanta hereditate ab omni occupatione expedisti, ualde mihi gratum est. quod facultates tuas ad meam salutem polliceris, ut omnibus rebus a te praeter ceteros iuuer, id quantum sit praesidium, uideo, intellegoque te multas partes meae salutis et suscipere et posse sustinere neque, ut ita facias, rogandum esse. quod me uetas 3
quidquam suspicari accidisse ad animum tuum, quod secus a me erga te commissum aut praetermissum uideretur, geram tibi morem et liberabor ista cura, tibi tamen eo plus debebo, quo tua in me humanitas fuerit excelsior quam in te mea. uelim, quid uideas, quid intellegas, quid agatur, ad me scribas tuosque omnes ad nostram salutem adhortere.

Rogatio Sesti neque dignitatis satis habet nec cautionis. nam et nominatim ferri oportet et de bonis diligentius scribi. et id animaduertas uelim. data IIII Kal. Oct. Thessalonicae.

2 amoenissimis] amicissimis **P** *om.* **$M^1$m***Rom., add.* **$M^3$** 3 proponitur maxima, tamen *Corradus; u. Comm. Tull. p.* 125, *Muell. ad h. l.* maximae **I** 7 sic amodo **$M^1$**, *corr.* **$M^2$** restituatur **$IA^2$** 9 me totum **$IA^2$c** 14 te *om.* **$M^1$m***Rom., add.* **$M^3$** 17 ad me **$M^1$dNOVI** 19 excellentior **V** 21 tuosque omneis **C** que omnis **$M^1$P** qui omnis (-es) **GH** omnisque **M***corr.***msNV$IA^2$c***Rom.* qui omnis que **$M^3$**(*ut uid.;* qui *post deletum est*)**bd** 23 sat **m***Rom.* 24 ferri **c** ferre **Ω$IA^2$***Rom.* 25 et *del. Wesenb. Em. Alt. p.* 97; *cfr Lehmannus Quaest. Tull. p.* 64; *ad Att.* XIV 9, 3

Vale *post* uelim *add.* **$A^2$c***Rom.* data *om.* **$IA^2$** Kal. *Sternkopfius Woch. f. kl. Phil.* XII (1895) *p.* 1226: Non. **Ω$IA^2$c***Rom.* 26 Thessalonica *Wesenb., alii; u. ad p.* 114, 6; 118, 22

## XXI

## CICERO ATTICO SAL.

Triginta dies erant ipsi, cum has dabam litteras, per quos nullas a uobis acceperam. mihi autem erat in animo iam, ut antea ad te scripsi, ire in Epirum et ibi omnem casum potissimum exspectare. te oro, ut, si quid erit, quod perspicias quamcumque in partem, quam planissime ad me scribas et meo nomine, ut scribis, litteras, quibus putabis opus esse, ut des. data v Kal. Nou.

## XXII

## CICERO ATTICO SAL.

1 Etsi diligenter ad me Quintus frater et Piso, quae essent acta, scripserant, tamen uellem tua te occupatio non impedisset, quo minus, ut consuesti, ad me, quid ageretur et quid intellegeres, perscriberes. me adhuc Plancius liberalitate sua retinet iam aliquotiens conatum ire in Epirum. spes homini est iniecta non eadem, quae mihi, posse nos una decedere; quam rem sibi magno honori sperat fore. sed iam, cum aduentare milites dicentur, faciendum nobis erit, ut ab eo discedamus. quod cum faciemus, ad te sta-
2 tim mittemus, ut scias, ubi simus. Lentulus suo in nos officio, quod et re et promissis et litteris declarat, spem nobis non nullam adfert Pompei uoluntatis; saepe enim tu ad me scripsisti eum totum esse in illius potestate. de

EP. XXI *deest in* **EN** 3 dabam has **IA$^2$c** 6 casum **PA$^2$c** causam **Ω**(*praet.* **P**)**I***Rom.* potissimum **ΩC***Rom.* potissime **IA$^2$c** 7 planissime **M$^1$mOPVC***Rom.* plenissime (-ume) **M$^3$bdsGHIA$^2$c** 9 esse opus **M$^1$**, *corr.* **M$^1$**, *ut uid.* data] Vale **A$^2$c** Vale . datum *Rom.* *om.* **I**

EP. XXII. 19 dicerentur **F** dicuntur **A$^2$***Rom.* 21 sumus **mPV** *Rom.* scimus *uel* scunus **M$^1$** 22 et litteris declarat] dederat **I** declarat, etiam litteris **A$^2$c** 23 affert **M$^3$bdsΣIA$^2$c** asserit **M$^1$m***Rom.; totum locum ita dat* **V**: spem nobis erit non nullam affert 24 de] et de **M$^1$mP***Rom.*, *u. Comm. Tull. p.* 38

Metello scripsit ad me frater quantum speraret profectum esse per te. mi Pomponi, pugna, ut tecum et cum meis 3
mihi liceat uiuere, et scribe ad me omnia. premor luctu, desiderio cum omnium rerum ⟨tum meorum⟩, qui mihi me cariores semper fuerunt. cura ut ualeas.

Ego quod per Thessaliam si irem in Epirum perdiu 4
nihil eram auditurus et quod * et mei studiosos habeo Dyrrhachinos, ad eos perrexi, cum illa superiora Thessalonicae scripsissem. inde cum ad te me conuertam, faciam, ut scias, tuque ad me uelim omnia quam diligentissime, cuicuimodi sunt, scribas. ego iam aut rem aut ne spem quidem exspecto. data VI Kal. Dec. Dyrrhachi.

## XXIII

## CICERO ATTICO SAL.

A. d. V Kal. Dec. tres epistulas a te accepi, unam 1
datam a. d. VIII Kal. Nou., in qua me hortaris, ut forti animo mensem Ianuarium exspectem, eaque, quae ad spem putas pertinere, de Lentuli studio, de Metelli uoluntate, de tota Pompei ratione, perscribis. in altera epistula praeter

1 sperasset *Wesenb. Em. Alt. p.* 97. sperarit *Ernestius, sed cfr Lehmannus Woch. f. kl. Phil.* III (*a.* 1886) *p.* 972 perfectum **PA$^{2}$c***Rom.* 3 luctu desiderio **Ω** (*praeter* **sEP**) luctu cum desiderio **s***Rom.* cum luctu tum desiderio **EPIA$^{2}$c** 4 cum **M$^{1}$mNO$^{2}$** *om. rell.* tum meorum *addendum coni. Baiterus duce Rom. quae* tum eorum *add.; probauit Lehmannus Woch. f. kl. Phil.* XIV (*a.* 1897) *p.* 560 *coll. ad Att.* IV 15, 2 qui **MdmGHO$^{2}$***Rom.* qu(a)e **bsENO$^{1}$PVIA$^{2}$c** mihi me **ΔOPVIA$^{2}$c***Rom.* mihi **M***corr.*(me *linea subducta deletum, post linea erasa*)**EGHN** 5 fuerunt **s** fuerant *rell.* 6 Ego . . . Dyrrhachi *u.* 12 *om.* **EN**; *noua epistula* **ms OPVIA$^{2}$c***Rom.* 7 et mei **MmGHOPV** mei **bdsIA$^{2}$c***Rom., uulg.; excidisse uidetur* et officiosos *uel sim., cfr ep.* XIV 1, 7, *ad Att.* XIII 45, 3 8 superiora illa **m$^{1}$***Rom.* 11 cuicuimodi **IA$^{2}$**(*in marg.*), *Victorius:* cuicuimodo **Mdm** cuimodo **bP** quoquomodo **sGHA$^{2}$c***Rom.* cuiusmodi (quoi-) **OV**; *u. Neue-Wag. Formenl.* II *p.* 513 12 data] Vale **A$^{2}$c** Vale datum *Rom. om.* **I** Dyrrachio *Wesenb.; cfr supra ad p.* 114, 6

EP. XXIII. 15 decembr. **O$^{1}$(?)VA$^{2}$** septembr. **Ω**(*praet.* **V**, *sed* **O$^{2}$** *in ras.*)**Ic***Rom.* 19 in altera . . . uide *p.* 138, 16 *om.* **E**

consuetudinem tuam diem non adscribis, sed satis significas tempus; lege enim ab octo tribunis pl. promulgata scribis te eas litteras eo ipso die dedisse, id est a. d. IIII Kal. Nou., et, quid putes utilitatis eam promulgationem attulisse, perscribis. in quo si iam nostra salus cum hac lege desperata erit, uelim pro tuo in me amore hanc inanem meam diligentiam miserabilem potius quam ineptam putes; sin est aliquid spei, des operam, ut maiore diligentia posthac a
2 nostris magistratibus defendamur. nam ea ueterum tribunorum pl. rogatio tria capita habuit, unum de reditu meo, scriptum incaute; nihil enim restituitur praeter ciuitatem et ordinem, quod mihi pro meo casu satis est, sed quae cauenda fuerint et quo modo, te non fugit. alterum caput est tralaticium de impunitate: SI QVID CONTRA ALIAS LEGES EIVS LEGIS ERGO FACTVM SIT. tertium caput, mi Pomponi, quo consilio et a quo sit inculcatum, uide. scis enim Clodium sanxisse, ut uix aut ut omnino non posset nec per senatum nec per populum infirmari sua lex. sed uides numquam esse obseruatas sanctiones earum legum, quae abrogarentur. nam si id esset, nulla fere abrogari posset; neque enim ulla est, quae non ipsa se saepiat difficultate abrogationis. sed cum lex abrogatur, illud ipsum abroga-
3 tur, quo modo eam abrogari oporteat. hoc cum et re uera ita sit et cum semper ita habitum obseruatumque sit, octo nostri tribuni pl. caput posuerunt hoc: SI QVID IN HAC

3 ipso *om.* **VIA**$^2$ 4 putes **A**$^2$**c** potest **MmΣCI***Rom.* post **bds** 5 perscribis **ΣF***Ant.* scribis **ΔIA**$^2$**c***Rom.* iam **GHNPI** iam haec **MmVO**$^2$ haec iam **bdsA**$^2$**c***Rom.* 6 in me amore **M**$^4$(*ut uid.*)**sHA**$^2$**c***Rom.* in me more **bdmGNO**$^2$**I** immemore **M**$^1$ (a *add. in marg.* **M**$^4$, *ut uid.*) in me m(o)erore **O**$^1$**PV** 9 nouis *Malaspina, Corradus* ueterum **ΩC***Rom.* uetus **IA**$^2$**c** tribunorum . . . contentus *p.* 140, 4 *om.* **GH** 16 scis] *accedit* **E** 17 aut ut **NOP** aut **ΔEV**(aut animo *pro* aut ut omnino **V**)**IA**$^2$**c***Rom.* 22 abrogatur (*post* ipsum) **ΣF***Ant.* rogatur **A**$^2$**c** abrogaretur **ΔI***Rom.* 23 quo . . . contentus *p.* 140, 4 *om.* **E** modo] non *Malaspina* eam **ΩC***Rom.* ea **IA**$^2$**c** quom et **O**$^1$**V** quomodo et **P** quod et **O**$^2$ et quod **N** quod **ΔI***Rom.* cum **A**$^2$**c** re uera ita sit] re et natura ipsa sit **P** 24 et cum (quom) **NOPVIA**$^2$**c** cum **Δ***Rom.; cfr Comm. Tull. p.* 136

ROGATIONE SCRIPTVM EST QVOD PER LEGES PLEBISVE SCITA, hoc est quod per legem Clodiam, PROMVLGARE ABROGARE DEROGARE OBROGARE SINE FRAVDE SVA NON LICEAT NON LICVERIT QVODVE EI QVI PROMVLGAVIT ⟨ABROGAVIT⟩ DEROGAVIT ⟨OBROGAVIT⟩ OB EAM REM POENAE MVLTAEVE SIT E. H. L. N. R.
atque hoc in illis tribunis pl. non laedebat; lege enim col- 4
legii sui non tenebantur. quo maior est suspicio malitiae alicuius, cum id, quod ad ipsos nihil pertinebat, erat autem contra me, scripserunt, ut noui tribuni pl., si essent timidiores, multo magis sibi eo capite utendum putarent. neque id a Clodio praetermissum est; dixit enim in contione a. d. III Non. Nou. hoc capite designatis tribunis pl. praescriptum esse, quid liceret. tamen in lege nulla esse eius modi caput te non fallit; quod si opus esset, omnes in abrogando ⟨uterentur⟩. ut Ninnium aut ceteros fugerit, inuestiges uelim, et quis attulerit, et qua re octo tribuni pl. ad senatum de me referre non dubitarint, ⟨siue * *⟩ siue quod obseruandum illud caput non putabant, eidem in abrogando tam cauti fuerint, ut id metuerent,

1 est] sit **m***Rom.* plebisue scita **s**(*sed* plebis ue)*Rom.* pl. ue. sc. Ω (*praet.* **s**) *cfr Mommsenus C. I. L.* I$^1$ *p.* 263 pl. ue. scita S. C. **IA**$^2$**c** 4 quodue ei *Ant. Augustinus:* quod uel Ω**Ic***Rom.* quodue *Mommsenus l. l.* quod **A**$^2$ abrogauit *et* obrogauit *add. Pithoeus Adu. subsec.* II *p.* 60 5 multaeue *uar. lect. ed. Heruag.:* multae ut Ω**IC***Rom.* mulcta ut **A**$^2$**c** poena ei multaue siet *Mommsenus l. l.* E. H. L. N. R. *Manutius:* EH. INR. **C** eh mr **Mm***Rom.* ehnir **s** eh nir (*uel sim.*) **OPV** C. M. **IA**$^2$**c** *om.* **bdN** 6 atque Ω**IC***Rom.* *om.* **A**$^2$**c** collegae **A**$^2$**c** 8 cum] quod **I** *Wesenb. l. l.* 10 putarent **ΔO**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.* putaret **NO**$^1$**PV** 11 in *om.* **M**$^1$**bdm**, *add.* **M**$^4$ 13 prescriptum **P** perscriptum Ω(*praet.* **P**)**I** proscriptum *Rom.* rescriptum **A**$^2$**c** tamen **M***corr.***sIA**$^2$**c** tam Ω(*praet.* **s**)*Rom.* 14 quo, si *Maduigius ap. Wesenb. Em. p.* 72 15 uterentur **A**$^2$**c** *om.* Ω**I***Rom.* ut *Malaspina:* aut Ω**F***Ant.***I***Rom.* *om.* **A**$^2$**c** Ninnium **F***Ant.*(?) nimium Ω**I** Numium *Rom.* Nummium **A**$^2$**c** aut] ac **A**$^2$**c** 17 dubitarint **MmIA**$^2$**c** dubitarent **bds** dubitarunt **OPV***Rom.* dubitant **N** siue * * siue quod *Orellius:* siue (*uel* sine) quod Ω**IA**$^2$**c***Rom.* scilicet quod *Lallemandus* 18 non Ω**IC** *om.* **A**$^2$**c** 19 eidem **M**$^1$**PZ**$^l$ iidem **V** et eidem (ii-) **M**$^2$**dmsNO**$^2$**I** et idem **b***Rom.* et ideo **A**$^2$**c** in eo rogando **A**$^2$**c** fuerint *Bosius:* fuerunt Ω(*sed* -rant **N**)**IA**$^2$**c***Rom.*

soluti cum essent, quod ne iis quidem, qui lege tenentur, est curandum. id caput sane nolim nouos tribunos pl. ferre. sed perferant modo quidlibet; uno capite, quo reuocabor, modo res conficiatur, ero contentus. iam dudum pudet tam multa scribere; uereor enim, ne re iam desperata legas, ut haec mea diligentia miserabilis tibi, aliis irridenda uideatur. sed si est aliquid in spe, uide legem, quam T. Fadio scripsit [T.] Visellius. ea mihi perplacet; nam Sesti nostri, quam tu tibi probari scribis, mihi non placet.

5 Tertia est epistula pridie Id. Nou. data, in qua exponis prudenter et diligenter, quae sint, quae rem distinere uideantur, de Crasso, de Pompeio, de ceteris. qua re oro te, ut, si qua spes erit posse studiis bonorum, auctoritate, multitudine comparata rem confici, des operam, ut uno impetu perfringatur, in eam rem incumbas ceterosque excites. sin, ut ego perspicio cum tua coniectura tum etiam mea, spei nihil est, oro obtestorque te, ut Quintum fratrem ames, quem ego miserum misere perdidi, neue quid eum patiare grauius consulere de se, quam expediat sororis tuae filio, meum Ciceronem, cui nihil misello relinquo praeter inuidiam et ignominiam nominis mei, tueare, quoad poteris, Terentiam, unam omnium aerumnosissimam, sustentes tuis officiis. ego in Epirum proficiscar, cum primorum dierum nuntios excepero. tu ad me uelim proximis litteris, ut se initia dederint, perscribas. data prid. Kal. Dec.

1 ne quod his **P** 3 quidlibet **IA²c** quid lubet (quidlubet) **M***corr.***s** *Rom.* quid iubet **M¹bdmNOPV** (*sed* -ent **N**) 4 res conficiatur **M***corr.***sA²c** reconficiatur **M¹bdmO²PV***Rom.* reconficiant **N** conficiatur **O¹I** iam] *accedunt* **EGH** 7 sed . . . ceteris *u.* 13 *om.* **E** 8 T. *del. Ascensius* C. *coni. Man.* 12 rem operamue **IA²c** distinere **ΔOVIA²c** destinere **GP** detinere **HN** destruere *Rom.* 13 et ceteris **A²c** 14 erit spes **IA²c** 16 perfringantur **bVIA²c** et ceteros tu excites **IA²c** 18 spes **M¹mG** *Rom.* spe **V** 19 quid eum **mEIA²c***Rom.* quidem *rell.* (*sed* quidem cum **P**) 21 cui] quo **M¹N**, *corr.***M²c**^s 22 tueare *Manutius*: tuere **ΩIA²c***Rom.* 24 ego *eqs. om.* **E** 25 tu ad **ΔIA²c***Rom.* tua ad **Σ** 26 data] Vale **A²c** Vale datum *Rom.* *om.* **I**

## XXIV

### CICERO ATTICO SAL.

1 Antea, cum ad me scripsissetis uestro consensu consulum prouincias ornatas esse, etsi uerebar, quorsum id casurum esset, tamen sperabam uos aliquid aliquando uidisse prudentius; postea quam mihi et dictum est et scriptum uehementer consilium uestrum reprehendi, sum grauiter commotus, quod illa ipsa spes exigua, quae erat, uidetur esse sublata. nam si tribuni pl. nobis suscensent, quae potest spes esse? ac uidentur iure suscensere, cum et expertes consilii fuerint ei, qui causam nostram susceperant, et nostra concessione omnem uim sui iuris amiserint, praesertim cum ita dicant, se nostra causa uoluisse suam potestatem esse de consulibus ornandis, non ut eos impedirent sed ut ad nostram causam adiungerent; nunc, si consules a nobis alieniores esse uelint, posse id libere facere; sin uelint nostra causa, nihil posse se inuitis. nam quod scribis, ni ita uobis placuisset, illos hoc idem per populum adsecuturos fuisse, inuitis tribunis pl. fieri nullo modo potuit. ita uereor, ne et studia tribunorum amiserimus et, si studia maneant, uinclum illud adiungendorum consulum amissum sit.

2 Accedit aliud non paruum incommodum, quod grauis illa opinio, ut quidem ad nos perferebatur, senatum nihil decernere, antequam de nobis actum esset, amissa est,

EP. XXIV *om.* **E** 3 cum (quom) **M**$^{3}$**Σ** quam **ΔO**$^{2}$**IA**$^{2}$**c***Rom.* 5 aliquando aliquid fecisse seu uidisse **N** 6 *prius* et *om.* **IA**$^{2}$**c** 7 sum grauiter **ΔGN***Rom.* grauiter sum **HOPVIA**$^{2}$**c** 9 uideretur *Lambinus, uulg.* nam . . . miserimus *p.* 142, 11 *desunt in* **GH** 11 et *om.* **bds** consilii nostri fuerint **O**$^{1}$**V** ei *Orellius:* et **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.* 12 uestra **P**, *Corradus, sed cfr Lehmannus Jahresber. d. ph. Vereins a.* 1888 *p.* 257 13 cum ita **M***corr.*(?)**mNPA**$^{2}$**c***Rom.* ea ita **M**$^{1}$**O**$^{1}$**V** cum ea ita **M***corr.*(?)**dI** cum ea **bs** uestra **P**, *item infra u.* 17 16 uelint alieniores esse **bds** 17 si **O**(?)**PVI** uelint *Ernestius:* uellent **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.* se **ΔNO**$^{2}$*Rom.* eis **O**$^{1}$**PVIA**$^{2}$**c** nam quod . . . inuitis *u.* 19 *om.* **P** 18 ni **M**$^{2}$**c**$^{S}$**bdms** **IA**$^{2}$**c***Rom.* ne **M**$^{1}$**NV** nobis **msA**$^{2}$**c***Rom.* 21 uinculum **bdsA**$^{2}$**c***Rom.*

praesertim in ea causa, quae non modo necessaria non fuit sed etiam inusitata ac noua — neque enim umquam arbitror ornatas esse prouincias designatorum —, ut, cum in hoc illa constantia, quae erat mea causa suscepta, imminuta sit, nihil iam possit non decerni. iam iis, ad quos relatum est, amicis placuisse non mirum est; erat enim difficile reperire, qui contra tanta commoda duorum consulum palam sententiam diceret. fuit omnino difficile non obsequi uel amicissimo homini Lentulo, uel Metello, qui simultatem humanissime deponeret; sed uereor, ne hos tamen tenere potuerimus, tribunos pl. miserimus. haec res quem ad modum ceciderit et tota res quo loco sit, uelim ad me scribas et ita, ut instituisti. nam ista ueritas, etiam si iucunda non est, mihi tamen grata est. dat. IIII Id. Dec.

## XXV

## CICERO ATTICO SAL.

Post tuum a me discessum litterae mihi Roma adlatae sunt, ex quibus prospicio nobis in hac calamitate tabescendum esse. neque enim — sed bonam in partem accipies —, si ulla spes saluti⟨s⟩ nostrae subesset, tu pro tuo amore in me hoc tempore discessisses. sed ne ingrati aut ne omnia uelle nobiscum una interire uideamur, haec omitto: illud abs te peto des operam, id quod mihi adfirmasti, ut te ante Kal. Ian., ubicumque erimus, sistas.

4 qua *Orellius; cfr Muell. ad h. l.* in ea **NV** 5 iam iis (his) **NO**$^1$**PVIA**$^2$**c** iis **ΔO**$^2$*Rom.* 6 est (*post* mirum)] si **Ω** (*praet.* **ms**) sit **msA**$^2$**c** *Rom.* *om.* **I**; *u. ad p.* 2, 2 8 et fuit **PVIA**$^2$**c** 11 tamen] cum **IA**$^2$**c** amiserimus **PA**$^2$**c***Rom., uulg.; u. Comm. Tull. p.* 145 *sq.* haec] *accedunt* **GH** 14 Vale *post* est *add.* **A**$^2$**c***Rom.*

EP. XXV *deest in* **E** 18 a me **ΩIA**$^2$c*Rom.* (*sed in* **M** *erasa, post superscripta, denique linea deleta*), *cfr Sternkopfius Philol.* LXVI (*a.* 1907) *p.* 315 *sqq.* 19 prospicio **ΔGPVIA**$^2$**c***Rom.* perspicio **H**, *Victorius, uulg.* *om.* **N** 20 enim tabesco sed **s**; *u. Comm. Tull. p.* 155 accipies **M**$^2$**msNO**$^2$**IA**$^2$c*Rom.* acciperes **M**$^1$**bdGHO**$^1$**V** accipe **P** 21 salutis *Victorius:* saluti **ΩIA**$^2$c*Rom.* 23 ne *om.* **M**$^1$**N**, *add.* **M**$^1$ haec **Σ** hoc **ΔIA**$^2$c*Rom., uulg.; cfr Lehmannus Quaest. Tull. p.* 76 24 id] illum **I** illud **A**$^2$ 25 Vale **A**$^2$**c***Rom.*

## XXVI

### CICERO ATTICO SAL.

Litterae mihi a Quinto fratre cum senatus consulto, quod de me est factum, adlatae sunt. mihi in animo est legum lationem exspectare, et, si obtrectabitur, utar auctoritate senatus et potius uita quam patria carebo. tu, quaeso, festina ad nos uenire.

## XXVII

### CICERO ATTICO SAL.

Ex tuis litteris et ex re ipsa nos funditus perisse uideo. te oro, ut, quibus in rebus tui mei indigebunt, nostris miseriis ne desis. ego te, ut scribis, cito uidebo.

EP. XXVI *deest in* **E** 5 et *om.* **IA$^2$c** obtrectabere *Rom.* 7 *post* uenire *add.* VI Cal. ianuar. **VIA$^2$c** (*sed* Vale. VI Cal. **A$^2$c**, cal. VI **I**), Data VI Kal. Ianuar. Cura ut ualeas **OP**

EP. XXVII *deest in* **E**, *in* Δ*Rom. superiori ep. continuatur; in* **M** *totum epistolium lineis deletum est* 10 et *om* Σ (*praet.* **V**) 11 tui mei **sP** me tuis **H** mei tuis **A$^2$c** tui meis Δ(*praet.* **s**)**GNVI***Rom.* indigebunt **m$^1$sA$^2$c** indulgebunt **m$^2$G***Rom.* indulgebant **MbdHNOPV** indulgeant **I** 12 uale *in fine add.* **H***Rom.*, plura non scribo. cura ut ualeas **OPV***Ant.***IA$^2$c** *om.* **ΔGNZ$^1$**

## LIBER QVARTVS

### I

### CICERO ATTICO SAL.

1 Cum primum Romam ueni fuit⟨que⟩, cui recte ad te litteras darem, nihil prius faciendum mihi putaui, quam ut tibi absenti de reditu nostro gratularer. cognoram enim, ut uere scribam, te in consiliis mihi dandis nec fortiorem

MARCI TVLLII CICERONIS EPL'ARVM AD ATICVM LIBER . III . EXPLICIT INCIPIT LIB' . IIII . **M** M . TVLLII . CICERONIS . EPISTOLARVM . AD . ATTICVM . LIBER . III . EXPLICIT . INCIPIT . LIBER . QVARTVS **m** M . TVLLII . CICERONIS . EPISTOLARVM . AD ATTICVM . LIBER . TERTIVS . FINIT . QVARTVS INCIPIT **b** M . T . C . EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER QVARTVS INCIPIT LEGE FELICITER **d** EXPLICIT LIBER . III . AD ATTICVM . M . T . CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER QVARTVS INCIPIT FELICITER **s** Explicit lib.' iiij.' Incipit lib.' iiij.' **E** liber tertius exsplicit. Incipit quartus ad athicum **N** MARCI . TVLLII . CICERONIS . EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER TERTIVS EXPLICIT INCIPIT QVARTVS **OV** M . T . C . AD AT . ePISTOLARVM LIBer TerTIVS eXPLICIT INCIPIT QVARTVS **P** MARCI TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD T . POMPONIVM ATTICVM LIBER QVARTVS **A**$^{2}$**c** (*sed* M. T. **A**$^{2}$) M. Tul. Ciceronis Epistolarum ad T. Pomponium Atticum Li. IIII *Rom.* *inscr. om.* **GHI**

EP. I. 4 fuitque cui **sIA**$^{2}$**c***Rom.* fuit cui **M***corr.***bdΣ** (*praet.* **V**) fuit qui **M**$^{1}$**mV** 5 prius faciendum mihi **MΣ** (*praet.* **N**) mihi prius faciendum **bdmsN** prius mihi faciendum **IA**$^{2}$**c** faciendum prius mihi *Rom.* 6 cognoram . . . contulisse *p.* 145, 7 *om.* **E** cognoui **PVIA**$^{2}$ enim *om.* **bd** 7 ut uere scribam **M**$^{3}$**bdsGHNO**$^{2}$**PIA**$^{2}$**c** ut rescribam **O**$^{1}$**V** te uere. Scribam **M**$^{1}$**m***Rom.* ut bene scribam **Z**$^{l}$ dandis fortiorem: prudentiorem **I** dandis fortiorem prudentioremque **A**$^{2}$**c**

nec prudentiorem quam me ipsum nec etiam propter meam in te obseruantiam nimium in custodia salutis meae diligentem eundemque te, qui primis temporibus erroris nostri aut potius furoris particeps et falsi timoris socius fuisses, acerbissime discidium nostrum tulisse plurimumque operae, studii, diligentiae, laboris ad conficiendum reditum meum contulisse. itaque hoc tibi uere adfirmo, in maxima 2
laetitia et exoptatissima gratulatione unum ad cumulandum gaudium conspectum aut potius complexum mihi tuum defuisse. quem semel nactus numquam dimisero; ac nisi etiam praetermissos fructus tuae suauitatis praeteriti temporis omnes exegero, profecto hac restitutione fortunae me ipse non satis dignum iudicabo.

Nos adhuc, in nostro statu quod difficillime recupe- 3
rari posse arbitrati sumus, splendorem nostrum illum forensem et in senatu auctoritatem et apud uiros bonos gratiam magis, quam optamus, consecuti sumus; in re autem familiari, quae quem ad modum fracta, dissipata, direpta sit non ignoras, ualde laboramus tuarumque non tam facul-

1 nec (*ante* etiam)] ac (*ut uid.*) **M**$^4$ et **s** *om.* **IA**$^2$**c** propter meam in te obseruantiam *in* **ΩZ**$^1$**I***Rom. tradita* (propter ita meam in te obseruantiam *in* **Z** *fuisse Bosius testatur*) *sed uarie temptata def. Sternkopfius Ann. Burs. a.* 1908 *p.* 76 *sq.* propter tuam in me obseruantiam **A**$^2$**c** 4 potius *H. Stephanus:* totius **ΩIA**$^2$**c***Rom.* timoris *codd. Pii:* moris *optimus cod. Lamb.*[1] *i. e.* **Z**$^1$, *ut uid.* rumoris **ΩIA**$^2$**c***Rom.* 5 dissidium **M**$^1$**mHIA**$^2$**c** *Rom., corr.* **M**$^3$ 7 tibi uere] uere tibi **N** tibi **H** 8 ad cumulandum] accumullandum **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$c$^S$ 9 amplexum **m***Rom.* 10 quem semel . . . iudicabo *u.* 13 *om.* **E**, quem semel . . . aestimabunt *p.* 148, 18 *desunt in* **GH** numquam **M**$^2$c$^S$(*sed nota post deleta*)**bdmsNOVIA**$^2$**c***Rom.* tum quam **M**$^1$ cum fuero nunquam **P** si umquam *Meutznero auctore Ann. phil.* LXXXIX (*a.* 1864) *p.* 170 *plerique edd. recc. sine causa, cfr p.* 133, 9*
11 fructus **M**$^2$c$^S$(*superscr.*)**M**$^4$(r *in ras.*)**msO**$^2$**PVIA**$^2$**c***Rom.* fluctus **M**$^1$**bdNO**$^1$ tuae **M***corr.***sA**$^2$**c** tuos tuae **Ω**(*praet.* **s**)**I***Rom.* 14 Nos] *accedit* **E** difficillime **ENPVIA**$^2$**c** difficille me **O** difficile me **Δ***Rom.*
15 splendorem . . . sumus *u.* 17 *om.* **V** forensem **sIA**$^2$**c***Rom.* forensium **Ω** (*praet.* **s**) 16 bonos uiros **c** 17 optamus **Ω**(*praet.* **P**)**IA**$^2$**c** *Rom.* optauimus **P** optaramus *Manutius, sed cfr adnot. Suepflei-Boeckeli ad h. l.*

tatum, quas ego nostras esse iudico, quam consiliorum ad colligendas et constituendas reliquias nostras indigemus.

4 Nunc, etsi omnia aut scripta esse a tuis arbitror aut etiam nuntiis ac rumore perlata, tamen ea scribam breui, quae te puto potissimum ex meis litteris uelle cognoscere.

Pr. Non. Sext. Dyrrhachio sum profectus, ipso illo die, quo lex est lata de nobis. Brundisium ueni Non. Sextilibus. ibi mihi Tulliola mea fuit praesto natali suo ipso die, qui casu idem natalis erat et Brundisinae coloniae et tuae uicinae Salutis; quae res animaduersa a multitudine summa Brundisinorum gratulatione celebrata est. ante diem VI Id. Sext. cognoui, cum Brundisi essem, litteris Quinti fratris mirifico studio omnium aetatum atque ordinum, incredibili concursu Italiae legem comitiis centuriatis esse perlatam. inde a Brundisinis honestissime ornatus iter ita feci, ut undique ad me cum gratulatione legati conuene-
5 rint. ad urbem ita ueni, ut nemo ullius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obuiam non uenerit, praeter eos inimicos, quibus id ipsum, se inimicos esse, non liceret aut dissimulare aut negare. cum uenissem ad portam Capenam, gradus templorum ab infima plebe

2 reliquas **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ 4 ac] et **b** aut **I***Rom.* scribam **ENO**$^1$ inscribam **ΔO**$^2$**PVIA**$^2$**c***Rom.; cfr* inspectatorem **V** *p.* 31, 18; *Sommerus, Lat. Laut- u. Formenl.*$^2$ *p.* 293 5 intelligere cognoscere **m** 6 illo ipso **m**$^1$**F***Rom.* 7 lata lex est **F** 9 et tuae . . . ut *u.* 17 *om.* **E** 10 a **NOPVIA**$^2$**c** *om.* **Δ***Rom.* *post* summa *add.* laetitia **A**$^2$**c** 11 gratulatione celebrata est **C** *om.* **ΩIA**$^2$**c***Rom.* ante **ΩC***Rom.* et ego ante **IA**$^2$**c** diem **msO**$^1$**VIA**$^2$**c***Rom.* dies **MbdNO**$^2$**P** VI **ms***Rom.* sext. **O**$^1$**V** sex **MdO**$^2$ est **P** sextil. **b** *om.* **N** sextum (*sed ante* diem) **IA**$^2$**c** III *O. E. Schmidtius 'Briefwechsel' p.* 202 12 cum Brundisi essem **NOPVZ**$^{bl}$**IA**$^2$**c** *om.* **Δ***Rom.* fratris *om. Baiterus, Muellerus, alii, perperam* 14 consensu **V** legem *ex* leges *corr.* **M**$^1$ 15 honestissime **A**$^2$**c** honestissimis **ΩI** *Rom.* honestissimis decretis *Orellius; cfr ep.* III 5, 4* 16 fecimus **M**$^1$**m** *Rom.* 17 nemo] *accedit* **E** ullius **M***corr.***msA**$^2$**c***Rom.* illius **M**$^1$**bdENOPVI** 19 se inimicos esse *del. Corradus, sed cfr Comm. Tull. p.* 161, *supra p.* 98, 12, *ep.* I 7, 1 21 infimo *Lehmannus Herm.* XV (*a.* 1880) *p.* 348, *fort. recte, sed cfr ad Att.* XIV 16, 2; 17 A, 7; *or. pro Mil.* 35, 95; *de* ab *cfr ad Att.* XIII 52, 1, *Tusc. disp.* V 38, 112

completi erant. a qua plausu maximo cum esset mihi gratulatio significata, similis et frequentia ⟨et⟩ plausus me usque ad Capitolium celebrauit, in foroque et in ipso Capitolio miranda multitudo fuit.

Postridie in senatu, qui fuit dies Non. Sept., senatui gratias egimus. 6 eo biduo cum esset annonae summa caritas et homines ad theatrum primo, deinde ad senatum concurrissent, impulsu Clodi mea opera frumenti inopiam esse clamarent, cum per eos dies senatus de annona haberetur et ad eius procurationem sermone non solum plebis uerum etiam bonorum Pompeius uocaretur idque ipse cuperet multitudoque a me nominatim, ut id decernerem, postularet, feci et accurate sententiam dixi. cum abessent consulares, quod tuto se negarent posse sententiam dicere, praeter Messallam et Afranium, factum est senatus consultum in meam sententiam, ut cum Pompeio ageretur, ut eam rem susciperet, lexque ferretur. quo senatus consulto recitato continuo, ⟨cum populus⟩ more hoc insulso et nouo plausum meo nomine recitando dedisset, habui contionem.

1 completi erant **M***corr.***sEO**$^1$**PVA**$^2$**c***Rom.* competierant **M**$^1$**bdmO**$^2$ capecierant **N** complecti erant **I** 2 similis et **ΔNOVIA**$^2$**c***Rom.* simili **EP** et **M**$^4$**sIA**$^2$**c** *om.* **Ω**(*praet.* **s**)*Rom.* 3 foro **IA**$^2$**c** et in *om.* **M**$^1$, *add.* **M**$^2$ 5 noñ. sept. (septembr.) **bdsV** noñ. septembrium **EN** nonarum septembres **MO** nonarum septembr. **m** nonas septembr. **P** No. Septemb. **IA**$^2$**c** (non. **I**) noñ. septembris *Rom.; cfr ep.* III 11, 1, XVI 3, 1; *Caes. b. G.* I 6, 4 6 eo . . . dederunt *p.* 148, 2 *om.* **E** 12 ut id] uidi **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ 13 feci et **M**$^2$c$^S$**bdmsO**$^2$**PIA**$^2$**c***Rom.* faciet **M**$^1$**NO**$^1$**V** *ante* cum *distinxit Bootius, post* Afranium *u.* 15 *plerique codd.* 15 Afranium **M**$^4$, *ut uid.* aeranium **M**$^1$**mOP** (*sed* acra- **P**) eranium **V***Rom.* eraneum **N** erranns *ut uid.* (*inter* nn *suprascripta* i) **M**$^2$*al.* (*post del.*) herennium **bds** Cerannium **IA**$^2$**c** 15 factum **bsIA**$^2$**c***Rom.* factus **MdmNOPV** 18 continuo **ΩIC***Rom.* *om.* **M**$^4$(?)**A**$^2$**c** cum populus **A**$^2$**c** cum **M**$^4$ *Baiterus om.* **ΩIC***Rom.* populus *ante* plausum *addendum coni. Bootius* hoc insulso **ΔO**$^2$**IC***Rom.* hec in sulto **N** hoc in consulto **P** hoc in consilio **O**$^1$(?)**V** hoc insueto **A**$^2$**c** 19 plausum meo **M***corr.***O** plausum eo **N** plausu meo **ΔPVIA**$^2$*Rom.* plausumeo **c** nomine in recitando **IA**$^2$**c**; *cfr Perssonius de origine gerundii p.* 101, *Naegelsbachius Stil.*$^9$ *p.* 410 dedisset **ΩIA**$^2$**c***Rom.* dedissent *Baiterus*

omnes magistratus praesentes praeter unum praetorem et duos tribunos pl. dederunt.

7 Postridie senatus frequens et omnes consulares. nihil Pompeio postulanti negarunt. ille legatos quindecim cum postularet, me principem nominauit et ad omnia me alterum se fore dixit. legem consules conscripserunt, qua Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariae toto orbe terrarum daretur; alteram Messius, qui omnis pecuniae dat potestatem et adiungit classem et exercitum et maius imperium in prouinciis, quam sit eorum, qui eas obtineant. illa nostra lex consularis nunc modesta uidetur, haec Messi non ferenda. Pompeius illam uelle se dicit, familiares hanc. consulares duce Fauonio fremunt; nos tacemus et eo magis, quod de domo nostra nihil adhuc pontifices responderunt. qui si sustulerint religionem, aream praeclaram habebimus, superficiem consules ex senatus consulto aestimabunt; sin aliter, demolientur, suo nomine locabunt, rem totam aestimabunt.

8 Ita sunt res nostrae,
ut in secundis, fluxae, ut in aduersis, bonae.

2 dederunt Ω(*praet.* **s**)**I***Rom.* decreuerunt **M**$^4$**s** nomen dederunt **A**$^2$**c** 3 *accedit* **E** *interp. Fr. Schmidtius Progr. Wurzeb. a.* 1892 *p.* 16; *cfr ad Q. fr.* II 1, 1 5 nominauit **M***corr.***sNO**$^1$**PVIA**$^2$**c***Rom.* nominauerit **M**$^1$**bdm** ad **EOPVIA**$^2$**c** *om.* **ΔN***Rom.*, *Baehrensius Glotta* V (*a.* 1914) *p.* 85 8 Messius qui **M**$^2$*al.'*(*del.*)**bd**$^1$**ENOPVC** messu . is qui **M**$^1$, *ut uid.* messa . is qui **M***corr.***d**$^2$**m** Messala qui **M**$^4$**s** Messala isque **A**$^2$**c***Rom.* Messalam qui **I** 9 dat potestatem pecuniae **I** dat pecuniae potestatem **A**$^2$**c** adiungit **c** adiunxit Ω**IA**$^2$*Rom.* 12 Messi(i) **NPVC** Messa **M**$^1$**bdm** (*sed* -a *fort. ex* -e **M**) Messal(a)e **M**$^4$**sIA**$^2$**c***Rom.* se uelle **IA**$^2$**c** 15 responderunt **FA**$^2$**c** responderant Ω**I***Rom.* 16 aream **M**$^4$**bdmsIA**$^2$**c** *Rom.* arram **mO**$^2$ eram **M**$^2$*al.'***NO**$^1$**PV** eream **M**$^2$c$^S$ aera ī **M**$^1$; *ima pag. uerba* qui si sustulerint religionem aream (*sic*) praeclaram habebimus (*sic*) superficiem consules ex s. c. aestimabunt. Sin al'r etc *repetiuit* **M**$^2$ habebimus **M**$^2$**bdmsIA**$^2$**c***Rom.* habemus **M**$^1$**NOPV**; *cfr p.* 157, 17; *ad Att.* V 12, 2 17 ex **M**$^2$**bdmsO**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.* sex **M**$^1$(*ut uid.*)**O**$^1$**PV** es **N** sin . . . aestimabunt *om.* **V** *ante* demolientur *lacunam statuit Bootius; cfr Tyrr.-Purs. ad l.* 18 et *ante* suo *add.* **IA**$^2$**c** 19 ita] *accedunt* **GH** 20 *Trag. Rom. fragm.*$^3$ *p.* 318 *Ribb.*

in re familiari ualde sumus, ut scis, perturbati. praeterea sunt quaedam domestica, quae litteris non committo. Quintum fratrem insigni pietate, uirtute, fide praeditum sic amo, ut debeo. te exspecto et oro, ut matures uenire eoque animo uenias, ut me tuo consilio egere non sinas. alterius uitae quoddam initium ordimur. iam quidam, qui nos absentes defenderunt, incipiunt praesentibus occulte irasci, aperte inuidere. uehementer te requirimus.

## II

## *CICERO ATTICO SAL.*

Si forte rarius tibi a me quam a ceteris litterae red- 1
duntur, peto a te, ut id non modo neglegentiae meae sed ne occupationi quidem tribuas; quae etsi summa est, tamen nulla esse potest tanta, ut interrumpat iter amoris nostri et officii mei. nam ut ueni Romam, iterum nunc sum certior factus esse, cui darem litteras; itaque has alteras dedi.

Prioribus tibi declaraui, aduentus noster qualis fuisset, et quis esset status, atque omnes res nostrae quem ad modum essent,

ut in secundis, fluxae, ut in aduersis, bonae.

Post illas datas litteras secuta est summa contentio 2
de domo. diximus apud pontifices pr. Kal. Octobres. acta res est accurate a nobis, et si umquam in dicendo fuimus aliquid, aut etiam si ⟨n⟩umquam alias fuimus, tum profecto

5 egere *om.* **I**  6 iam] nam **M**$^3$(*del.*)**GHIA**$^2$**c**  8 te requirimus **M**$^1$**msEO**$^1$**PVIA**$^2$**c***Rom.*  terere **G**  terrere **H**  terrere si te requirimus **M**$^2$(*del.*) **bdNO**$^2$(*sed* terrei **N**)  Vale *add.* **PIA**$^2$**c***Rom.*

EP. II *deest in* **E**; *in cett. codd. superiori adnectitur; adscr. in marg.* Hic est caput alterius epl'e Si forte **M**$^4$  *nouam ep. incipiunt* **IA**$^2$**c***Rom.*  12 non modo] non modo non **A**$^2$**c**  negligentia mea **M**$^1$**m**, *corr.* **M**$^3$  13 summa] nimia *Rom.*  16 esse *om.* **A**$^2$**c***Rom.*  itaque has alteras **ΔNOPc**  itaque has literas **V**  itaque has litteras alteras **IA**$^2$  itaque et has litteras *Rom.*  *om.* **GH**  18 declaraui **ΔG**$^2$**NO**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.*  declara **G**$^1$  declarat **H**  declarabitur **O**$^1$**PV**  21 *cfr p.* 148, 20  25 si etiam *Rom.* numquam **I**  umquam **ΩA**$^2$**c***Rom.*  alias *om.* **G**

÷ dolor et magnitudo uim quandam nobis dicendi dedit. itaque oratio iuuentuti nostrae deberi non potest; quam
3 tibi, etiam si non desideras, tamen mittam cito. cum pontifices decressent ita, SI NEQVE POPVLI IVSSV NEQVE PLEBIS SCITV IS QVI SE DEDICASSE DICERET NOMINATIM EI REI PRAEFECTVS ESSET NEQVE POPVLI IVSSV AVT PLEBIS SCITV ID FACERE IVSSVS ESSET VIDERI POSSE SINE RELIGIONE EAM PARTEM AREAE MIHI RESTITVI, mihi facta statim est gratulatio — nemo enim dubita⟨ba⟩t, quin domus nobis esset adiudicata —, cum subito ille in contionem escendit, quam Appius ei dedit. nuntia[n]t iam populo pontifices secundum se de-

1 dolor et magnitudo **ΔGHNO**$^2$*Rom.* doloris et magnitudo **O**$^1$**P** (*sed* etiam **P**) doloris magnitudo **VIA**$^2$**c**, *non nulli edd.* dolor et magnitudo ⟨odii⟩ *Lehmannus Quaest. Tull. p.* 21 *coll. or. pro Deiot.* 11, 30 dolor et ⟨rei⟩ m. *Gulielmius* (*cfr supra p.* 104, 8) *itemque Muellerus Mus. Rh.* LIII (*a.* 1898) *p.* 124 *sed* reique 2 itaque . . . inquam *p.* 152, 20 *om.* **GH** iuuentuti *Victorius:* iubent uti **M**$^1$**Z**$^1$ (*de* **M** *ante errarunt*) iubent ut in **M***corr.* iubet ut in **bdsNO** (*sed* iute **b**, ui **s**) iubent ut **m**; *totum locum sic transformarunt rell.:* oratio nostros praesertim latere non potest **V** orationibus et in (*sequ. spat. quattuor litt.*) debere non potest **P** oratio iubet ut in nostrae fortunae casu quod debere non potest **IA**$^2$**c**, *sed* habet *pro* iubet **A**$^2$**c** oratio uberrima ut nostre debere non potest *Rom.* deberi *Victorius:* debere **Ω**(*de* **V** *u. supra*)**IA**$^2$**c***Rom.* 4 decressent **M***corr.***sO**$^2$**I***Rom.* decrescent **Ω** (*praet.* **s**) decreuissent **A**$^2$**c** populi iussu **IA**$^2$**c** populi uis **O**$^1$**V** (uis *in* ius *corr.* **O**$^2$) populuus **Mms** populus **bdNP***Rom.* plebis scitu is qui **CZ**$^b$ plebiscituis qui *codd. Mal.* plebiscitius qui **ΔO***Rom.* plebisicius qui **N** plebiscitis qui **P**(*sed* -be-)**IA**$^2$**c** plebiscitum qui **V** 5 ei **IA**$^2$**c** et **Ω** et ei *Rom.* 6 populi iussu aut **O**$^1$(?)**VIA**$^2$**c** populi ius sua ut **O**$^2$ populuus sua ut **M**$^1$**m** (*sed* sua ut *induxit, aliquid superscripsit, quod post deletum est,* **M***corr.*) populus sua ut **bdN** pouis tua ut **P** populus aut **s** populi suasu aut *Rom.* plebis scitu **VZ**$^b$ plebiscitu (*uel* -tii) **M**$^1$**bdmO***Rom.* (*sed* -bes- **O**$^1$, *ut uid.*) plebesicii **N** plebescita **P** plebiscitius **M***corr.***s** plebiscitis **IA**$^2$**c** 7 eam **M***corr.***s** iam **Ω**(*praet.* **s**)**IA**$^2$**c***Rom.* areae mihi **IA**$^2$**c** (*sed* mi **I**) aree mi *Rom.* arae mi **M***corr.***m** are mi **M**$^2$ (*del.*) ara emi **M**$^1$ aree emi **s** are(a)e **NO**$^2$ æream **V** areatim **P** *om.* (*spat. rel.*) **bd** areae M. T. *Ursinus, sed cfr p.* 151, 22 9 dubitabat *Corradus:* dubitat **ΩIA**$^2$**c***Rom.* 10 Tum **IA**$^2$**c** escendit **M**$^1$ descendit **O**$^1$**PV** ascendit **M***corr.***bdmsNO**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.*; *cfr ad Q. fr.* I 2, 15, *Thes. L. L.* II *p.* 754, 10 11 nuntiat **A**$^2$**c** nuntiant **ΩI***Rom.* iam **Ω**(*praet.* **s**)**Z**$^b$**IA**$^2$**c***Rom.* rem iam **s** inani *coni. Bosius,* miranti *uel sim. Muellerus l. l.*

creuisse, me autem ui conari in possessionem uenire; hortatur, ut se et Appium sequantur et suam Libertatem ut defendant. hic cum etiam illi infirmi partim admirarentur, partim irriderent hominis amentiam — ego statueram illuc non accedere, nisi cum consules ex senatus consulto porticum Catuli restituendam locassent — Kal. Oct. habetur senatus frequens. adhibentur omnes pontifices, qui erant 4
senatores; a quibus Marcellinus, qui erat cupidissimus mei, sententiam primus rogatus quaesiuit, quid essent in decernendo secuti. tum M. Lucullus de omnium collegarum sententia respondit religionis iudices pontifices fuisse, legis ⟨es⟩se senatum; se et collegas suos de religione statuisse, in senatu de lege statuturos cum senatu. itaque suo quisque horum loco sententiam rogatus multa secundum causam nostram disputauit. cum ad Clodium uentum est, cupiit diem consumere, neque ei finis est factus, sed tamen, cum horas tres fere dixisset, odio et strepitu senatus coactus est aliquando perorare. cum fieret senatus consultum in sententiam Marcellini, omnibus praeter unum adsentientibus, Serranus ⟨intercessit. de⟩ intercessione statim ambo consules referre coeperunt. cum sententiae grauissimae dicerentur, senatui placere mihi domum restitui, porticum Catuli locari, auctoritatem ordinis ab omnibus

1 possessionem **bdsOVA**$^2$**c** possessione **MmNPI***Rom.* 3 ut **ΔOPVI** *Rom.* *om.* **NA**$^2$**c** ui *Corradus* infirmi **ΩC***Rom.* infimi **IA**$^2$**c** 4 *interpunxit Lehmannus* (*in ed. sexta Hofmanniana*) 4 statuerem *Meutznerus Ann. Phil.* LXXXIX (*a.* 1864) *p.* 171 8 qui erat **ΔIA**$^2$**c***Rom.* *om.* **NOPV** 9 primum **mA**$^2$**c***Rom.* 10 tum M.] cum (quom) me **M**$^1$**dmNOPV** *Rom.* cuin m **M***corr.* cum **M**$^4$(?)**s** (me *in* **M** *ita correctum, ut* e *sit erasa, post* m *linea deleta*) cum M. **b** Tum **IA**$^2$**c** *cfr de har. resp.* 6, 12 11 legis esse *M. Seyffertus Mus. Rhen.* XV (*a.* 1860) *p.* 629: legisse **O**$^1$**PVI** legis **ΔNO**$^3$**A**$^2$**c***Rom.*, *Tyrr.-Purs.*; *cfr supra p.* 11, 4; 61, 12 13 stat. (*sic*) cum senatu. Itaque suo quisque horum loco **C** statuos quisque horum loco **Ω** (*sed* statues **PV**, statim **b**; quisquam **N**) statuturos. Quisque horum loco **A**$^2$**c***Rom.* Serranus quoque horum loco **I** 15 esset *Wesenb. Em. alt. p.* 98 17 fere tr(e)is **IA**$^2$**c** 20 Serranus intercessit. de intercessione *Victorius:* Serranus intercessione **Ω** (*sed* Serranum **M***corr.***bs**, intercessiones s. intercessorem (?)**M**$^4$, *ut uid.*) Serranus intercessit *Rom.* Serrani intercessione **IA**$^2$**c** 23 locari **A**$^2$**c** locare **ΔN***Rom.* iocare **OPV** iocari **I**

magistratibus defendi, si quae uis esset facta, senatum existimaturum eius opera factum esse, qui senatus consulto intercessisset, Serranus pertimuit, et Cornicinus ad suam ueterem fabulam rediit: abiecta toga se ad generi pedes abiecit. ille noctem sibi postulauit. non concedebant; reminiscebantur enim Kal. Ian.; uix tamen tibi de mea uoluntate concessum est.

5 Postridie senatus consultum factum est id, quod ad te misi. deinde consules porticum Catuli restituendam locarunt; illam porticum redemptores statim sunt demoliti libentissimis omnibus. nobis superficiem aedium consules de consilii sententia aestimarunt HS uicies, cetera ualde inliberaliter: Tusculanam uillam quingentis milibus, Formianum HS ducentis quinquaginta milibus. quae aestimatio non modo uehementer ab optimo quoque sed etiam a plebe reprehenditur. dices: quid igitur causae fuit? dicunt illi quidem pudorem meum, quod neque negarim neque uehementius postularim. sed non est id; nam hoc quidem etiam profuisset; uerum iidem, mi T. Pomponi, iidem, inquam, illi, quos ne tu quidem ignoras, qui mihi pinnas inciderant, nolunt easdem renasci. sed, ut spero, iam renascuntur. tu modo ad nos ueni; quod uereor ne tardius interuentu Varronis tui nostrique facias.

1 quae uis] que uis **O**$^{1}$**PV** qua eius **M**$^{1}$**dmNO**$^{2}$ qua ius (*erasa* -e *litt.*) **M***corr.* qua uis **bs**, *plerique codd. Mal.* qua ei uis *Rom.*; *totam sententiam ita dant uett. edd.*: si quae ei esset facta uis **IA**$^{2}$ (*sed* siqua **A**$^{2}$) siqua esset facta uis **c** 6 tandem *Corradus, uulg.*; *cfr Seyffertus l. l.* tibi **M**$^{1}$**NO**$^{1}$**PV** sibi **M**$^{2}$c$^{s}$**bdmsO**$^{2}$**IA**$^{2}$**c***Rom.* *om. Faërnus*; *cfr Comm. Tull. p.* 47 8 senatus consultum **mI** s. c. **bdsA**$^{2}$**c***Rom.* senatus consulto **MNOPV** 11 libentissime. omnibus *Rom.* 12 sententia] consensu **V** HS] sestercios **M** (*sed* -s *del.*) sextertio **I** *om. Rom.* uicies **sIA**$^{2}$**c** uicis **MbdmV** nicis **P** meis **N** uicesimo **O**$^{2}$ *u. supra ad p.* 24, 20 ualde inliberaliter] ualde in te liberaliter **Ω**(*sed* in me s)**I** in te ualde liberaliter *Rom.* in re ualde liberaliter **A**$^{2}$**c** 14 HS *om. Rom.* 18 num . . . profuisset? *Tyrrellus* nam hoc quid etiam profuisset? *M. Seyffertus l. l. p.* 629 *sq.* 19 idem *utroque loco* **M**$^{1}$**NO**$^{1}$**P** mi **PVIA**$^{2}$**c** mei **ΔNO** *Rom.* T. *om. Rom.*; *cfr ad p.* 133, 40 20 illi] *accedunt* **GH** 21 pennas **IA**$^{2}$**c** 22 renascentur *Bootius, alii*; *cfr p.* 106, 11, *ad Att.* V 18, 2, VI 9, 1

Quoniam acta quae sint habes, de reliqua nostra cogitatione cognosce. ego me a Pompeio legari ita sum passus, ut nulla re impedirer. quod nisi uellem mihi esset integrum, ut, si comitia censorum proximi consules haberent, petere possem, uotiuam legationem sumpsissem prope omnium fanorum, lucorum; sic enim nostrae rationes utilitatis meae postulabant. sed uolui meam potestatem esse uel petendi uel ineunte aestate exeundi, et interea me esse in oculis ciuium de me optime meritorum non alienum putaui. 6

Ac forensium quidem rerum haec nostra consilia sunt, domesticarum autem ualde impedita. domus aedificatur, scis, quo sumptu, qua molestia. reficitur Formianum, quod ego nec relinquere possum nec uidere. Tusculanum proscripsi; suburbano non facile careo. amicorum benignitas exhausta est in ea re, quae nihil habuit praeter dedecus, quod sensisti tu absens † praesentes; quorum studiis ego et copiis, si esset per meos defensores licitum, facile essem omnia consecutus. quo in genere nunc uehementer 7

1 sunt **m***Rom.* 2 a *del. Maduigius Op.* I *p.* 457 *sed cfr ad Att.* XIV 13, 4 ita *om.* **m***Rom.* 3 quod nisi **Ω**(*sed* quin id **P**)**Z**$^b$*Rom.* quin nisi **IA**$^2$**c**; *ante* quod *plene distinxit Hofmannus* (*in ed.*) esse *Baiterus* 4 ut *Hofmannus*: aut **ΩIA**$^2$**c***Rom.* 5 petere] et petere **I** ut petere **A**$^2$**c** possem **IA**$^2$**c**, *Meutznerus Ann. phil.* LXXXIX (*a.* 1864) *p.* 171: possent **Ω**(*sed* -int **N**)*Rom.* aut uotiuam **A**$^2$**c** sumpsissem **C** sumpsisse **Ω**(*sed* suppressisse **O**$^1$**V**)**I***Rom.* susciperem **A**$^2$**c** 6 lucorum *Bosius*: locorum **Ω** *codd. Mal. Rom.*: ac sacrorum locorum **IA**$^2$**c** *uerba* prope . . . locorum *multis suspecta def. Maduigius Adu.* III *p.* 172; *cfr supra p.* 94, 4 rationis *Rom.* utilitatis **H** utilitates **Ω**(*praet.* **H**)**Z**$^1$**IA**$^2$**c***Rom.*; *u. Comm. Tull. p.* 158 8 pretendi **Mm** (*sed* -r- **M**, *ut uid.*) 9 alienum **M**$^4$**sGIA**$^2$**c***Rom.* alienorum **Ω**(*praet.* **sG**)**C** 11 ac *om.* **IA**$^2$**c** 13 molestia; reficitur *Manutius, cfr K. Fr. Hermannus, Phil.* X (*a.* 1855) *p.* 239: molestia reficiatur **ΩIA**$^2$**c***Rom.* 15 non **M**$^3$**bdsΣIA**$^2$**c** *om.* **M**$^1$**m***Rom.* (*cfr. p.* 17, 2), *M. Seyffertus l. l., alii* etsi *ante* non *add. Kayserus cfr ad Q. fr.* II 2, 1 17 praesentes **Ω**(*sed* praesens es **H**, praesens praesentes **N**)**IA**$^2$**c***Rom.* praesens *J. F. Gronouius* praesensque *coni. Malaspina* ⟨nos⟩ praesentes *Maduigius Adu.* II *p.* 235, *nescio an recte; cfr ep.* I 5 a, 3; XI 27, 4 19 nunc **PIA**$^2$**c** hinc **ΔGHO**$^1$**V** hic **NO**$^2$*Rom.*

laboratur. cetera, quae me sollicitant, μυστικώτερα sunt. amamur a fratre et a filia. ⟨te⟩ exspectamus.

## III

## CICERO ATTICO SAL.

1 Auere te certo scio cum scire, quid hic agatur, tum ea a me scire, non quo certiora sint ea, quae in oculis omnium geruntur, si a me scribantur, quam cum ab aliis aut scribuntur tibi aut nuntiantur, uerum ut perspicias ex meis litteris, quo animo ea feram, quae geruntur, et qui sit hoc tempore aut mentis meae sensus aut omnino uitae status.

2 Armatis hominibus ante diem tertium Non. Nou. expulsi sunt fabri de area nostra, disturbata porticus Catuli, quae ex senatus consulto consulum locatione reficiebatur et ad tectum paene peruenerat, Quinti fratris domus primo fracta coniectu lapidum ex area nostra, deinde inflammata iussu Clodi, inspectante urbe coniectis ignibus, magna querela et gemitu non dicam bonorum, qui nescio an

1 *adscr.* occultiora **M***corr.***ds** 2 a filia] filia **bH** filiam **G** te *add. Manutius: om.* **ΩIA$^2$c***Rom.* exspectamus **MbdG** exspectamur **ms HNOPVIA$^2$c***Rom.* Vale *add.* **A$^2$c***Rom.*

EP. III. 5 auere . . . nuntiantur *u.* 8 *om.* **GH** auere te **bsEPVIA$^2$c***Rom.* (*sed* te *pro* cum **P**) auere **MdmO** auete **N** certo **ΔNO** certe **PVIA$^2$c***Rom.* *om.* **E** agitur **NPV** 6 ea a me **ΔENOVI***Rom.* (*sed* et *pro* a **E**) mea a me **PZ$^1$**, *cfr p.* 45, 10 a me **A$^2$c** mea a me *uel* a me *uulg.*; quid . . . ea *constructio Plautina* (*cfr Trin.* 1168, *Poen.* 542) *neque ab usu Tulliano, ut uidetur, aliena, cfr Maduigius ad* II *de fin.* 7, 22; 19, 61 sint **msVA$^2$c***Rom.* sunt **MbdENOPI** 7 scribuntur *Wesenb. Em. alt. p.* 98 8 tibi *post* aliis *u.* 7 **IA$^2$c** scribuntur **V** scribantur **Ω**(*praet.* **V**)**IA$^2$c** *Muellerus* nuntientur **IA$^2$c** *Muellerus* uerum ut *Manutius:* sed ut uerum **ΔIA$^2$c***Rom.* sed ut **M***corr.* sed uelim **EPV** sed ut uelim **N** Velim (*incipit epistula*) **GH** *cfr ad Att.* VI 1, 19 uerum] sed uerum **ΩW** 9 animo **ΩC***Rom.* modo **IA$^2$c** 11 armatus **M$^1$**(*ut uid.*)**M$^3$**(*del.*)**d** hostibus **H** non. decembr. **sN** 12 disturbatae (*et infra* reficiebantur, peruenerant) **I** 15 facta **GVc**

⟨n⟩ulli sint, sed plane hominum omnium. ille demens ruere, post hunc uero furorem nihil nisi caedem inimicorum cogitare, uicatim ambire, seruis aperte spem libertatis ostendere. etenim antea, cum iudicium nolebat, habebat ille quidem difficilem manifestamque causam, sed tamen causam; poterat infitiari, poterat in alios deriuare, poterat etiam aliquid iure factum defendere: post has ruinas, incendia, rapinas desertus a suis uix iam Decimum designatorem, uix Gellium retinet, seruorum consiliis utitur, uidet, si omnes, quos uult, palam occiderit, nihilo suam causam difficiliorem, quam adhuc sit, in iudicio futuram. itaque ante diem tertium Id. Nou., cum Sacra uia descen- 3
derem, insecutus est me cum suis. clamor, lapides, fustes, gladii; et haec improuisa omnia. discessi in uestibulum Tetti Damionis. qui erant mecum, facile operas aditu prohibuerunt. ipse occidi potuit, sed ego diaeta curare incipio, chirurgiae taedet. ille omnium uocibus cum se non ad iudicium sed ad supplicium praesens trudi uideret,

1 nulli *Lambinus:* ulli **ΩIA**$^2$**c***Rom.*; *cfr Kühnerus-Stegmannus, Ausführl. Gramm.* II *p.* 522 *sq.* ille . . . futuram *u.* 11 *om.* **GH** demens *Pius* (*cfr or. in M. Ant.* III 12, 31): uehemens **Ω**(*praet.* **bd**)**IA**$^2$**c***Rom.* uehementer **bd**; *manu rec. suprascr.* pro uehementer **M**, *u. Comm. Tull. p.* 57 2 ruere **ΩCZ**$^1$**I***Rom.* furere **A**$^2$**c** uero **ΣIA**$^2$**c** *om.* **Δ***Rom.* nisi c(a)edem **M**$^4$(*in marg.*)**sΣIA**$^2$**c***Rom.* si cedem **M**$^2$(*del.*)**m** sic edem **M**$^1$ sic cedem **bd** (*sed* ·tem **b**) 4 tollebat *Manutius,* uoluebat *Madu. Adu.* II *p.* 235 5 cesam **M**$^1$**d**, *corr.* **M**$^4$ 6 poterat (*post* causam) **E**, *uulg.* poterit **I** id poterat *rell.* (*sed* is **P**); *fort.* id *ex* et *ortum, u. ad p.* 84, 7 et poterat aliquid etiam **PV** 7 aliquid] id *Rom.* de iure **E** 10 occiderint **Mdm** occiderunt **NV***Rom.* 12 itaque] *accedunt* **GH** descenderem **ΩCZ**$^1$*Rom.* discederem **IA**$^2$**c** 14 et **ΣIA**$^2$**c** *om.* **Δ***Rom.*, *uulg.* discessi **Σ** discessimus **ΔO**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.* in uestibulum Tettii *Victorius:* in uestibulo M. tetii (-cii) **MmNOPVI***Rom.* (*sed* tetri **N**, Decii **P**, tepi **V**) in uestibulum M. Tetii **A**$^2$**c** in uestibulo **bdsEGH** 15 Tetti . . . futura *p.* 157, 2 *om.* **GH**

16 sed . . . laudes *p.* 162, 3 *desunt in* **E** ego diaeta curare *Cobetus Mnemos.* VIII (*a.* 1880) *p.* 194: ego diaeta curari **M***corr.***sIA**$^2$**c** ego dia et accurari **M**$^1$**bdmNOV** (*sed* dia *om. spat. rel.* **NV**) ego dici et accusari **P** et ego madia et accurari *Rom.* 17 cherurgi(a)e tedet **M**$^4$**sIA**$^2$**c***Rom.* (*sed* cheir- **A**$^2$**c**, chir- **I***Rom.*) cherurgia et edet **M**$^1$**bdmOPV** *om.* (*spat. rel.*) **N**

18 praesens trudi **IA**$^2$**c** praesens urgeri *Rom.* praesens uideri **M**$^1$**bdmNO** praesens **P** reseruari **M**$^4$**s** *om.* **V**; *cfr Tusc. disp.* I 29, 71

omnes Catilinas Acidinos postea reddidit. nam Milonis domum, eam, quae ⟨est in⟩ Cermalo, pr. Id. Nou. expugnare et incendere ita conatus est, ut palam hora quinta cum scutis homines eductis gladiis, alios cum accensis facibus adduxerit. ipse domum P. Sullae pro castris sibi ad eam impugnationem sumpserat. tum ex Anniana Milonis domo Q. Flaccus eduxit uiros acres; occidit homines ex omni latrocinio Clodiano notissimos; ipsum cupiuit, sed ille ex interiore ⟨parte⟩ aedium Sullae. exin senatus postridie Idus. domi Clodius. egregius Marcellinus, omnes acres. Metellus calumnia dicendi tempus exemit adiuuante Appio, etiam hercule familiari tuo, de cuius constantia uitae tuae uerissimae litterae. Sestius furere. ille postea, si comitia sua non fierent, urbi minari. ⟨Milo⟩ proposita Marcellini sententia, quam ille de scripto ita dixerat, ut totam nostram causam areae, incendiorum, periculi mei iudicio complecteretur eaque omnia comitiis anteferret, proscripsit se
4 per omnes dies comitiales de caelo seruaturum. contiones turbulentae Metelli, temerariae Appi, furiosissimae Publi.

1 cati(l)linas sacidinos **ΩI***Rom.* (*sed* -nosque **I**) Catilinas, Siciniosque **A$^2$c** 2 eam quae est in Cermalo *Turnebus* (*cfr Clarkius Phil.* LX *a.* 1901 *p.* 210): meamque ceramio **ΩI** meamque in Ceramio **A$^2$c***Rom.*

4 eductis **A$^2$c***Rom.* deductis **ΩI** 6 Milonis *del. Cobetus Mnemos.* VIII (*a.* 1880) *p.* 195, *alii, sed cfr Bootius ad h. l., Drumannus Gesch. Roms*$^2$ I *p.* 35 7 acris **s***Rom.* acreis **A$^2$c** aegris **m** agris *rell.* occiditque **IA$^2$c** 8 notissimos **IA$^2$c** notissimo **Ω***Rom.* 9 ex interiore **NO$^1$**(?)**PVI** ex interiorem **MmO$^2$**(?) interiorem **bd** ad interiorem **s** se in interiorem **A$^2$c***Rom.* se in interiora *Orellio duce uulg.;* parte *addidi coll. or. pro Caec.* 31, 89* aedium] abditu aedium prosiliit **I** aedium partem recepit *Rom.* partem aedium abdidit **A$^2$c** Sullae. exin senatus *Orellius:* Sulla (Silla, Sylla) se in senatu **ΩIA$^2$c***Rom.* (*sed* senatum **c**, se *om.* **VIA$^2$c**) 10 no. (*sic*) uenit *post* Idus *add.* **I**, Nouem(b). uenit **A$^2$c** 11 Appio **M***corr.* (*del.*) O(p)pio **ΩIA$^2$c***Rom.* 12 uitae tuae **NO$^1$**(?)**PV***Ant.* uirtute **ΔO$^2$** et uirtute **IA$^2$c***Rom.; u. Comm. Tull. p.* 70 13 litterae Sestii fuere **A$^2$c***Rom.*

14 minari **M$^2$c$^S$bdmsA$^2$c***Rom.* mirari **M$^1$NPVI** Milo *add. Wesenb. Em. Alt. p.* 98 *sq., cfr Drumannus Gesch. Roms*$^2$ II *p.* 268; proscripsit ⟨Sestius⟩ se (*u.* 17) *Manutius* 16 mei in eo iudicio **A$^2$c** 17 se per **A$^2$c** super **ΩIC***Rom.* 19 oppii **M$^2$c$^S$**(*sed del.*)**m***Rom.* Publii **bA$^2$c***Rom.* P. *uel* p. **Ω**(*praet.* **b**)**I**

haec tamen summa: nisi Milo in campo obnuntiasset, comitia futura.

Ante diem XII Kal. Dec. Milo ante mediam noctem cum manu magna in campum uenit. Clodius, cum haberet fugitiuorum delectas copias, in campum ire non est ausus. Milo permansit ad meridiem mirifica hominum laetitia, summa cum gloria. contentio fratrum trium turpis, fracta uis, contemptus furor. Metellus tamen postulat, ut sibi postero die in foro obnuntietur: nihil esse, quod in campum nocte ueniretur; se hora prima in comitio fore. itaque ante diem XI Kal. [Ian.] in comitium Milo de nocte uenit. Metellus cum prima luce furtim in campum itineribus prope deuiis currebat; adsequitur inter lucos hominem Milo, obnuntiat. ille se recipit magno et turpi Q. Flacci conuicio. ante diem X Kal. nundinae; contio biduo nulla.

Ante diem VIIII Kal. haec ego scribebam hora noctis 5
nona. Milo campum iam tenebat. Marcellus candidatus ita stertebat, ut ego uicinus audirem. Clodi uestibulum uacuum sane mihi nuntiabatur, paucis pannosis linea

1 Milo in campo **N**, *Muretus:* Miloni campo **PV** Miloni campum **Δ***Rom.* Miloni C. Appius **IA**$^2$**c** 2 erant *add. Wesenb. l. l. p.* 99 3 ante diem] *accedunt* **GH** ante mediam noctem **M**$^3$**bdsG**$^2$**HNOPVCI** media nocte **M**$^1$**mA**$^2$**c***Rom.* *om.* **G**$^1$ 4 cum *om.* **m***Rom.* manu magna **M**$^1$**mNOPVI***Rom.* magna manu **M***corr.***bdsGHA**$^2$**c**; *cfr ad Att.* XVI 11, 6 in *om.* **M**$^1$ in campum iuit ille ire non *eqs. u.* 5 *ceteris omissis* **N** 5 delectas **A**$^2$**c** deiectas **ΩI***Rom.* uenire **s** 8 contemptus **bdmsIA**$^2$**c** *Rom.* contentus **MGHNVZ**$^1$ *om.* (*spat. rel.*) **P** 9 nihil . . . ueniretur *om.* **HN** esset **G** est **bds** 10 sed **M**$^1$**s** 11 XII **M**$^1$**m***Rom.* Ian. *del. Corradus* 12 uenit: etiam Metellus **IA**$^2$**c** 13 adsequitur . . . crediturus *p.* 158, 9 *om.* **GH** lucos] duos lucos *coni. Wesenbergius*, uicos *Jordanus Krit. Beitr. p.* 273 14 recipit **NO**$^1$(?)**PVIA**$^2$**c** recepit **ΔO**$^2$(?) *Rom.* magno] in agro **M**$^1$**P**, *corr.* **M**$^2$**c**$^s$ et turpi **Ω***Rom.* turpique **IA**$^2$**c** 17 VIIII **PI** XIIII **NV** VIII **ΔA**$^2$**c***Rom.*, *uulg.*, *sed singulorum dierum acta perscribere uidetur ut ad Q. fr.* II 3 scribebam **ΔOIA**$^2$**c***Rom.* scribam **M**$^1$(*sed corr. fort.* **M**$^1$)**NP** scripsi **V** 18 iam campum **IA**$^2$**c** Metellus **M**$^4$ 20 nuntiabatur **NIA**$^2$**c***Rom.* nuntiabantur **ΔOPV** paucis pannosis **bN** *Victorius* paucis pannosi **Mdm**$^1$**OPVI** pauci pannosi **m**$^2$**sFA**$^2$**c** *Rom.*, *Schuetzius*

lanterna. meo consilio omnia illi fieri querebantur ignari, quantum in illo heroe esset animi, quantum etiam consilii. miranda uirtus est. noua quaedam diuina mitto; sed haec summa est. comitia fore non arbitror; reum Publium, nisi ante occisus erit, fore a Milone puto; si se † uti turbe iam obtulerit, occisum iri ab ipso Milone uideo. non dubitat facere, prae se fert; casum illum nostrum non extimescit. numquam enim cuiusquam inuidi et perfidi consilio est usu⟨ru⟩s nec inerti nobili crediturus.

6 Nos animo dumtaxat uigemus, etiam magis, ⟨quam⟩ cum florebamus; re familiari comminuti sumus. Quinti fratris tamen liberalitati pro facultatibus nostris, ne omnino exhaustus essem, illo recusante subsidiis amicorum respondimus. quid consilii de omni nostro statu capiamus, te absente nescimus. qua re adpropera.

## IV

## CICERO ATTICO SAL.

Periucundus mihi Cincius fuit ante diem III Kal. Febr. ante lucem; dixit enim mihi te esse in Italia seseque ad

*p.* 157, 20 *sq.* linea lanterna *Bosius* (*sed* lat-): sine alanterna **Mbdml** *Rom.* (*sed* siue **I**) sine alanter nam **V** sine (*sequ. spat.*) nam **P** mea lanternam **N** sine lanterna **sA**$^2$**c** (lat- **A**$^2$**c**) 1 meo consilio *Manutius*: eo conscio Ω*Rom.* nam eo conscio **IA**$^2$**c** 2 heroë **A**$^2$**c** hero Ω**I** *Rom.* 3 mitto **IA**$^2$**c** mittite Ω*Rom.* 4 Publium reum **IA**$^2$**c**
ua cat
5 fuerit **bds** a Milone, fore **A**$^2$**c** a Milone uideo non dubitat facere puto **N** si se uti turb(a)e iam **NVCZ**$^{bl}$ (*sed* ut it urbæ **Z**$^b$) si sentitur ue(h)iam **Δ** si sentitur ac iam turbe se **P** si se ituro lanuuium Veiam **I** si se ituro Lanuuium in uia **A**$^2$**c** si sentitur. uel si iam *Rom.* si se in turba ei iam *Klotzius* (ei obuiam *coni. Baiterus*) 9 usurus *Klotzius*: usus Ω**IA**$^2$**c** *Rom.* inherti **P** in herti **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ 10 Nos] *accedunt* **GH** quam cum **A**$^2$**c** quod cum **N** cum (*uel* quom) Ω(*praet.* **N**)**I***Rom.* 11 comminuti Σ**A**$^2$**c** communiti Δ**I***Rom.* 12 liberalitati **IA**$^2$**c***Rom.* liberalitatis Ω (*sed* -ate **s**) 13 illo] Milo **M**$^3$(*del.*)**G** Milone **H** 14 respondimus *Klotzius*: respondemus Ω**IA**$^2$**c***Rom.* 15 cura ut ualeas *add.* **OPV** et uale **IA**$^2$**c** Vale *Rom.*

EP. IV *om.* **E**, *cum superiore coniungunt* **GH**; *inscriptionem om.* **Δ**
18 Cincius] nuntius **P** fuit Cincius **dsH** IIII **m***Rom.*

te pueros mittere. quos sine meis litteris ire nolui, non quo haberem, quod tibi, praesertim iam prope praesenti, scriberem, sed ut hoc ipsum significarem, mihi tuum aduentum suauissimum exspectatissimumque esse. qua re aduola ad nos eo animo, ut nos ames, te amari scias. cetera coram agemus. haec properantes scripsimus. quo die uenies, utique cum tuis apud me sis.

## IV a

### *CICERO ATTICO SAL.*

Perbelle feceris, si ad nos ueneris. offendes designa- 1
tionem Tyrannionis mirificam librorum meorum, quorum reliquiae multo meliores sunt, quam putaram. et uelim mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus, ad cetera administris, iisque imperes, ut sumant membranulam, ex qua indices fiant, quos uos Graeci, ut opinor, σιλλύβους appellatis. sed haec, si 2
tibi erit commodum; ipse uero utique fac uenias, si potes in his locis adhaerescere et Piliam adducere. ita enim et

2 quo] quod **NV** praesentiṣ **M** 3 ut *om.* **M**[1]**m***Rom.*, *add.* **M**[3] significarem] significare **m** uolui significare *Rom.* aduentum tuum **IA**[2]**c** 4 expectatissimumque **M***corr.***PIA**[2]**c***Rom.* spectatissimumque **Ω** (*praet.* **P**) 5 nos et eo **s** te] teque **V** et te **IA**[2]**c** 7 utique] utique fac *Baiterus* uelim utique *coni. Wesenbergius;* eris *pro* sis *Strillerus De stoicor. stud. rhet.* (*diss. Vratisl. a.* 1886) *thes.* II, *inutiliter; cfr infra ep.* 19, 2 *ex.**

EP. IV a *superiori adnectunt* **ΩIA**[2]**c***Rom.*, *sed in marg. adscr.* Epl'a **M**[4], *ut uid.; om.* **E**; *nouae epistulae initium fecit Corradus* 10 uenies **O**[1]**PV** 11 mirificā **M**[1] mirificam **M***corr.* meorum **GHOPV***Ant.* meorum bibliotheca **Δ** meorum bibliothecam **s**[2](*ut uid.*)**NIA**[2]**c***Rom.*; *u. Comm. Tull. p.* 154 *sq.* 12 et **M***corr.***ΣI** etiam **Δc***Rom.* et iam **A**[2] uelim **sPIA**[2]**c***Rom.* uellem **Ω** (*praet.* **sP**) 14 ad] ad hoc **A**[2]**c** adhuc *Rom.* administris **M**[1](*ut uid.*)**M**[3]**Σ** administres **M**[2]**bdmsA**[2]**c***Rom.* (*de* **M**[2] *ante errarunt*) ministros administres **I** iisque **mIA**[2]**c***Rom.* is que **M**[1] hisque *uel* his que **M**[2] *rell.* 16 σιλλύβους *Graeuius:* sillabos **Ω** (*sed* ịṇḍịc̣ẹṣ syllabos **s**, syllabicos, *ut uid.*, **V**) syllabos **I***Rom.* συλλάβους **A**[2]**c**; *cfr infra p.* 162, 3; 166, 10 *Birtius, die Buchrolle in der Kunst p.* 238 17 commodum erit **IA**[2]**c** 18 adduc *Orellius sed cfr ad Q. fr.* II 16 (15), 5

aequum est et cupit Tullia. me dius fidius ne tu emisti † locum praeclarum; gladiatores audio pugnare mirifice. si locare uoluisses, duobus his muneribus liberasses. sed haec posterius. tu fac uenias, et de librariis, si me amas, diligenter.

## V

## CICERO ATTICO SAL.

1 Ain tu? an me existimas ab ullo malle mea legi probarique quam a te? cur igitur cuiquam misi prius? urgebar ab eo, ad quem misi, et non habebam exemplar. quid? etiam — dudum enim circumrodo, quod deuorandum est — subturpicula mihi uidebatur esse παλινῳδία. sed ualeant recta, uera, honesta consilia. non est credibile, quae sit perfidia in istis principibus, ut uolunt esse et ut essent, si quidquam haberent fidei. senseram, noram inductus, relictus, proiectus ab iis. tamen hoc eram animo, ut cum iis in re publica consentirem. iidem erant, qui fuerant. uix
2 aliquando te auctore resipui. dices ea tenus te suasisse, qua

1 ne tu emisti **M**$^{3}$**bdsGHO**$^{2}$**IA**$^{2}$**c***Rom.* (næ **A**$^{2}$**c**) nec uenisti **O**$^{1}$**PV** ne tu uenisti **M**$^{1}$**m** et uenisti **N** 2 locum **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.* ludum *Ernestius, plerique edd.* λόχον *Bosius* audio] enim audio **O**$^{1}$**V** enim (*sequ. spat.*) **P** 3 duobus . . . liberasses *om.* **P** liber esses *Pius* 5 *post* diligenter *add.* cura **P** aduerte. Vale **IA**$^{2}$**c** Vale *Rom.; post* amas *add.* agas *Muellerus Mus. Rhen.* LIII (*a.* 1898) *p.* 124, cures *uel* cura *Wesenb. Em. alt. p.* 99, *sed cfr Heidemannus De uerb. ellipsis usu p.* 58

EP. V *om.* **E** *epp.* V—XIII *om.* **V** *uerba* ain . . . παλινῳδία *u.* 12 *om.* **GH** 8 ain tu an me **ΔO**$^{2}$**Z**$^{1}$(*sed* ne **s**)*Rom.* an tu an me **N** ain' tu me **O**$^{1}$, *Bootius, Wesenb. l. l., fort. recte* an tu me **PIA**$^{2}$**c** ain tu me me **F***Ant.* *cfr p.* 71, 20; *Tusc. disp.* V 12, 35 ab ullo *om.* **bds** mea legi **O**$^{1}$(?)**PIA**$^{2}$**c** mea lege **N** me ad lege **Mm** me a lege **bds** me ab lege **O**$^{2}$ *Rom.* probari **sP***Rom.* 9 quam a te **M**$^{4}$**sPIA**$^{2}$**c** quam que te *Rom.* quam te *rell.* 10 exemplare **M**$^{1}$(*ut uid.*)**d**$^{1}$**O**$^{1}$, *cfr Neue-Wag.* I *p.* 288 exemplaria **N** 12 *adscr.* retractatio **M***corr.***ds** 13 uera recta **m***Rom.*

16 ab iis **A**$^{2}$**c***Rom.* ab his **ΩI** eram animo **C** erat in animo **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.* cum usi **M**$^{1}$**P**, *corr.* **M**$^{2}$ 18 resipui dices **I** resipiui. Dices **A**$^{2}$**c** res ipsi (ipi) iudices **Ω**(*praet.* **s**)*Rom.* resipui iudices **M**$^{4}$**s** eatenus te suasisse qua *Klotzius:* ea tenuisse suasisse quae **Ω***Rom.* ea te monuisse suasisse quae **IA**$^{2}$**c**, *Lehmannus Quaest. Tull. p.* 25

facerem, non etiam ut scriberem. ego mehercule mihi necessitatem uolui imponere huius nouae coniunctionis, ne qua mihi lic⟨er⟩et labi ad illos, qui etiam tum, cum misereri mei debent, non desinunt inuidere. sed tamen modici fuimus ἀποθεώσει, ut scripsi. erimus uberiores, si et ille libenter accipiet et hi subri⟨n⟩gentur, qui uillam me moleste ferunt habere, quae Catuli fuerat, a Vettio me emisse non cogitant; qui domum negant oportuisse me aedificare, uendere aiunt oportuisse. sed quid ad hoc † sed quibus sententiis dixi quod et ipsi probarent, laetati sunt tamen me contra Pompei uoluntatem dixisse? † finis. sed quoniam qui nihil possunt, ii me nolunt amare, demus operam, ut ab iis, qui possunt, diligamur. dices: uellem iam pridem. 3
scio te uoluisse et me asinum germanum fuisse. sed iam tempus est me ipsum a me amari, quando ab illis nullo modo possum.

Domum meam quod crebro inuisis, est mihi ualde gratum. uiaticum Crassipes praeripit. tu de uia recta in

1 facerem *Pius:* feceram **ΩIA²c***Rom.* num **A²c** 2 uolui *uulg.:* nolui **ΩIA²c***Rom.* ne qua mihi liceret *Victorius:* neque mihi licet **M³bds GHNOPIA²c** neque me licet **M m***Rom.* 3 relabi *Pluygersius Mnemos.* IX (*a.* 1881) *p.* 126 *sed cfr* cecidisse *ad Brut.* IX 24, 6 (= I 16, 6) 4 sed tamen . . . oportuisse *u.* 9 *om.* **GH** 5 ἀποθεώσει **A²c***Rom., Rothsteinius* (*in scholis a.* 1908) ΑΠΟΘωCI **M¹mP** *om.* (*spat. rel.*) **bds** ὑποθέσει *uulg.* scripsi. erimus *uulg.:* scripserimus **MbdN** scripseramus **P** scripsimus **msIA²c***Rom.* 6 et **ΔNPIC***Rom.* nec **A²c** hi **ΔNPI***Rom.* ii **A²cC** subringentur *uulg.:* subrigentur **ΔNC***Rom.* subrogentur **PIA²c** 7 a Vettio me **Z**ᵇ a Vectio **O¹PF***Ant.* auercio **N** aut etiam **ΔO²sA²c** *Rom.* 9 sed (*ante* quibus) **ΩIA²c***Rom.* si *Pius, uulg.* scilicet (*et ante* ad hos?) *coni. Rothsteinius* 10 et ipsi] *cfr Landgrafius ad or. pro Sex. Rosc.* 17, 49 11 finis. sed **Ω**(*praet.* **sP**)*codd.Mal.***I** Sed **sPA²c***Rom.* (*antecedente spatio* **P**) finis sit *Graeuius* sed finis sit *Bootius coll. or. pro Mil.* 38, 105; *cfr de off.* III 32, 115; *Wesenb. Em. p.* 98 quoniam] quando **I** 12 sed *ante* demus *add.* **M³**(*del.*)**GH** 14 scio *om.* **GH** me asinum germanum fuisse. sed *Corradus et Muretus:* me ast num germanum fuisset? **C** me. ast num geram manum fuisset **ΔNOI** (*sed* germanum **s²**) mea est (*sequ. spat.*) manum fuisset **P** me (*ceteris omissis*) **GH** me. ast nugigeram manum fuisse. **A²c***Rom.* 17 mihi pergratum **H** 18 uiaticum . . . laudes *p.* 162, 3 *om.* **GH** tu] Tullia *Schuetzius* (*ante* ad te *p.* 162, 1 *plene interpungens; codd. uariant*) *cfr ad Att.* XII 2, 2; *ep.* IX 19, 11 *Sjögren.*

hortos. uidetur commodius ad te, postridie scilicet; quid enim tua? sed uiderimus. bibliothecam mihi tui pinxerunt constructione et sittybis. eos uelim laudes.

## VI

## CICERO ATTICO SAL.

1 De Lentulo scilicet sic fero, ut debeo. uirum bonum et magnum hominem et in summa magnitudine animi multa humanitate temperatum perdidimus, nosque malo solacio, sed non nullo tamen, consolamur, quod ipsius uicem minime dolemus, non ut Saufeius et uestri, s⟨ed⟩ mehercule quia sic amabat patriam, ut mihi aliquo deorum beneficio uideatur ex eius incendio esse ereptus. nam quid foedius nostra uita, praecipue mea? nam tu quidem, etsi es natura πολιτικός, tamen nullam habes propriam
2 seruitutem, communi † fueris non ne. ego uero, qui, si loquor de re publica, quod oportet, insanus, si, quod opus est, seruus existimor, si taceo, oppressus et captus, quo dolore esse debeo? quo sum scilicet, hoc etiam acriore, quod ⟨ne⟩ dolere quidem possum, ut non in te ingratus

1 commodius. ad te postridie *alii* 2 uideremus **M$^1$N**, *corr. fort.* **M$^1$** 3 constrictione *Hertzbergius* cum structione *Birtius Mus. Rhen.* LXIV (*a.* 1909) *p.* 469 *sq.* sittybis *Victorius:* sit tybis **M$^1$m** sic tibi **P** si scribis **M$^2$***al.***bdsNO$^2$**(*in ras.*)**IA$^2$c** sic tu iubes *Rom.* sillybis *Schuetzius; u. supra ad p.* 159, 16 Vale *add.* **IA$^2$c***Rom.*

EP. VI. *Accedit* **E**; *om.* **V** 8 nosque . . . ereptus *u.* 12 *om.* **GH** 9 non nullo *coni. Malaspina:* non multo **ΩIA$^2$c***Rom.* 10 uestri sed *Malaspina:* uestris **M$^1$bdmEO***codd.Mal.***I** nostris **P***Rom.* uestri **M***corr.*(-s *eras.*)**sA$^2$c** nostre **N** 11 aliquo deorum **EPIA$^2$c** aliquid eorum **M$^1$bdmN***Rom.* aliquid deorum **O** deorum **M***corr.* eorum **s** 12 esse *om.* **EO$^1$P** ereptum **m***Rom.* 13 nam . . . non ne *u.* 15 *om.* **GH** 14 ΠΟΛЄΙΤΙΚΟϹ **M$^1$P** πολιτικός **M***corr.***bdmsA$^2$c***Rom.* *adscr.* politicus **M$^2$ds** 15 seruitutem **C** uirtutem **ΩIA$^2$c***Rom.* communi fueris non ne **MbdmOP***Rom.* (*sed* nonne *Rom.*) communis fueris nonne **NIA$^2$c** communi frueris nonne? **s** *om.* **E** communi seruis nomine *Wesenbergius Em. Alt. p.* 99, *nescio an recte* c. frueris nomine *Pius; alii alia* 17 quo *om.* **OP** 19 ne **M$^4$** *om.* **ΩIA$^2$c***Rom.* in te ingratus **M$^2$***al.***bdsNIA$^2$c***Rom.* integratus **M$^1$E** in te gratus **mGHP** ingratus **M***corr.*, *uulg.* *cfr supra p.* 145, 3

uidear. quid, si cessare libet et in otii portum confugere? nequiquam; immo etiam in bellum et in castra. ergo erimus ὀπαδοί, qui ταγοὶ esse noluimus? sic faciendum est; tibi enim ipsi — cui utinam semper paruissem! — sic uideo placere. † reliquia est:

Σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει.

non mehercule possum, et Philoxeno ignosco, qui reduci in carcerem maluit. uerum tamen id ipsum mecum in his locis commentor, ut ista improbem, idque tu, cum una erimus, confirmabis.

A te litteras crebro ad me scribi uideo, sed omnes uno tempore accepi; quae res etiam auxit dolorem meum. casu enim trinas ante legeram, quibus meliuscule Lentulo esse scriptum erat; ecce quartae fulmen. sed ille, ut scripsi, non miser, nos uero ferrei.

Quod me admones, ut scribam illa Hortensiana, in 3
alia incidi, non immemor istius mandati tui; sed mehercule incipiendo refugi, ne, qui uideor stulte illius amici

1 libet **M***corr.***bds**Σ(*sed* licet **H**)**IA²c***Rom.* libeat **M¹**, *uulg.* debet **m**
2 nequiquam *Baiterus:* nequicquam **bmGHNIA²c** ne quicquam **P***Rom.* necquicquam **MdsE** (*sed* nec q- **M***corr.*); *cfr Woelfflinus Arch.* II *p.* 6, *p.* 614 *sq.* ergo . . . maluit *u.* 8 *om.* **GH**, ergo . . . uelim scire *p.* 169, 18 *desunt in* **E** 3 ὀπαδοί, qui ταγοὶ *Victorius:* ΟΠΑΟΙ qui ΤΑΤΟΙ **MmP** (*sed* ΟΛΑΟΙ **P**, ΟΠΛΟΙΤΕ **m**) ὀπλοιτε **M²bds** (*sed* -ται **s**) *adscr.* armati **M** *corr.***ds** ὁπλῖται qui togati **A²c***Rom.* noluimus **MC** uoluimus **m***Rom.* nolumus **bd** uolumus **sPIA²c** uolemus **N** 5 reliquia est **MbdmO²** reliqua est **sIA²c** reliquia (*uel* -qua) est *codd. Mal.* reliquam est *Rom.* quia est **O¹P** reliqui a se **N** reliquum iam est *Orellius* reliqui id est *coni. Bootius*
6 κόσμει] κcomi **M¹** *adscr.* spartam sortitus es (suscepisti *superscr. alia m.*) hanc orna **M***corr.* *cfr Eurip. Fragm.* 722 *ed. Nauck.; supra p.* 56, 2
9 probem *Ant. et alius cod. Mal.* ne improbem *Schuetzius* 13 ternas **A²c** trinas **A²** *in marg., rell.* meliuscule *Rom., Victorius:* melius qu(a)e **MbdmGNO²** melius quam **H** melius Q. (*ut uid.*) **M***corr.*(*del.*) melius p. **M***corr.* (*in marg.*) melius **sO¹PIA²c** 14 ecce . . . ferrei *om.* **GH**
15 ferrei **M***corr.*-**IA²c***Rom.* ferei **m** ferri **M¹bdNOP**; *cfr Hes. Op.* 176
17 istius *om.* **bds** sed . . . uideatur *p.* 164, 4 *om.* **GH** 18 in *ante* incipiendo *add. Muellerus Philol.* XIX (*a.* 1863) *p.* 326, ab *alii; cfr supra p.* 147, 19 *et Hofm.-Sternk. ad eum l., Lebretonius 'Etudes' p.* 404
qui uideor *Lambinus:* quod uideo Ω quod uideor **A²c***Rom.* quidem uidear **I** qui uidear *Ernestius*

intemperiem non tulisse, rursus stulte iniuriam illius faciam illustrem, si quid scripsero, et simul ne βαθύτης mea, quae in agendo apparuit, in scribendo sit occultior, et aliquid
4 satisfactio leuitatis habere uideatur. sed uiderimus; tu modo quam saepissime ad me aliquid.

Epistulam, Lucceio quam misi, qua meas res ut scribat rogo, fac ut ab eo sumas — ualde bella est — eumque, ut adproperet, adhorteris et, quod mihi se ita facturum rescripsit, agas gratias, domum nostram, quoad poteris, inuisas, Vestorio aliquid significes. ualde enim est in me liberalis.

## VII

## CICERO ATTICO SAL.

1 Nihil εὐκαιρότερον epistula tua, quae me sollicitum de Quinto nostro, puero optimo, ualde leuauit. uenerat horis duabus ante Chaerippus, mera monstra nuntiarat. de Apollonio quod scribis, qui illi di irati! homini Graeco, qui conturbat atque idem putat sibi licere, quod equitibus
2 Romanis; nam Terentius suo iure. de Metello,

1 intemperiem non *Malaspina:* non intemperiem **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.* illius **IA**$^{2}$**c** illis **Ω***Rom.* 2 illustrem **PIA**$^{2}$**c** illustre **Ω**(*praet.* **P**)*Rom.* *adscr.* astutia **M***corr.***ds** 3 oculatior *Bosius* 4 satisfactio **A**$^{2}$**c***Rom.* satis facito **M**$^{1}$**mOP** satis facete **M**$^{2}$*al.***bdI** (*sed* -tæ **I**) satisfacere **sN** lebitatis **Z**$^{1}$ sed] *accedunt* **GH** 6 quam **M**$^{3}$**sGHNPIA**$^{2}$**c** numquam **M**$^{1}$**bdm**, *codd. Mal.* quidem **O** nunc quidem *Rom.* nunc quam **Z**$^{b}$, *Malaspina* res meas **IA**$^{2}$**c** 8 ut] & **c** 11 liberalis **M***corr.***sPIA**$^{2}$**c***Rom.* libertatis *rell.*

EP. VII *om.* **EV**; *uerba* nihil εὐκαιρότερον *huic epistulae uindicauit* **Z**$^{1}$, *Malaspina; praecedenti adiuncta sunt in* **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.* (*nisi quod Graeca om.* **HNI**); Vale *in fine add.* **IA**$^{2}$**c***Rom.* 14 *adscr.* opportunius **M**$^{2}$**dms** quae *om.* **A**$^{2}$**c** de Q. (*uel* Qu.) **M***corr.***msIA**$^{2}$**c***Rom.* deque (*uel* de que) *rell.* 15 quia *ante* uenerat *add.* **P** 16 mera monstra **s**$^{2}$**G**$^{?}$**PA**$^{2}$**c***Rom.* meram monstram **ΔG**$^{1}$**NO** mera mi monstra **M**$^{4}$, *ut uid.* moram nostram **H** et moram nostram **I** nuntiarat **M**$^{1}$**mGOPIA**$^{2}$**c***Rom.* nuntiauit **M**$^{2}$*al.*(*del.*)**bdsHN**

17 qui *om.* **A**$^{2}$**c** dii irati **HI** diirati **G** durati **Ω** (*praet.* **GH**) dii sint irati **A**$^{2}$**c** dicaci *Rom.* 18 conturbat atque idem *coni. Bootius* (*item Buechelerus, Kl. Schr.* I *p.* 546 *sed* et): conturbaret quidem **Ω**(*sed* perturbaret **P**)*Rom.* conturbare quidem **IA**$^{2}$**c** conturbat et quidem *Wesenb. Em. alt. p.* 99 quod . . . cautior *p.* 165, 6 *om.* **GH**

οὐχ ὁσίη φθιμένοισιν,

sed tamen multis annis ciuis nemo erat mortuus, qui[d] quidem . . . Tibi nummi meo periculo sint. quid enim uereris, quemcumque heredem fecit, nisi Publium fecit? uerum fecit non improbe, quamquam fuit ipse. qua re in hoc thecam nummariam non retexeris, in aliis eris cautior.

Mea mandata de domo curabis, praesidia locabis, Mi- 3
lonem admonebis. Arpinatium fremitus est incredibilis de Laterio. quid quaeris? equidem dolui,

ὁ δὲ οὐκ ἐμπάζετο μύθων.

Quod superest, etiam puerum Ciceronem curabis et amabis, ut facis.

## VIII

## CICERO ATTICO SAL.

Multa me in epistula tua delectarunt, sed nihil magis 1
quam patina tyrotarichi. nam de rauduscuło quod scribis,

1 hi *Bootius:* hic **ΔNPIA**$^{2}$c*Rom.* 2 non] notum **A**$^{2}$**c** mihi uidetur esse ualiturum *eqs. Mommsenus:* mihi ut quod iam *eqs. p.* 187, 3 **ΩZ**$^{b}$**IA**$^{2}$**c***Rom.* (*sed* tibi *pro* mihi **A**$^{2}$**c**) *transpositis archetypi foliis, ut ordo epistularum* XVI—XIX *turbatus sit; series enim in codicibus et uett. edd. est haec:* **1.** Occupationum mearum (16, 1) . . . non mihi ut (16, 5). **2.** quod iam intellegebamus *eqs.* (17, 3) . . . ferendum est. — Quaeris (18, 1) . . . datas. — O exspectatas (19, 1) . . . absolutum Gabinium (19, 1). **3.** detur esse ualiturum (16, 5) . . . quid egeris (16, 9). — Puto te existimare (17, 1) . . . eo magis nunc cociace (17, 3; *sic Mommsenus*, eo magis nunc *Sternkopfius, u. p.* 193, 5). **4.** dictaturam fruere (19, 1; *sic Mommsenus;* coiace dictaturam fruere *Sternkopfius*) . . . cum tuis maneas (19, 2) *pro ea quae esse debet:* **1. 3. 2. 4**; *de qua re uberius egerunt Mommsenus, Zeitschr. f. d. Altertumswiss.* III (*a.* 1845) *p.* 779 *sqq.* (= *Ges. Schr.* VII *p.* 28 *sqq.*), *Sternkopfius Herm.* XL (*a.* 1905) *p.* 1 *sqq.* *in codd. mutilis desunt multa, quae suo quaeque loco adnotaui* 4 ego *om.* **IA**$^{2}$**c** 5 nosti **M**$^{2}$**bdmsIA**$^{2}$**c***Rom.* notis **M**$^{1}$**P** noras **N** si qu(a)eris **M***corr.***mNPIA**$^{2}$**c***Rom.* sequeris **M**$^{1}$**bds** 6 CΥΜΙΤΑΘΙΑ **M**$^{1}$ *adscr.* compassio **M***corr.***ds** 8 memoriam **ΔNPIA**$^{2}$**c***Rom.* (*lin. nasal. del.* **M***corr.*) plebeii **I** plebei **M**$^{4}$ plebi *rell.* sic *om.* **I** 9 *prius* ut *secl. Sternk. l. l. p.* 22, *posterius om.* **IA**$^{2}$**c**, *uulg.* amicis et adiuuetur **IA**$^{2}$**c** non] non nihil *Wesenb. Em. alt. p.* 100, *sed cfr Sternk. l. l.* 10 commendetur *uulg.:* commendatur **M***corr.***sA**$^{2}$**c***Rom.* commendat **M**$^{1}$**bdmNPI** 11 Gallia] gratia **M**$^{4}$**s** nitatur **MmNPCI** uitatur **bdsA**$^{2}$**c** *Rom.* 14 cognosce] *accedit* **E** ex] *accedunt* **GH** 16 uberrime **m***Rom.*

confirmata. Britannici belli exitus exspectatur; constat enim aditus insulae esse muratos mirificis molibus. etiam illud iam cognitum est, neque argenti scrupulum esse ullum in illa insula neque ullam spem praedae nisi ex mancipiis; ex quibus nullos puto te litteris aut musicis eruditos exspectare.

8 Paulus in medio foro basilicam iam paene texerat iisdem antiquis columnis, illam autem, quam locauit, facit magnificentissimam. quid quaeris? nihil gratius illo monumento, nihil gloriosius. itaque Caesaris amici — me dico et Oppium, di[s]rumparis licet — ⟨in⟩ monumentum illud, quod tu tollere laudibus solebas, ut forum laxaremus et usque ad atrium Libertatis explicaremus, contempsimus sescenties HS; cum priuatis non poterat transigi minore pecunia. efficiemus rem gloriosissimam; nam in campo Martio saepta tributis comitiis marmorea sumus et tecta facturi eaque cingemus excelsa porticu, ut mille passuum conficiatur. simul adiungetur huic operi uilla etiam publica. dices: quid mihi hoc monumentum proderit? at quid id laboramus? — ⟨Habes⟩ res Romanas; non enim te puto de

1 affirmata **N** Britannici . . . egissem *p.* 185, 9 *om.* **GH** Trittanici **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{2}$c$^{S}$ constaṇt **M** enim] igitur **d**$^{1}$ 2 muratos **bs**$^{1}$**NP** *Iunius* miratos **MdmO** munitos **s**$^{2}$**EIA**$^{2}$**c***Rom.* *cfr Tyrr.-Purs. ad l., Bootius Mnem.* XX (*a.* 1892) *p.* 117 3 scrupulum **dsENPIA**$^{2}$**c***Rom.* scripulum **Mbm** 4 uillam **M**$^{1}$**d**, *corr.* **M**$^{2}$c$^{S}$ 7 *uerba* Paulus . . . egeris *p.* 185, 17 *om.* **E** texerat *Wesenbergius l. l.:* texerit **M**$^{1}$**mNOPCZ**$^{1}$*Rom.* texit **M**$^{2}$c$^{S}$**bds** texuit **IA**$^{2}$**c** refecit *Bootius Obs. crit. p.* 48 8 fecit **NI** 10 me Caesaris amici me **bds** 11 in *Bosius: om.* **ΔNPIA**$^{2}$**c***Rom.* 12 tolere *adscr. in marg.* al'. tollere **N** forum **C** eorum **ΔNOP***Rom.* eos **IA**$^{2}$**c** 13 usque **NA**$^{2}$**c** iis que **Mm***Rom.* his que **bdsP** iis quae **I** 14 sexcenties HS **bds** sexcenties sextercium (sestert-) **MmNIA**$^{2}$**c***Rom.* (*sed* -iûm **c**) sexcenos omnes tertium **P** 16 tribunitiis **msIA**$^{2}$**c***Rom.* 18 simul **M**$^{2}$c$^{S}$ **bdmsNO**$^{2}$**IA**$^{2}$**c***Rom.* semel **M**$^{1}$(?)**O**$^{1}$**P** (*utraque* e *in loco raso, ut uid.,* **M**) 19 dices **bds** dicis **MmNOPIA**$^{2}$**c***Rom.** at *Wesenbergius l. l. p.* 101: ad **ΔNPIA**$^{2}$**c***Rom.* *om.* **F** quid id **ΔO**$^{2}$*Rom.* quid **NO**$^{1}$**PIA**$^{2}$**c** quid te **F**; *cfr Sternkopfius l. l. p.* 22 20 labores **F** habes *Lambinus: om.* **ΔNPIA**$^{2}$**c***Rom.* te *om.* *Rom.*

lustro, quod iam desperatum est, aut de iudiciis, quae lege Clodia fiant, quaerere.

Nunc te obiurgari patere, si iure. scribis enim in ea 9 epistula, quam C. Decimius mihi reddidit Buthroto datam, in Asiam tibi eundum esse te arbitrari. mihi mehercule nihil uidebatur esse, in quo tantulum interesset, utrum per procuratores ageres an per te ipsum, ut ab his tot tuis et tam longe abesses. sed haec mallem integra re tecum egisse; profecto enim aliquid egissem. nunc reprimam susceptam obiurgationem. utinam ualeat ad celeritatem reditus tui!

Ego ad te propterea minus saepe scribo, quod certum non habeo, ubi sis aut ubi futurus sis; huic tamen nescio cui, quod uidebatur is te uisurus esse, putaui dandas esse litteras. tu, quoniam iturum te in Asiam esse putas, ad quae tempora te exspectemus, facias me certiorem uelim, et de Eutychide quid egeris.

## XVII

## CICERO ATTICO SAL.

Puto te existimare me non oblitum consuetudinis et 1 instituti mei rarius ad te scribere, quam solebam, sed

2 Clodia *L. Langeus, Röm. Alt.* III² *p.* 341: coctia *uel* co(c)cia **ΔNP** *codd.Mal.***I***Rom.* Plocia **A²c** fiunt *Wesenb. l. l.; cfr ep.* I 5 a, 1; XI 28, 2 (*Matius*) 4 Decimius **MmPF***Ant.***C** Decumius **N** Decimus (cu-) **bdsI** Domitius **A²c***Rom.* 5 in Asiam] insiam **M¹**, *corr.* **M²**; *in marg. add.* al.' in Asiam **M¹** 6 interesset **bdsIA²c***Rom.* interesse **MmNOP** 7 ut ab his tot tuis *Sternkopfius l. l. p.* 23: mutabis totiens **ΔNPI***Rom.* ut ab iis totiens **F** ne toties **A²c** *cfr p.* 175, 10 9 egisse **Δ**(*praet.* **M¹**)**NPIA²c***Rom.* egissem **M¹** (*sed* m *deleta*); *cfr ep.* V 20, 5; *Schmalzius, Berl. phil. Woch.* IX (*a.* 1889) *p.* 305 *sq.* nunc] *accedunt* **GH** 10 utinam] hoc quod dixi tantum utinam **Z^b** utinam . . . ad te *u.* 12 *om.* **H** 11 tui *Ascensius*: tuus **ΩIA²c***Rom.* 14 is te **M²c^s bdmsA²c***Rom.*, *Sternkopfius l. l. p.* 24 isti **M¹GHNOPI** 15 te iturum **NIA²c** 16 tempora *bis* **P** *om.* **s** exspectem **IA²c** 17 Vtichide **MmG** Vetichide **H** butrothi re **P** *post* egeris *add.* scribito **O¹P** Vale *add.* **IA²c***Rom.*

EP. XVII *accedunt* **EV** 20 non] ṇọṇ **s** nunc *Pius, uulg.; cfr Sternkopfius Herm.* XL (*a.* 1905) *p.* 29 21 mei **EPC** mei me **b** tui me **MdmGHNOV***Rom.* tui **sIA²c**

quoniam loca et itinera tua nihil habere certi uideo, neque in Epirum neque Athenas neque in Asiam [neque] cuiquam nisi ad te ipsum proficiscenti dedi litteras. neque enim sunt epistulae nostrae, quae si perlatae non sint, nihil ea res nos offensura sit; quae tantum habent mysteriorum, ut eas ne librariis quidem fere committamus, † lepidum quo excidat.

2 Consules flagrant infamia, quod C. Memmius candidatus pactionem in senatu recitauit, quam ipse ⟨et⟩ suus competitor Domitius cum consulibus fecisset, uti ambo HS quadragena consulibus darent, si essent ipsi consules facti, nisi tres augures dedissent, qui se adfuisse dicerent, cum lex curiata ferretur, quae lata non esset, et duo consulares, qui se dicerent in ornandis prouinciis consularibus scribendo adfuisse, cum omnino ne senatus quidem fuisset. haec pactio non uerbis sed nominibus et perscriptionibus multorum tabulis cum esse facta diceretur, prolata a Memmio est nominibus inductis auctore Pompeio. hic Appius erat idem; nihil sane iacturae. corruerat alter et plane,

1 quoniam *Wesenbergius Em. p.* 114 *sq.*: cum **ΩIA**$^2$**c***Rom.* *cfr Maduigius de fin. p.* 26 2 neque *del. Wesenbergius l. l.; cfr* si *p.* 134, 1, ex *ad Att.* V 16, 3, quid *ad Q. fr.* I 3, 8 4 eae *ante* sunt *add. Lambinus, ante* epistulae *Bosius, ante* quae *Muellerus; cfr Comm. Tull. p.* 163 *sq.*
5 offensura nos **s***Rom.* 6 lepidum . . . omnino *p.* 189, 8 *om.* **E** lepidum . . . amo *p.* 189, 14 *om.* **GH** committamus. perspice *eqs. p.* 193, 6 *uno tenore* **EGH** lepidum quo excidat **ΩZ**$^b$**I***Rom.* nedum cuilibet **A**$^2$**c** ne lepidum quod excidat *Corradus* lepidum quid ne quo excidat *Tyrrellus* ne quid aliquo excidat *Muellerus Ann. phil.* CLV (*a.* 1897) *p.* 849, *alii alia*
8 infamia **ΩC***Rom.* insania **IA**$^2$**c** 9 et *add. Manutius: om.* **ΩIA**$^2$**c***Rom.* competitor **IA**$^2$**c***Rom.* repetitor **Ω** 10 fecissent *Manutius, sed cfr* fuit *infra p.* 187, 5, *Lebretonius Etudes p.* 16 uti ambo *plerique codd. Mal.* ut ambo **IA**$^2$**c** utinam ambo **ΔO**$^2$*Rom.* utinam bona **O**$^1$**V** utinam bonis **P** uti.nam **N** HS *om.* **P** 11 quadragena **ΩC***Rom.* quadraginta **IA**$^2$**c** 12 qui se **sNPVIA**$^2$**c***Rom.* qui sequi se **Δ** (*praet.* **s**) dicerent . . . qui se *u.* 14 *om.* **bd** dicerent . . . adfuisse *u.* 15 *om.* **P** 13 duos **sA**$^2$**c** 15 fuisset **NOPV***Ant.* adfuisset **ΔIA**$^2$**c***Rom.*; *u. Comm. Tull. p.* 67 *sq.*; *Drumannus, Gesch. Roms*$^2$ III *p.* 5 16 praescriptionibus **A**$^2$**c** 17 tabulis **bsA**$^2$**c***Rom.* tabulas **MdmNPVI**

inquam, iacebat. Memmius autem dirempta coitione inuito 3 Caluino plane refrixerat, et eo magis nunc † coci ace|| quod iam intellegebamus enuntiationem illam Memmi ualde Caesari displicere. Messalla noster et eius competitor Domitius liberalis in populo ualde fuit. nihil gratius. certi era⟨n⟩t consules. at senatus decernit, ut tacitum iudicium ante comitia fieret ab iis consiliis, † quae erant omnibus sortita in singulos candidatos. magnus timor candidatorum. sed quidam iudices, in his Opimius, Veiento, Rantius, tribunos pl. appellarunt, ne iniussu populi iudicarent. res cedit; comitia dilata ex senatus consulto, dum lex de tacito iudicio ferretur. uenit legi dies. Terentius intercessit. consules, qui illud leui bracchio egissent, rem ad senatum detulerunt. hic Abdera non tacente me. dices: tamen tu non quiescis? ignosce, uix possum. uerum tamen quid tam ridiculum? senatus decreuerat, ne prius comitia habe-

1 dirempta **A**$^2$**c** direpta **Δ**(*praet.* **b**)**NPVI***Rom.* directa **b** contione **m A**$^2$**c***Rom.* inuito etiam Caluino **O**$^1$**PV** 2 nunc cociace dictaturam *eqs. p.* 193, 5 **Mbdm***Rom.* (*sed* Cociate *Rom.*) conante dictaturam **s** nunc eciate dictaturam **N** dictaturam *post spat. decem litterarum* **P** in ocio dictatura **V** nunc coci ace dictatum **Z**$^b$ nunc concitare dictaturam **IA**$^2$**c** nunc hoc iacet *Mommsenus* nunc totus iacet *Reidius Hermath.* X (*a.* 1897) *p.* 113 ,nunc *Sternkopfius l. l. p.* 30 (*cfr ad p.* 183, 2; 193, 5) 3 quod iam . . . amo *p.* 189, 14 *om.* **V** 4 displicere **bsIA**$^2$**c***Rom.* displicerem **N** despicerem **MdmP** competitor Domitius **IA**$^2$**c** Domitius competitor **ΔNP***Rom.* competitor *Pluygersius Mnem.* IX (*a.* 1881) *p.* 127; *collocatio uerborum, qualis est Plaut. Capt.* 875 tuom Stalagmum seruom, *Cic. de n. d.* III 15, 39 eius Palaemonem filium, *in uoce* competitor *uix probabilis* 5 certe **sIA**$^2$**c** 6 erant *Rom.* erat **ΔNPIA**$^2$**c** consules] cons. s. **MP** cos. **m** consules .s. **N** consulibus **bdsI** Coss. **A**$^2$**c** Coss. scilicet *Rom.* at *unus cod. Maffei*: ac **ΔNP***Rom.* ac senatui **IA**$^2$**c** decernit **ΔN** decreuit **PIA**$^2$**c** *Rom., plerique edd.* 7 consiliis, ⟨quae essent ex consiliis,⟩ quae erant, omnibus *eqs. Sternkopfius l. l. p.* 31 9 Veiento, Rantius *Buechelerus Mus. Rhen.* XI (*a.* 1857) *p.* 534 (= *Kl. Schr.* I *p.* 73): Veientorantius **Z**$^b$ ueietora(n)tius **Δ***Rom.* uietorantius **M**$^2$*al.***N** ne iecorantius **P** ueietor Antius **C** Veieteranius **IA**$^2$**c** tribunos .p. **I** tr(ib.) pl(eb.) **ΔNPA**$^2$**c***Rom.* 10 res cedit *Ant.* res cidit **M**$^1$ rescidit **M**$^2$**bdmsNPZ**$^l$**IA**$^2$**c***Rom.*: *cfr Sternkopfius l. l.* 11 dum **A**$^2$**c** cum **ΔNPI***Rom.* 14 retulerunt **s**, *Wesenb. Em. alt. p.* 101, *sed cfr Muellerus ad h. l.* aptera **C** 15 ignoscere **PI**

rentur, quam lex lata esset; ⟨si⟩ quis intercessisset, res integra referretur. coepta ferri leuiter, intercessum non inuitis, res ad senatum. de ea re ita censuerunt, comitia primo quoque tempore haberi † censere.

4 Scaurus, qui erat paucis diebus illis absolutus, cum ego partem eius ornatissime defendissem, obnuntiationibus per Scaeuolam interpositis singulis diebus usque ad pr. Kal. Oct., quo ego haec die scripsi, sublatis populo tributim domi suae satis fecerat. sed tamen, etsi uberior liberalitas huius, gratior esse uidebatur eorum, qui occuparant. cuperem uultum uidere tuum, cum haec legeres; nam profecto spem habes nullam haec negotia multarum nundinarum fore. sed senatus hodie fuerat futurus, id est Kal. Octobribus; iam enim luciscit. ibi loque[re]tur praeter Antium et Fauonium libere nemo; nam Cato aegrotat. de me nihil timueris, sed tamen promitto nihil.

5 Quid quaeris aliud? iudicia, credo. Drusus, Scaurus non fecisse uidentur. tres candidati rei fore putabantur, Domitius a Memmio, Messalla a Q. Pompeio Rufo, Scaurus a Triario aut a L. Caesare. quid poteris, inquies, pro iis dicere? ne uiuam, ⟨si⟩ scio; in illis quidem tribus libris,

1 si quis *scripsi:* quis **NOP***Ant.* qui si **ΔI***Rom.* si qui **A**$^2$**c**, *Manutius, uulg.* 2 ferri **A**$^2$**c** fieri **ΔNOPI***Rom.* 4 censere **ΔNOPA**$^2$**c***Rom.* censuere **I** esse e re *Bosius* esse e re p. *Iunius, uulg.; fort.* censere *ut glossema delendum, cfr Comm. Tull. p.* 156 6 partem *Manutius:* patrem **ΔPIA**$^2$**c***Rom.* pater **N**; *cfr Sternkopfius l. l. p.* 31 *sq.* 8 hoc **N** die scripsi *uulg.:* descripsi **MbdsNPIA**$^2$**c** scripsi **m***Rom.* 10 liberalitas **ΔNP** liberalitatis **IA**$^2$**c***Rom.* huius gratior *Victorius:* huius cratior (*uel* era-) **M**$^1$ huius erratior **P** huius cracio **N** huiusce ratio **bsIA**$^2$**c***Rom.* huisce ratio **M**$^2$**dm** 11 uultum **M**$^2$c$^S$**bdmsO**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.* ut cum **M**$^1$**O**$^1$**P** ut tñ **N** 12 spem *Orellius:* rem **ΔNPI***Rom.* rem non **A**$^2$**c**; *cfr Sternkopfius l. l.* 13 erat futurus **N**, *Wesenb. Em. alt. p.* 101 futurus fuerat **IA**$^2$**c** 14 luciscit. ibi loquetur *Victorius:* lucisci tibi loqueretur **ΔNP***Rom.* (*sed* -rentur *Rom.*) tibi Lucisci loqueretur **IA**$^2$**c** (*sed* -rentur **A**$^2$**c**) 15 libere **NO**$^1$**P***Ant.***C** liber **ΔIA**$^2$**c***Rom.* 17 Drusus et Scaurus **IA**$^2$**c** 18 uidebantur *Ernestius* rei fore **NP** fore rei **ΔIA**$^2$**c***Rom.* 21 si **A**$^2$**c** *om.* **ΔNPI***Rom.*

quos tu dilaudas, nihil reperio. ⟨id⟩ nunc, ut opinionem habeas re⟨o⟩rum, ferendum est.

## XVIII

### *CICERO ATTICO SAL.*

Quaeris, ego me ut gesserim. constanter et libere. 1
quid? ille, inquies, ut ferebat? humaniter, meaeque digni-
tatis, quoad mihi satis factum esset, habendam sibi ratio-
nem putabat. quo modo ergo absolutus? omnino † ΠΟΡ-
ΠΑΠΥΜΝΑ: accusatorum incredibilis infantia, id est L.
Lentuli L. f., quem fremunt omnes praeuaricatum, deinde
Pompei mira contentio, iudicum sordes. ac tamen xxxii
condemnarunt, xxxviii absoluerunt. iudicia reliqua impen-
dent. nondum est plane expeditus. dices: tu ergo haec 2
quo modo fers? belle mehercule et in eo me ualde amo.
amisimus, mi Pomponi, omnem non modo sucum ac san-

1 quos tu dilaudas *Victorius:* quo studio laudas **ΔNP** (*sed* quos **P**)**IC***Rom.* quos studiose laudas **A**$^2$**c** *uerba* nunc ut *usque ad* sensibus *p.* 190, 17 *nouae epistulae reliquias esse primus uoluit Malaspina,* nunc ut . . . datas *p.* 192 12 *unam esse epistulam ostendit Mommsenus* (*u. ad p.* 183, 2); *cum Sternkopfio l. l. p.* 35 *uerba* id nunc, ut opinionem habeas reorum, ferendum est — *sic tradita emendanda esse coniecit* — *epistulae* XVII *attribui* reperio nunc . . . rerum . . . est. Quaeris *uno tenore* **ΔNPIA**$^2$**c***Rom.*

EP. XVIII. *Desunt* **E** *usque ad* omnino *u.* 8, **GHV** *usque ad* amo *u.* 14 5 ego **ΔIA**$^2$c*Rom.* ergo **NP** gesserim **bsPA**$^2$c*Rom.* cesserim **MdmNI** 8 *post* omnino *puncto dist. Rom.*, *nota interrogandi* **MI**, *post* absolutus **A**$^2$**c**, *uulg.*, *om. rell.* ΠΟΡΠΑΠΥΜΝΑ **MmPZ**$^b$**c** *index Gracc. Crat.* (*sed* -ΜΗΑ **m**, -ΠΙΜ- **P**) *om.* **bdsA**$^2$*Rom.* γοργεῖα γυμνά *Bosius, alii alia* 9 accusatorum] *accedit* **E**, *u. p.* 186, 6 10 f. **ms** T. *uel* t. **Mb dENP** Ter. **IA**$^2$**c** Fabii *Rom.* 11 ac tamen *Wesenb. l. l. p.* 101: attamen **ΩIA**$^2$**c***Rom.; cfr ad p.* 133, 11 xxii **I** 12 xxviii **A**$^2$**c***Rom.* 14 fers. belle mehercule **Ec** (*sed* ? **c**) fers uellem hercule **O**$^1$**P** fert uellem me hercule **N** ferre uellem. hercule **ΔO**$^2$**I***Rom.* (*sed* ? **I***Rom.*) fers? belle hercule **A**$^2$ uideres *ante* et *add.* **P** 15 amisimus] *accedunt* **GHV**, *u. p.* 186, 6, 187, 3 omnem non modo **Σ***Ant.***Z**$^b$**c** non modo omnem **Δ**(*sed* non modo *om.* **M**$^1$, *add.* **M**$^2$, *ut uid.*)*Rom.* non omnem modo **IA**$^2$ *cfr ad p.* 128, 13 ac] et **sH***Rom.*

guinem sed etiam colorem et speciem pristinam ciuitatis. nulla est res publica, quae delectet, in qua adquiescam. idne igitur, inquies, facile fers? id ipsum; recordor enim, quam bella paulisper nobis gubernantibus ciuitas fuerit, quae mihi gratia relata sit. nullus dolor me angit unum omnia posse; dirumpuntur ii, qui me aliquid posse doluerunt. multa mihi dant solacia, nec tamen ego de meo statu demigro, quaeque uita maxime est ad naturam, ad eam me refero, ad litteras et studia nostra. dicendi laborem delectatione oratoria consolor. domus me et rura nostra delectant. non recordor, unde ceciderim, sed unde surrexerim. fratrem mecum et te si habebo, per me ista pedibus trahantur; uobis ἐμφιλοσοφῆσαι possum. locus ille animi nostri, stomachus ubi habitabat olim, concalluit; priuata modo et domestica nos delectant. miram securitatem uidebis, cuius plurimae mehercule partes sunt in tuo reditu. nemo enim in terris est mihi tam consentientibus sensibus.

3 Sed accipe alia. res fluit ad interregnum, et est non

1 et] ac **mPV***Rom.* 2 et rei p(ublice) **GHN** a(c)quiescam **M**$^{2}$**bd msEOVIA**$^{2}$**c***Rom.* a(c)quiescat **M**$^{1}$**GHN** (*superscr.* al'. et c$^{S}$ scam **M**$^{2}$) adquiescas **P** 3 fers **EO**$^{1}$**PVIA**$^{2}$**c** fert **N** fer **GH** ferri **ΔO**$^{2}$*Rom.* 5 sit] est **H** est sic **N** 6 possedi. Rumpuntur **M**$^{1}$**bdO**$^{2}$, *corr.* **M**$^{3}$ posse. disrumpuntur **M**$^{2}$**msO**$^{1}$**PIA**$^{2}$**c***Rom.* posse aliquid **OVIA**$^{2}$**c** 8 maxime est **MmkGHIA**$^{2}$**c** est maxime **OPV***Rom.* maxima est **bdsN** 9 referam **bds** ad *Lambinus:* et **Ω**(*praet.* **V**)**IA**$^{2}$**c***Rom.* id est **V** 11 addelectant **V** 12 mecum] meum **N** meum mecum **s** isti *Gulielmius, plerique edd.* 13 trahantur *Malaspina* (*coll. ep.* VII 32, 2): trahuntur **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.* ἐμφιλοσοφῆσαι **A**$^{2}$**c** ΕΝΦΙΛΟϹΟΦΗϹΑΙ (ἐνφ-) **ΔGP***Rom.* συμφιλοσοφῆσαι *coni. Or.-Bait.; cfr. tamen Tyrr.-Purs. ad h. l.* *adscr.* philosophari **M***corr.***ds** *uerba* locus . . . concaluit *adfert Nonius p.* 90, 2 *M.* 14 habitabat **Ω***Rom.* hebetabat **IA**$^{2}$**c** habitat *Nonius* concalluit *Rom.* concaluit **Ω**, *Non.* concaluit ut digerat multa cruda facilius **IA**$^{2}$**c** 17 enim in terris **EV***Rom.* enim (*sequ. spat.*) in terris **bdsH** enim ΔΕΡΡΙϹ (*uel* δέρρις) in terris **M**$^{1}$**mGPA**$^{2}$**c** enim (*sequ. lineis distortis*) in ceteris **N** *super* terris *adscr.* al.' ceteris **M**$^{2}$ *uox Graeca ex* 19, 1 (*p.* 192, 18) *uidetur adscita; fort. librarius archetypi duo folia uerterat, post primam uocem scriptam se errauisse sensit* 18 sed *eqs. usque ad Graeca uocabula p.* 191, 14 *om.* **EGH** fluit *Manutius:* fuit **ΔNPVIA**$^{2}$**c***Rom.*

nullus odor dictaturae, sermo quidem multus; qui etiam Gabinium apud timidos iudices adiuuit. candidati consulares omnes rei ambitus. accedit etiam Gabinius; quem P. Sulla non dubitans, quin foris esset, postularat contra dicente et nihil obtinente Torquato. sed omnes absoluentur, nec posthac quisquam damnabitur, nisi qui hominem occiderit. hoc tamen agitur seuerius, itaque indicia calent. M. Fuluius Nobilior condemnatus est; multi alii urbani ne respondent quidem.

Quid aliud noui? etiam. absoluto Gabinio stoma- 4
chantes alii iudices hora post Antiochum Gabinium nescio quem ⟨e⟩ Sopolidis pictoribus libertum, accensum Gabini, lege Papia condemnarunt. itaque dixit statim † res p. lege maiestatis ΟΥϹΟΙΜΡΙϹΑΜΑΦΙΗΙ. Pomptinus uult a. d. IIII Non. Nou. triumphare. huic obuiam Cato et Seruilius praetor⟨es⟩ ad portam et Q. Mucius tribunus. negant enim latum de imperio, et est latum hercule insulse. sed erit cum Pomptino Appius consul. Cato tamen adfirmat se uiuo illum non triumphaturum. id ego puto ut multa eiusdem ad nihil recasurum. Appius sine lege suo sumptu in Ciliciam cogitat.

3 etiam] M. **P** 4 fortis essent **F** 7 indicia **MbdNVZ**$^{l}$ iudicia **msPIA**$^{2}$**c***Rom.* 8 nobilior **M**$^{2}$**bdmsNIA**$^{2}$**c***Rom.* nobilius **M**$^{1}$**PV**$^{1}$ nobilis **V**$^{2}$ est] est et **PV** suburbani **P** 10 etiam *Acidalius:* et tamen **ΔNPVIA**$^{2}$**c***Rom.* 12 e *add. Bosius* de *coni. Muellerus* Sopolidis *uel* ropolidis **Z**$^{b}$ ropolidis **Z**$^{l}$ solidis **ΔNPVIA**$^{2}$**c***Rom.*; *cfr Plin. H. N.* XXXV 148 pictoribus **ΔNVZ**$^{bl}$**A**$^{2}$**c***Rom.* pectoribus **PA**$^{2}$(*in marg.*) praetoribus **IA**$^{2}$ (*in marg.*) 13 dixi **s** r(es) p. lege **ΔNPV***Rom.* rem p. laesae **I** reus laesae **A**$^{2}$**c** reus P. (*i. e.* Papia) lege *Bosius* 14 ΟΥϹΟΙΜΡΙϹΑΜΑΦΙΗΙ **MmPc** (*sed* -ΦΙΗ **c**) *om.* **bdsA**$^{2}$*Rom.* *uaria temptarunt, uelut* οὔ σ' οἶδ' Ἄρης ἅμα Παφίῃ *Bosius* Pomptinus] *accedunt* **EGH** 16 praetores *Corradus* (*coll. ad Q. fr.* III 4, 6; *cfr etiam* II 1, 1): praetor **Ω***Rom.* praetor it **IA**$^{2}$**c** (*sed* Pr. **A**$^{2}$**c**) ad portam **bdsEGO**$^{1}$**PVI** a porta **M**$^{1}$**mNO**$^{2}$ (*lineolam nasalem super* -a *add.* **M***corr., ut uid., praepositione non mutata*) aperte **A**$^{2}$**c***Rom.* apposita **H** trib(unus) p(l). **IA**$^{2}$**c** negant **EPVIA**$^{2}$**c** negat **ΔGHN***Rom* 17 hercule *om.* **bds** 18 se affirmat **bds** 19 triumphaturum **M**$^{2}$**c**$^{s}$**bdsΣ***Rom.* triumphare (*ex u.* 15) **M**$^{1}$**mIA**$^{2}$**c** *cfr Comm. Tull. p.* 34 id ego . . . reportabant *p.* 192, 5 *om.* **GH** 20 ad nihilum *mauult Siesbyeus ap. Madu. Adu.* III *p.* 174

5 A Quinto fratre et a Caesare accepi a. d. VIIII Kal. Nou. litteras datas a litoribus Britanniae proxime a. d. VI Kal. Octobres. confecta Britannia, obsidibus acceptis, nulla praeda, imperata tamen pecunia exercitum ex Britannia reportabant. Q. Pilius erat iam ad Caesarem profectus. tu, si aut amor in te est nostri ac tuorum aut ulla ueritas, aut si etiam sapis ac frui tuis commodis cogitas, aduentare et prope adesse iam debes. non mehercule aequo animo te careo; te autem quid mirum, qui Dionysium tanto opere desiderem? quem quidem abs te, cum dies uenerit, et ego et Cicero meus flagitabit. abs te proximas litteras habebam Epheso a. d. V Id. Sext. datas.

## XIX

## CICERO ATTICO SAL.

1 O exspectatas mihi tuas litteras! o gratum aduentum! o constantiam promissi et fidem miram! o nauigationem amandam! quam mehercule ego ualde timebam recordans superioris tuae transmissionis δέρρεις. sed, nisi fallor, citius te, quam scribis, uidebo. credo enim te putasse tuas mulieres in Apulia esse; quod cum secus erit, quid te

2 datas a licoribus **E** data salitoribus **ΔNVIA**$^2$**c***Rom.* data a litoribus **P** *uerba* datas . . . Oct. *huc transposuit Klotzius: post* pecunia *u.* 4 *habent* **ΩIA**$^2$**c***Rom.* proxime *Sternkopfius l. l. p.* 37, *Neue Jahrb. f. d. kl. Alt.* XXIII (*a.* 1909) *p.* 650: proximo **ΩIA**$^2$**c***Rom.* 4 imperat **MbdmO**$^2$ *Rom.* ex **PVF** e *Ant.* ē (*i. e.* est) **N** a **c** *om.* **ΔEIA**$^2$*Rom.* 5 reportabunt **N** Q.] *accedunt* **GH** 6 aut *om.* **bs** nostri **NF**, *Manutius:* noster **PVIA**$^2$**c** non **ΔG***Rom.* l'nrm̄ **E** *om.* **H** ac tuorum **ENPVIA**$^2$**c** actu horum **M**$^1$**ms** auctorum **M**$^3$**bdG** aut auctor **H** actus horum *Rom.* nulla **ΔNV***Rom.* 7 etiam si **OPV**, *Schuetzius* 9 quid ain? ysium **M**$^1$**m** (*sed* is- **m**) quid dionysium **M**$^3$**bd** 11 abs] *noua ep.* **M**$^4$ et abs **PV** abs . . . datas *om.* **E** 12 Vale *add.* **PA**$^2$**c**

EP. XIX. *Noua ep.* **EOPVIA**$^2$**c** *superiori adnectunt* **ΔGHN***Rom.* *uerba* O exspectatas . . . Gabinium 193, 5 *desunt in* **V**, *qui h. l. ep.* 17, 1—3 *habet* 17 tumebam **Mdm** 18 ΔEPPIC **M**$^1$**mGP** δέρριϲ **bdc** *om.* **sA**$^2$*Rom.* ni **bds** 19 te *post* scribis *Rom.* scribis **ΩIC***Rom.* scribo **A**$^2$**c** tuas *om.* **M**$^1$**m***Rom.*, *add.* **M**$^3$

Apulia moretur? num Vestorio dandi sunt dies et ille Latinus ἀττικισμὸς ex interuallo regustandus? quin tu huc aduolas et inuisis * illius nostrae rei publicae germanae? † putaui de nummis ante comitia tributim uno loco diuisis palam, uide absolutum Gabinium ||† dictaturam fruere iustitio et omnium rerum licentia. perspice aequitatem 2
animi mei et ludum et contemptionem Selicianae unciae et mehercule cum Caesare suauissimam coniunctionem — haec enim me una ex hoc naufragio tabula delectat —: qui quidem Quintum meum tuumque, di boni! quem ad modum tractat honore, dignitate, gratia! non secus ac si ego essem imperator. hibernam legionem eligendi optio delata commodum, ut ad me Quintus scribit. hunc tu non ames? quem igitur istorum?

1 memoretur **M**$^3$(*del.*)**GH** num *Pluygersius Mnem.* IX (*a.* 1881) *p.* 127: nam **M**$^3$**bdsΣIA**$^2$**c***Rom.* *om.* **M**$^1$**m** an *Sternkopfius l. l. p.* 39 et ille . . . licentia *u.* 6 *om.* **GH** dies Ex fratris *eqs. p.* 183, 14 *uno tenore* **GH** latinus **ENPIA**$^2$**c** latinas **Δ***Rom.* 2 ΥΤΙΚΙCΜΟC **M**$^1$**P** (*sed* ΥΤΗΚ-**P**) ἀττικισμός **M***corr.***bdmsA**$^2$**c***Rom.* *adscr.* atticus mos **M***corr.***ds** εὐτυχισμός *coni. Ellisius Hermath.* VI (*a.* 1887) *p.* 136 *sqq.* 3 aduolas et] aduolasset **N** aduolas. sed **ΔIA**$^2$**c***Rom.* aduolasses et **P** aduolas etc. Cognosce cetera *eqs. p.* 183, 14 *uno tenore* **E** *uerba* et inuisis . . . licentia *u.* 6 *om.* **E**
*excidisse* imaginem *ante* illius *suspicatur Sternkopfius l. l., post* germanae *Wesenb. Em. alt. p.* 102, *qui etiam* umbram *uel* simulacrum *coni.* germane **Δ**(*sed* Ger- **M**)**NPIA**$^2$**c***Rom.*(*sed* -nae **c**) germa **Z**$^b$ γεράνδρυον *Politianus; cfr Ellisius l. l., Tyrr.-Purs.* II$^2$ *Add. p.* 275 4 putaui de **ΔNPI** *Rom.* putaui D. C. **A**$^2$**c** peti uide *Manutius, Sternkopfius l. l., item* uide *pro* inde *u.* 5 diuersis **m** 5 Gabinium detur esse ualiturum *eqs. p.* 183, 2 *uno tenore* **ΔNPIA**$^2$**c***Rom.* (*desunt* **EGHV**) et eo magis nunc cociace (*p.* 187, 2) dictaturam *uel similia uno tenore* **ΔNPVZ**$^b$**IA**$^2$**c***Rom., u. ad p.* 183, 2
dictaturam] *accedit* **V** (*sed* -ra) dictatum **Z**$^b$ fruere **MbdN**(?)**PV** fouere **s** fauere **mIA**$^2$**c***Rom.* fluere **Z**$^b$ Gabinium, || dictaturam feruere *Mommsenus* Gabinium, || dictaturam frui uide *Schicheus Jahresber. d. ph. Ver. a.* 1908 *p.* 56 *sq.* Gabinium, || olface dictaturam, fruere *Sternkopfius l. l. p.* 40; *alii alia* 6 iustitiae **I** perspice] *accedunt* **EGH** 7 contentionem **HIA**$^2$**c***Rom.* selicianae **C** seleucian(a)e **ΔENIA**$^2$**c***Rom.* seleptiane **P** seleutice **GH** ceciliane **V** unciae **C** prouinciae **ΩIA**$^2$**c***Rom.* Felicianae unciae *Tyrrellus coll. ad Q. fr.* III 7 (9), 8, *fort. recte* 12 deligendi **m** deligendum *Rom.* *cfr Sternkopfius Neue Jahrb. f. d. kl. Alt.* XXIII (*a.* 1909) *p.* 661 13 Quintus] Q. **ENPV** quod **I** *om.* **ΔGHA**$^2$**c***Rom.* scribis **sH**

Sed heus tu, scripseramne tibi me esse legatum Pompeio et extra urbem quidem fore ex Id. Ianuariis? uisum est hoc mihi ad multa quadrare. sed quid plura? coram, opinor, reliqua, ut tu tamen aliquid exspectes. Dionysio plurimam salutem, cui quidem ego non modo seruaui sed etiam aedificaui locum. quid quaeris? ad summam laetitiam meam, quam ex tuo reditu capio, magnus illius aduentus cumulus accedit. quo die ad me uenies, tu, si me amas, apud me cum tuis maneas.

4 opinor **ΩC***Rom.* opperior **IA²c** 7 ex *ante* illius *add.* **IA²c** aduentus **Ω**(*praet.* **P**)*Rom.* aduentu **PIA²c**, *fort. recte* 8 accedit **ΩIA²** *Rom.* accedet **c** tu *Faërnus:* ut **ΔGH***codd.Mal.Rom.* Et **N** *om.* **EPVIA²c** *cfr ad p.* 159, 7 9 Vale *add.* **IA²c***Rom.*

MARCI ·TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER IIIJ. EXPLICIT. INCIPIT LIBER. V. (*mixtis litt. maiusc. et minusc.*) **M** M . TVLLII . CICERONIS . EPISTOLARVM . AD ATTICVM . LIBER . QVARTVS . EXPLICIT . INCIPIT . QVINTVS **m** M . TVLLII . CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER. IIII. FINIT QVINTVS INCIPIT **b** M. T. C. EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER QVINTVS INCIPIT LEGE FELICITER **d** EXPLICIT LIBER QVARTVS AD ATTICVM. M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER QVINTVS INCIPIT FELICITER **s** Explicit lib'. ııı' . Incipit lib'. V **E** liber quartus ad athicum exsplic̄. incipit quintus ad eumdem **N** M. T. CI. AD AT. EPISTOLARVM LIBER QVARTVS EXPLICIT INCIPIT QVINTVS AD EVNDEM FELICITER **P** MARCI . TVLLI . CICERONIS . EPISTVLARVM . AD . ATTICVM . LIBER . QVARTVS . EXPLICIT . INCIPIT . QVINTVS . FOELICITER **V** M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM LIBER QVINTVS **A²c** (*sed* MARCI TVLLII **c**) M. Tul. Ciceronis Epistolarum ad T. Pomponium Atticum. Li. V *Rom.* *pauca uestigia subscriptionis habet* **O** *om.* **GHI**

# TABULA CHRONOLOGICA

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| EP. I: | 1 | Roma | paulo ante XVI Kal. Sext. | a. 689/65 [1] |
| | 2 | » | paulo post ep. 1 | » |
| | 3 | » | | ex. a. 687/67 |
| | 4 | | | in. a. 688/66 |
| | 5 | | paulo ante VIII Kal. Dec. | a. 686/68 [2] |
| | 6 | » | paulo post » » » | » |
| | 7 | | ante Id. Febr. | a. 687/67 |
| | 8 | » | post » | » |
| | 9 | » | m. Mart. aut Apr., ut uid. | |
| | 10 | ex Tusculano ante m. Quint. | | » [3] |
| | 11 | Roma | m. Quint. aut Sext. | » |
| | 12 | » | Kal. Ian. | a. 693/61 |
| | 13 | Roma | VI Kal. Febr. | » |
| | 14 | » | Id. Febr. | » |
| | 15 | » | Id. Mart. | » |
| | 16 | » | ex. m. Iun. aut in. m. Quint. | » |
| | 17 | » | Non. Dec. | » |
| | 18 | » | XI Kal. Febr. | a. 694/60 |
| | 19 | » | Id. Mart. | » |
| | 20 | » | paulo post IIII Id. Mai. | » |
| II: | 1 | Roma, ut uid. m. Iun. | | » |
| | 2 | ex uilla, fort. Antio m. Dec., ut uid. | | » |
| | 3 | | » | |
| | 4 | Antio | in. m. Apr. | a. 695/59 [4] |

[1] *De ordine epistularum* I: 1—20, II: 1—3 *disseruit Sternkopfius Progr. Elberf. a.* 1889 (*Ciceros Korrespondenz aus d. Jahr.* 68—60 *v. Chr.*).

[2] *Sternkopfius l. l. p.* 5: paulo ante IIII Kal. Dec.; *cfr ad p.* 12, 6. — *O. E. Schmidtius in ed. libri primi* exeunte m. Ian. a. 687/67 *epistulas* 5 *et* 6 *datas censet.*

[3] Ineunte m. Maio *Schmidtius.*

[4] *De epp.* II: 4—25, III: 1—27 *egit Sternkopfius Ann. Phil.* CXLV (*a.* 1892) *p.* 713 *sqq.* (*Ciceros Korrespondenz aus d. Jahr.* 59 *u.* 58). — *De epp.* 4—9 *cfr etiam O. E. Schmidtius, Ciceros Villen p.* 37 *sq.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| EP. II: | 5 | Antio | in. m. Apr. | a. 695/59 |
| | 6 | » | » | » |
| | 7 | | » | » |
| | 8 | » | med. » | » [1] |
| | 9 | » | » » | » |
| | 10 | ab Appi Foro | XII Kal. Mai. | » |
| | 11 | ex Formiano | c. X » | » |
| | 12 | a Tribus Tabernis | XII » | » [2] |
| | 13 | ex Formiano | c. VIII » | » |
| | 14 | ex Formiano | paulo post ep. 13, ut uid. | » |
| | 15 | » | c. III Kal. Mai. | » [3] |
| | 16 | » | Kal. Mai., ut uid. | » |
| | 17 | » | in. m. Maio | » |
| | 18 | Roma | m. Iun. aut in. Quint. | » |
| | 19 | » | med. m. Quint. | » |
| | 20 | » | » | » |
| | 21 | » | paulo post VIII Kal. Sext. | » |
| | 22 | » | post VIII Kal. Sext., ante XV Kal. Nou. | » |
| | 23 | | » | » |
| | 24 | | » | » |
| | 25 | » | m. Sept. aut in. Oct., ut uid. | » |
| III: | 1 | ex uilla, fort. ex Arpinati, | c. Kal. April. | a. 696/58 [4] |
| | 2 | Naribus Lucanis | VI Id. April. | » |
| | 3 | ex itinere, fort. Calatia, | c. Non. April. | » |
| | 4 | ex fundo Siccae, ut uid., | Id. April. | » |
| | 5 | Thuriis | IIII Id. April. | » |
| | 6 | de Tarentino | XIIII Kal. Mai | » |
| | 7 | Brundisio | prid. Kal. Mai. | » |
| | 8 | Thessalonica | IIII Kal. Iun. | » |
| | 9 | » | Id. Iun. | » |
| | 10 | » | XIIII Kal. Quint. | » |
| | 11 | » | IIII Kal. Quint. | » |
| | 12 | » | XVI Kal. Sext. | » |
| | 13 | » | Non. Sext. | » |

[1] 'II 8 vermutlich am 16., II 9 am 18. april', *Sternkopfius l. l. p.* 717.

[2] *Scripta est haec ep.* XIII *Kal., data* XII *Kal.*

[3] *Epistulas* 11, 13, 14, 15 *inter* XI *et* III *Kal. Maias datas esse ostendit Sternkopfius l. l.*

[4] *De epp.* III: 1 *sqq. disputauit Cl. L. Smithius, Harv. Studies* VII (*a.* 1896) *p.* 65 *sqq. (Cicero's journey into exile); cfr etiam Sternkopfius, Woch. f. kl. Phil.* XIV (*a.* 1897) *p.* 708 *sqq., Philol.* LXI (*a.* 1902) *p.* 65.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| EP. III: | 14 | Thessalonica | XII Kal. Sext. | a. 696/58 | |
| | 15 | » | XIIII Kal. Sept. | » | |
| | 16 | » | XII Kal. Sept. | » | |
| | 17 | » | prid. Non. Sept. | » | |
| | 18 | » | medio m. Sept. | » | |
| | 19 | » | XVI Kal. Oct. | » | |
| | 20 | » | IIII Kal. Oct. | » | [1] |
| | 21 | » | V Kal. Nou. | » | |
| | 22 | Dyrrhachio | VI Kal. Dec. | » | [2] |
| | 23 | » | prid. Kal. Dec. | » | |
| | 24 | » | IIII Id. Dec. | » | |
| | 25 | » | post IIII Id. Dec., ante II Kal. Ian. | » | [3] |
| | 26 | » | m. Ian. | 697/57 | |
| | 27 | » | » | » | |
| IV: | 1 | Roma | med. m. Sept. | » | |
| | 2 | » | in. m. Oct. | » | |
| | 3 | Roma | VIIII Kal. Dec. | » | [4] |
| | 4 | » | III Kal. Febr. | 698/56 | |
| | 4a | Antio | m. Apr., ut uid. | » | [5] |
| | 5 | » | » | » | |
| | 6 | ex Arpinati, ut uidetur | m. Apr. aut Mai. | » | [6] |
| | 7 | » | » | » | |
| | 8 | Antio | » | » | |
| | 8a | fort. ex Tusculano | c. Id. Nou. | » | [7] |
| | 9 | Neapoli | IIII Kal. Mai. | 699/55 | [8] |
| | 10 | ex Cumano | VIIII Kal. Mai. | » | |

---

[1] *Sternkopfius Woch. f. kl. Phil.* XII (*a.* 1895) *p.* 1226.

[2] *Scripta est haec epistula partim Thessalonicae, partim Dyrrhachi.*

[3] *Epp.* 25—27 *tractauit Sternkopfius Philol.* LXVI (*a.* 1907) *p.* 317 *sqq.; de ep.* 26 *cfr etiam Drumannus, Gesch. Roms*[2] II *p.* 553.

[4] VIII Kal. Dec. *uulg.; u. ad p.* 157, 17.

[5] *Koernerus, De epp. a Cic:e post reditum . . datis* (*Misniae* 1885) *p.* 17 *epp.* 4 a *et* 5 *iam in. Martio datas censet; cfr tamen Schmidtius, Ciceros Villen p.* 38.

[6] *Cfr Koernerus l. l. p.* 20: inter Id. Apr. et c. a. d. XV Kal. Mai.; *Schmidtius l. l. p.* 43: 'geschr. auf dem Arpinas am 14. April 56'.

[7] *Koernerus l. l. p.* 26.

[8] *Cum de ordine ac tempore epp.* 9—11 *non satis constet, duce Pursero* (*in ed. min.*) *nihil aliud quam dies traditos adscripsi. Cfr Tyrr.-Purs.* II[2] *p.* 269 *in Add.; Muehllius, Iuuenes dum sumus, Aufsätze d.* 49. *Vers. deutsch. Phil. u. Schulm. dargebr. Basileae* 1907, *p.* 76.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| EP. IV: | 11 | ex Cumano | V Kal. Mai. | 699/55 |
| | 12 | fort. Antio | m. Mai. | » [1] |
| | 13 | ex Tusculano | med. m. Nou. | » [2] |
| | 14 | ex Cumano | med. m. Mai. | 700/54 [3] |
| | 15 | Roma | VI Kal. Sext. | » |
| | 16 | » | c. Kal. Quint. | » |
| | 17 | | Kal. Oct. | » |
| | 18 | » | ex. m. Oct. | » |
| | 19 | » | ex. m. Nou. uel m. Dec. | » |

[1] *O. E. Schmidtius l. l. p.* 39.

[2] *Drumannus, Gesch. Roms*² III *p.* 257, 801.

[3] *De epp.* 14—19 *uberius disseruit Sternkopfius Herm.* XL (*a.* 1905) *p.* 1 *sqq., p.* 42 *sq.*

---

## CORRIGENDA

| | | | |
|---|---|---|---|
| p. 17, 16 | | *leg.* | delere, quam |
| 27, 8 | *in app. crit.* | » | tecto **$M^3\Sigma$** |
| 55, 21 | » | » | *alii* |
| » | » | | *post.* 21 *del.* |
| 77, 1 | » | | ereptis *etiam* **I** |
| 78, 20 | » | | exspectare **GH** |

(2)

COLLECTIO SCRIPTORVM VETERVM VPSALIENSIS

# M. TVLLI CICERONIS AD ATTICVM

## EPISTVLARVM LIBRI SEDECIM

RECENSVIT

H. SJÖGREN

FASCICVLVS SECVNDVS

LIBROS V—VIII CONTINENS

GOTOBVRGI
ERANOS' FÖRLAG

MDCCCCXXIX

# M. TVLLI CICERONIS AD ATTICVM

## EPISTVLARVM

LIBRI V—VIII

RECENSVIT

**H. SJÖGREN**

VPSALIAE
TYPIS DESCR. APPELBERGS BOKTRYCKERI A.-B.
MDCCCCXXIX

# INDEX SIGLORVM

*Codices Italici:*

**E** = cod. Ambrosianus E 14 inf.

**G** = cod. Parisinus (in bibl. nationali, 'Nouv. Fonds') 16248.

**H** = cod. Landianus (in bibl. Placentina) 8.

**N** = cod. Laurentianus (Conu. Suppr.) 49.

**O** = cod. Taurinensis Lat. 495 (olim J. V. 34).

**P** = cod. Parisinus (in bibl. nationali) 8536.

**V** = cod. Palatinus (in bibl. Vaticana) 1510.

Σ = consensus codicum **EGHNOPV** aut omnium aut plurimorum; in quo numero codd. Antonianus (*Ant.*) et Faërni (**F**), quibus Malaspina usus est, ponendi sunt.

**M** = cod. Mediceus plut. XLIX: 18. — Correctiones uariis manibus ($\mathbf{M}^1$, $\mathbf{M}^2$, $\mathbf{M}^3$, $\mathbf{M}^4$) adscriptae sunt; ubicumque res dubia uidebatur, **M***corr.* (i. e. **M** correctus uel Medicei corrector) scribendum putaui. $\mathbf{M}^1$ correctionibus non numquam praescripsit notam *al'*., $\mathbf{M}^2$ notas *al'*. uel *c8* ($\mathbf{M}^2$*al'*., $\mathbf{M}^2$*c8*).

**b** = cod. Berolinensis (ex bibl. Hamiltoniana) 168.

**d** = cod. Laurentianus (ex bibl. aedilium) 217.

**m** = cod. Berolinensis (ex bibl. Hamiltoniana) 166.

**s** = cod. Urbinas (in bibl. Vaticana) 322.

Δ = consensus codicum **Mbdms**.

Ω = consensus codicum Σ et Δ = archetypum codicum Italicorum.

*Codices Germanici et Gallici:*

**C** = lectiones in marg. ed:is Cratandrinae (u. infra).

**W** = fragmenta cod:is Wurceburgensis.

$\mathbf{Z}^b$ = codex Tornesianus teste Bosio.

$\mathbf{Z}^l$ = » » » Lambino.

Υ = archetypum codicum Germanicorum et Gallicorum.

*Editiones:*

**I** = ed. Iensoniana princeps. Venetiis 1470.

$\mathbf{A}^2$ = ed. Ascensiana altera. Parisiis 1522.

**c** = textus ed:is Cratandrinae. Basileae 1528.

*Rom.* = ed. Romana princeps. Romae 1470.

---

De codicum et editionum ratione u. praef. fasc:i I. Cod. **O** incendio uiolatum non licuit totum examinare. De locis stellula * notatis disputaui in commentatiuncula, quae inscribitur Ad Cic:is ep:as ad Att. adnotationes, Upsaliae MCMXXVII.

M. TVLLI CICERONIS

# AD ATTICVM

EPISTVLARVM

LIBRI V—VIII

# LIBER QVINTVS

## I

## CICERO ATTICO SAL.

Ego uero et tuum in discessu uidi animum et meo sum 1
ipse testis. quo magis erit tibi uidendum, ne quid noui decernatur, ut hoc nostrum desiderium ne plus sit annuum. de Annio Saturnino curasti probe. de satis dando uero te 2
rogo, quoad eris Romae, tu ut satis des. et sunt aliquot satisdationes secundum mancipium, ueluti Memmianorum

MARCI TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER.IIIJ. EXPLICIT. INCIPIT LIBER .V. (*mixtis litt. maiusc. et minusc.*) **M** M. TVLLII. CICERONIS. EPISTOLARVM. AD ATTICVM. LIBER.. QVARTVS. EXPLICIT. INCIPIT. QVINTVS **m** M. TVLLII. CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER. IIII. FINIT QVINTVS INCIPIT **b** M. T. C. EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER QVINTVS INCIPIT. LEGE FELICITER **d** EXPLICIT LIBER QVARTVS AD ATTICVM. M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER QVINTVS INCIPIT FELICITER **s** Explicit lib'. IIIJ'. Incipit lib'. V **E** liber quartus ad athicum exsplic̄. incipit quintus ad eumdem **N** M. T. CI. AD AT. EPISTOLARVM LIBER QVARTVS EXPLICIT INCIPIT QVINTVS AD EVNDEM FELICITER **P** MARCI. TVLLI. CICERONIS. EPISTVLARVM. AD. ATTICVM. LIBER. QVARTVS. EXPLICIT. INCIPIT. QVINTVS. FOELICITER **V** M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM LIBER QVINTVS **A$^2$c** (*sed* MARCI TVLLII **c**) M. Tul. Ciceronis ad T. Pomponium Atticum Epistolarum. Liber .V. *Rom.* *pauca uestigia inscriptionis habet* **O** *om.* **GHI**

EP. I. 4 meo] in eo **OPV** in meo **H** *u. Comm. Tull. p.* 86 6 ut] id **E** annuum **ΔGVIA$^2$c** animum **NP***Rom.* annuo **E** animo **H** 7 de . . . exspectetur *p.* 2, 4 *om.* **E** Annio] animo **HN** *Rom.* anno **G** uero *om.* **O$^1$PV** 9 secundum . . . exspectetur *p.* 2, 4 *om.* **GH** ueluti **M$^4$s** uel his tu **M$^1$bdmNPVI***Rom.* in his et **A$^2$c** memmianorum **PA$^2$c***Rom.* mennianorum **ΔO(?)VI** memenianorum **N**

I *Sjögren.*

praediorum uel Atilianorum. De Oppio factum est, ⟨ut⟩ uolui, et maxime quo⟨d⟩ $\overline{\text{DCCC}}$ aperuisti. quae quidem ego utique uel uersura facta solui uolo, ne extrema exactio nostrorum nominum exspectetur.

3 Nunc uenio ad transuersum illum extremae epistulae tuae uersiculum, in quo me admones de sorore. quae res se sic habet. ut ueni in Arpinas, cum ad me frater uenisset, in primis nobis sermo isque multus de te fuit. ex quo ego ueni ad ea, quae fueramus ego et tu inter nos de sorore in Tusculano locuti. nihil tam uidi mite, nihil tam placatum, quam tum meus frater erat in sororem tuam, ut, etiam si qua fuerat ex ratione sumptus offensio, non appareret. ille sic dies. postridie ex Arpinati profecti sumus. ut in Arcano Quintus maneret, dies fecit, ego Aquini, sed prandimus in Arcano. nosti hunc fundum. quo ut uenimus, humanissime Quintus P o m p o n i a, inquit, t u i n u i t a m u l i e r e s, e g o u e r o a s c i u e r o p u e r o s. nihil potuit, mihi quidem ut uisum est, dulcius, idque cum uerbis tum etiam animo ac uultu. at illa audientibus nobis e g o i p s a s u m, inquit, h i c h o s p i t a. id autem ex eo,

1 atilianorum **MbdsP***Rom.* (*sed* hati- **Md**) attilianorum **mNOVI**$A^2$**c** est ut uolui **s**$A^2$**c** est. uolui **MbdmVI** est uolui **N***Rom.* est nolui **P** 2 quod $\overline{\text{DCCC}}$] quod DCCC $A^2$**c** quo. dccc. **MbdmNOPVI** quod. ccc **s***Rom.* *cfr p.* 9, 5; 10, 13; 14, 8 quod de DCCC *Tyrrellus Hermath.* VII (*a.* 1890) *p.* 36 *coll. p.* 9, 5; *ad Herenn.* II 31, 50 appromisisti $A^2$**c** 3 actio $O^1$**PV** 4 nominum **NOPVC** omnium **Δ**$IA^2$**c***Rom.* 5 nunc $M^1$**mENO**$^1$**PV***Rom.* nunc uero $M^3$(*sed* uero *eras.*)**bdsGHO**$^2$**I**$A^2$**c** *accedunt* **EGH** 7 Arpinas Ω *codd. Mal.* $Z^1$*Rom.* Arpinum **I**$A^2$**c** 8 sermo est isque **E** 9 *prius* ego *om.* **V** 10 in Tusculano *om.* **G**, *post* inter nos *habet* **H** 11 quam tum] quantum **dm PV***Rom.* quam **bs** 12 sumptus **ENOPC***Rom.* sumpta **ΔVI**$A^2$**c** supradicta **GH** 13 ille sic dies **EO**$^1$**PVC** ille sic die **N***Rom.* ille. Sic die $M^1$**m** illo sic die $M^3$**bdGHO**$^2$**I**$A^2$**c** *om.* **s** *cfr ad Brut.* IX 5, 4 (= II 5, 4); *ep.* XI 13, 1 (*D. Brutus*) 14 Quintus ... Arcano *om.* **N** 16 humanissime *om.* $M^1$**mV***Rom.*, *add.* $M^3$ 17 uero *om.* $M^1$**m** $A^2$**c***Rom.*, *add.* $M^3$ (*sed post eras.*) asciuero Ω(*sed* adsc- **V**)*Rom.* acciuero $A^2$**c** acciam **I** 19 ac] et **I**$A^2$**c** 20 ipsa *om.* $M^1$**m** *Rom.*, *add.* $M^3$ (*sed post eras.*)

ut opinor, quod antecesserat Statius, ut prandium nobis
uideret. tum Quintus en, inquit mihi, haec ego patior
cottidie. dices: quid, quaeso, istuc erat? magnum; itaque 4
me ipsum commouerat; sic absurde et aspere uerbis uultu-
que responderat. dissimulaui dolens. discubuimus omnes
praeter illam, cui tamen Quintus de mensa misit. illa
reiecit. quid multa? nihil meo fratre lenius, nihil asperius
tua sorore mihi uisum est; et multa praetereo, quae tum
mihi maiori stomacho quam ipsi Quinto fuerunt. ego inde
Aquinum. Quintus in Arcano remansit et Aquinum ad
me postridie mane uenit mihique narrauit nec secum illam
dormire uoluisse et, cum discessura esset, fuisse eius modi,
qualem ego uidissem. quid quaeris? uel ipsi hoc dicas
licet, humanitatem ei meo iudicio illo die defuisse.

Haec ad te scripsi fortasse pluribus, quam necesse fuit,
ut uideres tuas quoque esse partes instituendi et monendi.
reliquum est, ut antequam proficiscare mandata nostra ex- 5
haurias, scribas ad me omnia, Pomptinum extrudas, cum
profectus eris, cures ut sciam, si⟨c⟩ habeas, nihil meher-
cule te mihi nec carius esse nec suauius. A. Torquatum
amantissime dimisi Minturnis, optimum uirum; cui me ad
te scripsisse aliquid in sermone significes uelim.

2 uideret **ΩC***Rom.* praeberet **IA**$^2$**c** en inquit] enim quid **P** enim inquit **GH** quid (*post spat. quattuor litt.*) **V** 3 quaeso *Manutius*: quasi **ΩIA**$^2$**c***Rom.* 5 discubuimus] distribuimus **P** describimus **HN** 6 cui] quam **V** de mensa *bis* **G** 8 et . . . fuerunt *om.* **bds** 12 et **EO**$^1$**PVIA**$^2$**c** *om.* **ΔGHNO**$^2$*Rom.* et *ante* fuisse *add.* **M**$^4$**s** 13 ipse **E** haec **m***Rom.* 14 ei **M***corr.***sEPIA**$^2$**c** et **M**$^1$**bdmGHNOV***Rom.* die *om.* **bd** fuisse **V** 15 haec *om.* **M**$^1$**m***Rom.*, *add.* **M**$^3$ 16 ut **M**$^1$**mEHNO**$^1$**PVA**$^2$**c***Rom.* ut tu **M**$^3$**bdsGO**$^2$**I** 17 reliquum . . . dabis *p.* 9, 15 *desunt in* **E** 18 Pomptinum **msOPV***Rom.* Pomtinum **M**$^1$**bd** Pontinum **GHNIA**$^2$**c** *uariant codd. etiam infra p.* 9, 14; 10, 18 *al. ll.* 19 sic **PIA**$^2$**c** si **ΔGNV***Rom.* sed **H** 20 esse] est **s** A.] At **H** ad **PV** *om.* **M**$^1$**m***Rom.*, *add.* **M**$^3$ 21 Minturnis **ΔVIA**$^2$**c***Rom.* Miturnis **G** mtuis **H** me uturnis **N** *om.* **P** *cfr C. I. L.* X *p.* 595 22 Vale *add.* **bdsIA**$^2$**c***Rom.*

## II

## CICERO ATTICO SAL.

1 A. d. vi Id. Maias, cum has dabam litteras, ex Pompeiano proficiscebar, ut eo die manerem in Trebulano apud Pontium; deinde cogitabam sine ulla mora iusta itinera facere. in Cumano cum essem, uenit ad me, quod mihi pergratum fuit, noster Hortensius; cui deposcenti mea mandata cetera uniuerse mandaui, illud prop⟨ri⟩e, ne pateretur, quantum esset in ipso, prorogari nobis prouincias. in quo eum tu uelim confirmes gratumque mihi fecisse dicas, quod et uenerit ad me et hoc mihi praetereaque si quid opus esset promiserit. confirmaui ad eam causam etiam Furnium nostrum, quem ad annum tribunum pl. uidebam fore.
2 habuimus in Cumano quasi pusillam Romam; tanta erat in his locis multitudo, cum interim Rufio noster, quod se a Vestorio obseruari uidebat[ur], strategemate hominem percussit; nam ad me non accessit. itane? cum Hortensius ueniret et infirmus et tam longe et Hortensius, cum maxima praeterea multitudo, ille non uenit? non, inquam. non uidisti igitur hominem? inquies. qui potui non uidere, cum per emporium Puteolanorum iter facerem? in quo illum

EP. II *om.* **E** 3 ex **GIA$^2$c** et **M$^1$dmHNOPV** e **M***corr.***bs***Rom.* 4 ea **IA$^2$c** trebullano **Mbd** *item alias* 8 mandaui **IA$^2$c** *Rom.* mandasti **ΩC** illud . . . laborarit *p.* 5, 4 *om.* **GH** proprie *Manutius*: prope **M$^1$bdm$^1$NPV***Rom.* probe **M$^2$c$^S$m$^2$sIA$^2$c** 9 prouinciam *Pius sed cfr Lehmannus Jahresber. d. phil. Ver.* XIV (*a.* 1888) *p.* 257 11 praeterea que si **NP** praeter ea qu(a)e si **MbdOVI** praeterea quod si **ms***Rom.* praeterea si **A$^2$c** 12 promisit **IA$^2$c***Rom.* Furnium **c** turnium **ΩIA$^2$** Turinum *Rom.* 15 se] scilicet **IA$^2$c** 16 uidebatur **ΩIA$^2$c***Rom.* strategemate *Victorius*: stragem alto (*sic*) **ΩI** (alto *in* altera *corr.* **M$^4$**) stratagemate alto **A$^2$c***Rom.* 16—17 percussit hominem **IA$^2$c** 18 et tam *Rom.* etiam **ΩI** tam **A$^2$c** et (*post* longe) **NOPV** *om.* **ΔIA$^2$c***Rom.* 19 multitudine **IA$^2$c** uenit **M***corr.***sVIA$^2$c** lenit **M$^1$bdmO** (?) leuit **NP** 20 uidisti] uidi. Est **PV** homo inquies quem **P** 21 cum *om. et add.* **M$^1$**

agentem aliquid, credo, salutaui, post etiam iussi ualere, cum me exiens e sua uilla, numquid uellem, rogasset. hunc hominem parum gratum quisquam putet? aut non in eo ipso laudandum, quod laudari non laborarit?

Sed redeo ad illud. noli[m] putare mihi aliam con- 3
solationem esse huius ingentis molestiae, nisi quod spero non longiorem annua fore. hoc me ita uelle multi non credunt ex consuetudine aliorum; tu, qui scis, omnem diligentiam adhibebis, tum scilicet, cum id agi debebit, cum ex Epiro redieris. de re publica scribas ad me uelim, si quid erit, quod operae. nondum enim satis huc erat allatum, quo[quo] modo Caesar ferret de auctoritate perscripta, eratque rumor de Transpadanis, eos iussos IIIIuiros creare. quod si ita est, magnos motus timeo. sed aliquid ex Pompeio sciam.

## III

## CICERO ATTICO SAL.

nemini ne minimo quidem sumptui. spero meos omnes seruire laudi meae. tamen magno timore sum, sed bene speramus. omnes iam nostri praeter Tullium tuum uenerunt. erat mihi in animo recta proficisci ad exercitum, aestiuos menses reliquos rei militari dare, hibernos iuris dictioni.

Tu uelim, si me nihilo minus nosti curiosum in re 3
publica quam te, scribas ad me omnia, quae sint, quae futura sint. nihil mihi gratius facere potes, nisi tamen id

2 eo *Bootius coll. p.* 26, 7; *cfr p.* 10, 7; *in Verr.* I 12, 34; *Fraenkelius Glotta* VIII *p.* 43 me amas *uulg.*: meas **ΔNOPZ**[1]**IA**[2]**c***Rom.* παράπηγμα *Tunstallus*: ΠΑΓΓΕΓΜΑ **Mm** ΠΑΤΤΕΤΜΑ **P** *om.* (*spat. rel.*) **bdsIA**[2] *Rom.* παράγγελμα **Z**[1](?)**c** 3 commouero **IA**[2]**c** interea tamen **NO Pc** tamen interea **ΔIA**[2]*Rom.* haec mihi quae uellem *Rom.* hec qu(a)e mihi qu(a)e uellem **MbdmNOP** hec que mihi uellem (*sed transpositis* mihi *et* uellem) **s** haec uellem quae mihi **IA**[2]**c** 4 adferebantur *Victorius*: adierabantur **Mbd** adierebantur **mO**[1] adnuntiabantur **sA**[2]**c***Rom.* adirabantur **N** audiebantur **P** adgerebantur **Z**[1], *non nulli codd. Bosi* adiiciebantur **O**[2]**I** otium] ocii in **M**[1]**bdO**[2] *om.* **N** parthicum **sIA**[2]**c***Rom.* p(h)art(h)inum **MbdmNOP** 6 Appio **s**[2]**A**[2]**c** oppio **ΔOPI** *Rom.* oppino **N** 7 *post* accep (*sic!*) *in fine uersus add. in marg.* it admirabiliter **M**[1] noster admirabiliter *post. uoce deleta* **M** fuit nemini minimo quidem sumptui **O** fuit ne minimo quidem sumptui **NP** nemini minimo quidem fuit sumptui **Mds** ne minimo quidem fuit sumptui **m** *Rom.* (*sed* nummo *Rom.*) nemini ne minimo quidem fuit sumptui **b**, *uulg.* ne minimo quidem sumptui fuit **IA**[2]**c** spero meos **mIA**[2]**c***Rom.* spero eos **M**[2](*suprascr.*)**M**[2]*al.*(*in marg.*)**bdsNO**[2] per meos **M**[1]**O**[1](?)**P** 10 speramus **P**, *Manutius*: paramus **ΔNIA**[2]**c***Rom.* omnes] *accedunt* **GH** 11 recte **M**[1], *corr.* **M**[3] recta uia **M***corr.*(*del.*)**m***Rom.* 12 uiris **M**[1], *corr.* **M**[2]**c**[S] uaris **GH** (-iis **H**) dictioni **msNPIA**[2]**c***Rom.* dictionis **MbdG** dictionibus **H** 14 te scribas] describas **M**[1], *corr.* **M**[2]*al.* tu scribas **N** quae ue futura **IA**[2]**c** quae futura sint *om.* **N** 15 tamen] tam m **M** tam **bdN**

erit mihi gratissimum, si, quae tibi mandaui, confeceris, imprimisque illud ἐνδόμυχον, quo mihi sci[e]s nihil esse carius. habes epistulam plenam festinationis et pulueris; reliquae subtiliores erunt.

## XV

## CICERO ATTICO SAL.

1 Laodiceam ueni pridie Kal. Sextiles. ex hoc die clauum anni mouebis. nihil exoptatius aduentu meo, nihil carius. sed est incredibile, quam me negotii taedeat. non habeat satis magnum campum ille tibi non ignotus cursus animi et industriae meae, praeclara opera cesset? quippe, ius Laodiceae me dicere, cum Romae A. Plotius dicat? et cum exercitum noster amicus habeat tantum, me nomen habere duarum legionum exilium? denique haec non desidero: lucem, forum, urbem, domum, uos desidero. sed feram, ut potero, sit modo annuum; si prorogatur, actum est. uerum perfacile resisti potest, tu modo Romae sis.

2 imprimisque *Manutius*: imprimis quid Ω(*sed* in primum **N**)**IA$^{2}$c***Rom.* ἐνδόμυχον *Victorius* (*coll.* V 21, 14): ЄNOMΥΛON **MmGP** (*sed* -MIaON **P**) ἐνόμιλον **C** ἐν ὁμίλῳ **A$^{2}$c** *om.* (*spat. rel.*) **bds***Rom.* scis **P** scies **MbdGHNOIA$^{2}$c** scias **ms***Rom.* *cfr* VIII 3, 5 *ex.* 4 Cura ut ualeas *add.* **O$^{1}$P**, Vale **IA$^{2}$c***Rom.*

EP. XV *om.* **E** 7 ex . . . mouebis *om.* **M$^{2}$***al.***bdmsGHO$^{2}$IA$^{2}$c***Rom.* (*supra* Ex *adscr.* al.va-, *supra* -bis *adscr.* -cat **M$^{2}$**) clauum anni mouebis *Bosius*: clauum (-uom) animo uerbis **MNO$^{1}$**(?)**Z$^{b}$** (*sed* clauom *in* clauo in *distinxit* **M***corr.*, al'. clauum *superscr.* **M$^{2}$**) animo urbis (*omisso* clauum *sed spat.* IV *litt. rel.*) **P** 8 Nam nihil **GH** optatius **c** 9 non] nam **H** ne **I** ne non **A$^{2}$c** *ante* non *in codd. praeter* **P** *distinguitur, item ante* ne *in uett. edd.* taedeat, non habeat . . . meae, praeclara . . . cesset. *Muellerus, fort. recte* habet **ms***Rom.* 10 cursus **M***corr.***bmsIA$^{2}$c***Rom.* cursum **M$^{1}$dΣ** 11 mea **GH** cesset **Mdm GHOCZ$^{l}$I***Rom.* cessent **A$^{2}$c** cessit **b** cessat **N**, *Graeuius* necesse est **s** Quippe ius **IA$^{2}$c** quippetus **NO$^{1}$**(?)**P** quippe et iis **MbdmO$^{2}$***Rom.* (his *Rom.*) quoque et ius **s** quippe . . . denique *u.* 14 *om.* **GH** 12 A. Plotius **IA$^{2}$c** aplotius **ΔNPO$^{2}$** (apolo- **O$^{1}$**) Apollicius *Rom.* 14 exulum **A$^{2}$c***Rom.* 16 annuum **ΔGNO***codd. Mal.***I***Rom.* annum **C** animum **P** animus **H** annuus **A$^{2}$c** 17 facile **bdA$^{2}$** Romae praesto sis **IA$^{2}$c**

Quaeris, quid hic agam. ita uiuam, ut maximos sumptus facio. mirifice delector hoc instituto. admirabilis abstinentia ex praeceptis tuis, ut uerear ne illud, quod tecum permutaui, uersura mihi soluendum sit. Appi uulnera non refrico, sed apparent nec occuli possunt. 2

Iter Laodicea faciebam a. d. III Non. Sext., cum has litteras dabam, in castra in Lycaoniam. inde ad Taurum cogitabam, ut cum Moeragene signis collatis, si possem, de seruo tuo deciderem. 3

Clítellae boui súnt impositae; pláne non est
nóstrum onus.

Sed feremus, modo, si me amas, sit annus, adsis tu ad tempus, ut senatum totum excites. mirifice sollicitus sum, quod iam diu mihi ignota sunt ista omnia. qua re, ut ad te ante scripsi, cum cetera tum res publica cura ut

1 uiuo **bds** 2 faciam **sG***Rom.* delector . . . possunt *u.* 5 *om.* **GH** 3 ut] aut **M**$^{1}$**bd**, *corr.***M**$^{2}$*al.* haud **O** 4 permutaui **bs** **IA**$^{2}$**c***Rom.* permulta ui (*uel* -taui) **MdmO** permulta in **N** per multam **P** uersuram **NOP** 5 refrico **A**$^{2}$**c***Rom.* reficio **ΔNOPI** 6 laodiceam **bds**$^{1}$ faciebam *ante* cum *transp.* **bds** 7 castra **sO** **PA**$^{2}$**c***Rom.* castro **MbdmGHNO**$^{2}$**I** inde ire ad **I** 8 Moeragene *Bosius* (*coll.* VI 1, 13): Mofragene **M**$^{2}$*al.***bdGNO**$^{1}$**PZ**$^{b}$ Mofragine **M**$^{1}$**msO**$^{2}$ Moffragine *Rom.* Monfragenes (*sequ.* ignis) **H** Mophragone **IA**$^{2}$**c** (*sed* -ene **c**) 9 deciderem *Manutius*: decedere **ΩI***Rom.* decernerem **A**$^{2}$**c** 10 *prouerbium* clitellae . . . onus *apud Ammian. Marc.* XVI 5, 10, *cfr Com. Rom. Fragm. p.* 144 *Ribb.*$^{3}$, *Otto 'Sprichwörter' p.* 57 clitell(a)e **IA**$^{2}$**c***Rom.* clitelle *corr. in* -llie **G** Clitele **H** Clitelie **N** clitelliae **Δ** clientelle **P** boui sunt **M**$^{3}$**bdsO**$^{2}$**IA**$^{2}$**c***Rom.* boni sunt **HO**$^{1}$ boui boui sunt **G** boni sunt sunt **N** bonis sunt **P** bouis ut **M**$^{1}$**m**, *corr.* **M**$^{3}$ plane *Ammian. Marc.* illa ne **M**$^{3}$**bdΣCZ**$^{b}$**I** illa **M**$^{1}$**msO**$^{2}$ illae **A**$^{2}$**c** ille *Rom.* 12 si . . . mirifice *u.* 13 *om.* **GH** sit annus **Δ** (*praet.* **s**)**NOPc***Rom.* sit annuus **s***codd.Mal.***IA**$^{2}$ sim annuus *Manutius cfr* V 13, 3; 17, 5 ut sit annus *coni. Sternkopfius*, si te a me amari uis (*coll.* I 20, 7; *ep.* III 9, 2) *Lehmannus* adsis tu ad **A**$^{2}$**c***Rom.*, *uulg.* at si tu ad **M**$^{2}$**bdsNO**$^{2}$**I** adsitua **M**$^{1}$**m** ac sis tu autem **P** *supra* adsitua *adscr.* uerbum est *man. rec.* **M**, *cfr Comm. Tull. p.* 57 At si tu ad tempus uerbum est **s** 13 totum *om.* **M**$^{1}$**s**, *add.* **M**$^{2}$ 14 iam *om.* **M**$^{1}$**m***Rom.*, *add.* **M**$^{3}$ tam **s** mihi ignota sunt **Σc** ignota sunt mihi **ΔI***Rom.* ignota sunt **A**$^{2}$ ista *om.* **IA**$^{2}$**c** 15 ante ad te **GH**

mihi nota sit. plura scribam ⟨alias; has sciebam⟩ tarde tibi redditu⟨m⟩ iri, sed dabam familiari homini ac domestico, C. Andronico Puteolano. tu autem saepe dare tabellariis publicanorum poteris per magistros scripturae et portus [et] nostrarum dioecesium.

## XVI

## CICERO ATTICO SAL.

1 Etsi in ipso itinere et uia discedebant publicanorum tabellarii et eramus in cursu, tamen surripiendum aliquid putaui spatii, ne me immemorem mandati tui putares. itaque subsedi in ipsa uia, dum haec, quae longiorem desiderant orationem, summatim tibi perscriberem.

2 Maxima exspectatione in perditam et plane euersam in perpetuum prouinciam nos uenisse scito prid. Kal. Sext., moratos triduum Laodiceae, triduum Apameae, totidem dies Synnade. audiuimus nihil aliud nisi imperata ἐπικεφάλια soluere non posse, ὠνὰς omnium uenditas, ciuitatum gemitus,

1 nota mihi **IA$^2$c** scribebam **M***corr.***bds** *uaria supplerunt, uelut* alias; has sciebam *Orellius* cum constitero; haec sciebam *Lehmannus in ed. Hofm.* alias *ante* tarde *add.* **A$^2$c** *cfr* VII 1, 1; *ep.* II 7, 3 redditum iri *Gronouius*: redditu iri **Z$^{bl}$** redditu ire **M$^3$G** reditu ire **H** redituro **ΔNIA$^2$c***Rom.* reddituro **O$^2$** rediturus **P** redditurus **O$^1$**(?) *cfr Schmalzius Ann. Phil.* CXLV (*a.* 1892) *p.* 79 *sq.*, *Berl. phil. Woch.* XXXI (*a.* 1911) *p.* 351 4 per magistris **M$^1$** 5 et *del. Manutius; cfr* ex *p.* 29, 10 dioecesum **c** Vale *add.* **A$^2$c***Rom.*

EP. XVI. *Accedit* **E** 10 spatii] spati **E** pati **M$^1$N**, *corr.* **M$^2$** *om.* **GH** 11 dum . . . immanis *p.* 29, 2 *om.* **GH** desiderant **sEO$^1$PIA$^2$c***Rom.* se deserant **Mbd** sedeserant **N** se desiderant **m** deserant **O$^2$** 13 in perditam] imperditam **M** impeditam **IA$^2$c** 14 in perpetuum *om.* **m***Rom.* uenisse **msEO$^1$P** inuenisse **MbdNO$^2$IA$^2$c** iam uenisse *Klotzius* 15 moratos **s**, *Faërnus*: moratus **Ω**(*praet.* **s**)**IA$^2$c***Rom.* apame(a)e **mA$^2$c***Rom.* apame **Mds** apami(a)e **bENO$^1$P** apaniae **O$^2$** Apanieæ **I** et totidem **IA$^2$c** 16 synnade **Δc** sinnade **NIA$^2$** *Rom.* synnadae **OP** (sinn- **P**) synirne **E** ἐπικεφάλαια **A$^2$c** epicephalia **Ω**(*sed* epy- **E**, -che- **N**)*Rom.* *cfr ep.* III 8, 5; *de re cfr Dessau Gesch. d. röm. Kaiserzeit* I *p.* 151 17 'ὠνὰς graecis litteris aut latinis Onas' *codd. Mal.* non posse onas **ΔNO$^2$***Rom.* non posse omnia **E** nam possessiones **P** possessiones **O$^1$** non posse: omnes possessiones **IA$^2$c**

ploratus, monstra quaedam non hominis sed ferae nescio cuius immanis. quid quaeris? taedet omnino eos uitae. leuantur tamen miserae ciuitates, quod nullus fit sumptus 3 in nos neque in legatos neque in quaestorem neque in quemquam. scito non modo nos foenum aut quod e lege Iulia dari solet non accipere, sed ne ligna quidem, nec praeter quattuor lectos et tectum quemquam accipere quicquam, multis locis ne[c] tectum quidem, et in tabernaculo manere plerumque. itaque incredibilem in modum concursus fiunt ex agris, ex uicis, ex domibus [ex] omnibus. ⟨itaque⟩ mehercule etiam aduentu nostro reuiuiscunt. iustitia, abstinentia, clementia tui Ciceronis [. itaque] opiniones omnium superauit.

Appius, ut audiuit nos uenire, in ultimam prouinciam 4 se coniecit Tarsum usque; ibi forum agit. de Partho silentium est, sed tamen concisos equites nostros a barbaris nuntiabant ii, qui ueniebant. Bibulus ne cogitabat quidem etiam nunc in prouinciam suam accedere; id autem facere ob eam causam dicebant, quod tardius uellet decedere. nos in castra properabamus, quae aberant bidui.

1 hominis **mEPIA**$^2$**c***Rom.* homines **MbdsNO** 2 Quid] *accedunt* **GH** omnino eos *Malaspina, uulg.*: omnium nos **ΩIA**$^2$**c***Rom.* hominum nos *Lehmannus* 5 e **EGNP** ex **H** de **MbdsO**$^2$ *om.* **mO**$^1$ **IA**$^2$**c***Rom.* 8 ne **OP** nec **ΔEGHNIA**$^2$**c***Rom.* tecum **H** rectum **E** 10 ex agris et uicis **HIA**$^2$**c** ex domibus omnibus **A**$^2$**c**, *Victorius*: ex domibus ex omnibus **ms***Rom.* ex domibus et omnibus **I** ex nominibus ex omnibus **MbdΣ** *de* ex *repetito cfr* et *p.* 28, 4; neque IV 17, 1, et *ep.* IV 4, 2 **M** 11 itaque *transposui ex u.* 12 (*ubi del. recc. edd.*), *quoniam* mehercule *initio sententiae Cic. numquam uidetur collocasse; u. M. Heumann, Vereinzelte Beiträge* (*Progr. Monac. a.* 1860) *p.* 20 et mehercule iam *Lambinus* reuiuescunt **MEG** reminscant **N** 12 clementia abstinentia **bds** tua **M**$^1$**GHN**, *corr.* **M**$^2$ tuạі **m** tuus **P** itaque] ita *Moserus, Tyrr.-Purs.* *cfr de re p.* VI 9, 9 15 ibique **IA**$^2$**c** 16 conscios **bd** 17 ne cogitabat **s** negotiabat **MbdmENP***Rom.* negotiabatur **G** negotiabat *et* -batur **O**$^2$, *ut uid.* negociabatur nunciabat **H** nuntiabatur **O**$^1$**IA**$^2$**c** 20 tridui *Schicheus Progr. Berolin. a.* 1897 *p.* 7; *cfr Hunterus Journ. of Rom. Stud.* III (*a.* 1913) *p.* 83 *sq.* Vale *add.* **IA**$^2$**c***Rom.*

## XVII

## CICERO ATTICO SAL.

1 Accepi Roma sine epistula tua fasciculum litterarum; in quo, si modo ualuisti et Romae fuisti, Philotimi duco esse culpam, non tuam. hanc epistulam dictaui sedens in r⟨a⟩eda, cum in castra proficiscerer, a quibus aberam bidui. paucis diebus habebam certos homines, quibus darem litteras; itaque eo me seruaui.

2 Nos tamen, etsi hoc te ex aliis audire malo, sic in prouincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, ut nullus terruncius insumatur in quemquam. id fit etiam et legatorum et tribunorum et praefectorum diligentia; nam omnes mirifice συμφιλοδοξοῦσιν gloriae meae. Lepta noster mirificus est. sed nunc propero. perscribam ad te paucis
3 diebus omnia. Cicerones nostros Deiotarus filius, qui rex a senatu appellatus est, secum in regnum. dum in aestiuis nos essemus, illum pueris locum esse bellissimum duximus.

4 Sestius ad me scripsit, quae tecum esset de mea domestica et maxima cura locutus et quid tibi esset uisum. amabo te, incumbe in eam rem et ad me scribe, quid et
5 possit et tu censeas. idem scripsit Hortensium de proroganda nostra prouincia dixisse nescio quid. mihi in Cumano diligentissime se, ut annui essemus, defensurum

EP. XVII *om.* **E** 3 Roma **M***corr.***bsIA**$^2$**c***Rom.* Rom(a)e **M**$^1$**dm GHNOP** sine littera tua **P** 6 reda **Ω***Rom.* rheda **IA**$^2$**c** 9 tam et si **N** tametsi **b** 11 nullus **msNO**$^1$**PA**$^2$**c***Rom.* nullius **Mbd GHO**$^2$(*ut uid.*)**I** teruncius **M**$^3$*al.'*(*ut uid.*)**A**$^2$**c** teruntius **sI***Rom.* terentius **M**$^1$**m** terrentius **P** terrencius **N** te rectius **M**$^3$**bdGH** 12 nam ... duximus *u.* 17 *om.* **GH** 13 CΥΗΦΗΛΟΛƷΟΙCΙΜ **P** (-CIM *etiam* **M**) *adscr.* cooperantur **M***corr.***ds** 15 qui *om.* **M**$^1$**I** 16 a **MmNOP***Rom.* ab **bdsIA**$^2$**c**, *uulg.* est *del. sed post add. in* **M** *om.* **I** 17 *post* essemus, *non ante* dum, *plenius dist.* **MdmA**$^2$**c***Rom.*, *utroque loco leuiter* **sP**, *non dist.* **bN**, *de* **O** *n. l.* diximus **N** duxeris **bd** 21 idem ... receperat *p.* 31, 1 *om.* **GH** Hortensius **bOPI** 22 dixisse **A**$^2$**c***Rom.* dixit **ΔNOPI** 23 se ... essemus] tenuissemus **P**

receperat. si quidquam me amas, hunc locum muni. dici non potest, quam inuitus a uobis absim; et simul hanc gloriam iustitiae et abstinentiae fore inlustriorem spero, si cito decesserimus, id quod Scaeuolae contigit, qui solos nouem menses Asiae praefuit.

Appius noster, cum me aduentare uideret, profectus 6
est Tarsum usque Laodicea. ibi forum agit, cum ego sim in prouincia. quam eius iniuriam non insector. satis enim habeo negotii in sanandis uulneribus, quae sunt imposita prouinciae; quod do operam ut faciam quam minima cum illius contumelia. sed hoc Bruto nostro uelim dicas, illum fecisse non belle, qui aduentu meo, quam longissime potuerit, discesserit.

## XVIII

## CICERO ATTICO SAL.

Quam uellem Romae esses, si forte non es! nihil enim I
certi habebamus nisi accepisse nos tuas litteras a. d. XIIII Kal. Sext. datas, in quibus scriptum esset te in Epirum iturum circiter Kal. Sextiles. sed siue Romae es siue in Epiro, Parthi Euphraten transierunt duce Pacoro, Orodis, regis Parthorum, filio, cunctis fere copiis. Bibulus nondum

1 muni **CZ**$^b$ ama **ΩIA**$^2$**c***Rom.* 3 illustriorem *Victorius*: iniustiorem **Ω**(*sed* in tristri-**N**)*Rom.* iustiorem **IA**$^2$**c** (*non* **M**$^2$) si] nisi si *Rom.* 4 solus nouem mensibus **P** 6 me *om.* **M**$^1$, *add.* **M**$^2$ 7 usque] iis que **M**$^1$, *corr.***M**$^2$*al.'* que **GH** Laodicea **A**$^2$**c** laodice(a)e **Ω**(*sed* -cie **NP**)**I***Rom.* *cfr ad p.* 12, 12 8 iniuriam **O**$^1$**PIA**$^2$**c***Rom.* inuria **ΔGHNO**$^2$ 10 quam minima cum **M**$^4$**s** quam inimicum **M**$^1$(?)**M**$^2$*al.'*(*del.*) **bdGHNOP** (*sed* que **P**) quam minimum **m** quam minima **IA**$^2$**c***Rom.* 11 haec **mc** uelim ut dicas **IA**$^2$**c** 13 cura ut ualeas *add.* **O**, Vale **IA**$^2$**c***Rom.*

EP. XVIII *om.* **E** 20 euphratem, -en, eufr- *codd.* transiuerunt **Δ**(*praet.* **m**)**IA**$^2$**c** pacoro **M***corr.***bmsNA**$^2$**c** parco **M**$^1$**d** part(h)o **GHI** paceoro **P** orodis **M***corr.***bdmsNA**$^2$**c***Rom.* ororodis **M**$^1$ ero rodis **G** horodi **P** herodis **HI** 21 regis parthorum **M**$^1$**GHNPIA**$^2$**c** parthorum regis **M***corr.***bdms***Rom.* fere **CZ**$^b$ referto **ΩIA**$^2$**c** *Rom.* (*sed* -rcto **bmP**, rep- **N**)

audiebatur esse in Syria; Cassius in oppido Antiochia cum omni exercitu; nos in Cappadocia ad Taurum cum exercitu ad Cybistra; hostis in Cyrrhestica, quae Syriae pars proxima est prouinciae meae. his de rebus scripsi ad senatum, quas litteras, si Romae es, uidebis putesne reddendas, et multa, immo omnia, quorum κεφάλαιον, ne quid inter caesa et porrecta, ut aiunt, oneris mihi addatur aut temporis. nobis enim hac infirmitate exercitus, inopia sociorum, praesertim fidelium, certissimum subsidium est hiems. ea si uenerit nec illi ante in meam prouinciam transierint, unum uereor, ne senatus propter urbanarum rerum metum Pompeium nolit dimittere. quod si alium ad uer mittit, non laboro, nobis modo temporis ne quid prorogetur.

2 Haec igitur, si es Romae; sin abes, aut etiam si ades, haec negotia sic se habent. stamus animis et, quia consiliis, ut uidemur, bonis utimur, speramus etiam manu. tuto consedimus, copioso a frumento, Ciliciam prope conspiciente, expedito ad mutandum loco, paruo exercitu, sed, ut spero, ad beneuolentiam erga nos consentiente. quem nos Deiotari aduentu cum suis omnibus copiis duplicaturi era-

1 Antiochia *Wesenb. Em. alt. p.* 105: ant(h)ioc(h)ie **ΔHNP***Rom.* antinocie **G** Antiochiae **IA²c**, *Schmalzius Antib.* II *p.* 697 Antiochia est *Heraeus Progr. Elberf. a.* 1881 *p.* 1 *sqq.*, *Becher Progr. Ilfeld. a.* 1888 *p.* 31, *Muellerus* (*sed* -iast), *fort. recte* *de* -iae *pro* -ia *cfr ad* V 8, 2 2 ad ... meae *u.* 4 *om.* **GH** 3 Cybistra **A²c** cibustra **NO¹***Rom.* tybustram **P** cibrustra **ΔO²I** Cyrrhesteica **c** chyrrhesteica **M** chyresteica **bds** chyrrestrica **m** Chirrhestica *Rom.* chiresteira (?) **N** chyriestrica (?) **P** Cirthesteica **IA²** *cfr* V 21, 2 4 proxima] prima **bs** scripsi ad senatum] *ep.* XV 1 5 putesne ... prorogetur *u.* 13 *om.* **GH** 6 κεφάλαιον **M***corr.***bdmsA²c***Rom.* ΚΕΦΑΛΙΟΝ **P** ΚΕΦΑΜΟΝ **M¹** *adscr.* summam **M***corr.*, summarium **ds** intercesa **M¹** intercessa **P** 7 porrecta **A²c** proiecta **ΔNOPCI***Rom.* *cfr Otto Sprichwörter p.* 63 9 hiemps **M¹** 12 mittat **N** 14 haec] *accedunt* **GH** es Romae **M¹mNOP***Rom.* Romae es **M***corr.***bdsGHIA²c**

16 manu in Amano tuto *Rom.* 17 copioso **M²***al.*'**msNPIA²c***Rom.* Quo piso **M¹bdO²** al.'copiis **M¹** (*ut uid.*) *in marg.* *om.* **O¹** copioso ... eramus *u.* 20 *om.* **GH** a *om.* **msO¹PIA²c***Rom.* 18 loco **Zᵇ** locum **ΔNOPIA²c***Rom.* exercito **Md**

mus. sociis multo fidelioribus utimur, quam quisquam usus
es[se]t; quibus incredibilis uidetur et nostra mansuetudo
et abstinentia. dilectus habetur ciuium Romanorum; fru-
mentum ex agris in loca tuta comportatur. si fuerit occa-
sio, manu, si minus, locis nos defendemus. qua re bono 3
animo es; uideo enim te et, quasi coram adsis, ita cerno
συμπάθειαν amoris tui. sed te rogo, si ullo pacto fieri
poterit, si integra in senatu nostra causa ad Kal. Ian. man-
serit, ut Romae sis mense Ianuario. profecto nihil acci-
piam iniuriae, si tu aderis. amicos consules habemus,
nostrum tribunum pl. Furnium; uerum tua est opus assi-
duitate, prudentia, gratia. tempus est necessarium. sed
turpe est me pluribus uerbis agere tecum.

Cicerones nostri sunt apud Deiotarum, sed, si opus 4
erit, deducentur Rhodum. tu, si es Romae, ut soles, dili-
gentissime, si in Epiro, mitte tamen ad nos de tuis aliquem
tabellarium, et ut tu, quid nos agamus, et nos, quid tu
agas quidque acturus sis, scire possimus. ego tui Bruti
rem sic ago, ut suam ipse non ageret. sed iam exhibeo
pupillum neque defendo; sunt enim negotia et lenta et
inania. faciam tamen satis, tibi quidem, cui difficilius est
quam ipsi; sed certe satis faciam utrique.

2 est *Faërnus*: esset **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.* uidetur **msGOPIA**$^{2}$**c***Rom.* uideretur **MbdHN** et nostra] nostra **N** nostra et *Kayserus*; *u. Comm. Tull. p.* 138 3 delectus **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.* 5 si] sin **A**$^{2}$**c** sed **P** 6 es] sis **bds** coram **P** 7 CΥΝΠΑΘΙΑΝ **MG** CΥΠΙΛΤΙΑν **P** *adscr.* compassionem **M***corr.***ds** pacto] facto **N** *om.* **GH** 8 in senatu **ΣIA**$^{2}$**c** in senatum **ΔO**$^{2}$*Rom.* 9 sis] essent **M**$^{1}$**bdΣ** esses **M** *corr.***msIA**$^{2}$**c***Rom.* 11 nostrum *Manutius*: nostros **MbdsHNOPIA**$^{2}$**c** *om.* **mG***Rom.* 12 tempus est nec. *om.* **P** 15 deducantur **P** adducentur **m***Rom.* 16 siue in **P** 17 et ut tu **ΣIA**$^{2}$**c** et ut **Mbd** ut et **ms***Rom.* *u. Comm. Tull. p.* 138 18 quidque a. sis *om.* **N** 19 suam **M***corr.***sNO**$^{1}$**PIA**$^{2}$**c** si iam **M**$^{1}$**bdmO**$^{2}$ sic iam **GH** si suam iam *Rom.* 22 cura ut ualeas *add.* **O**, Vale **IA**$^{2}$**c***Rom.*

3 *Sjögren.*

## XIX

## CICERO ATTICO SAL.

1 Obsignaram iam epistulam eam, quam puto te modo
perlegisse, scriptam mea manu, in qua omnia continentur,
cum subito Apellae tabellarius a. d. XI Kal. Oct. septimo
quadragesimo die Roma[m] celeriter — hui tam longe! —
mihi tuas litteras reddidit. ex quibus non dubito, quin tu
Pompeium exspectaris, dum Arimino rediret, et iam in
Epirum profectus sis, magisque uereor, ut scribis, ne in
Epiro sollicitus sis non minus, quam nos hic sumus.
De Atiliano nomine scripsi ad Philotimum, ne apel-
2 laret Messallam. itineris nostri famam ad te peruenisse
laetor magisque laetabor, si reliqua cognoris. filiolam tuam
tibi iam Romae iucundam esse gaudeo, eamque, quam
numquam uidi, tamen et amo et amabilem esse certo scio.
etiam atque etiam ual⟨e⟩.
3 De Patrone et tuis condiscipulis, quae de parietinis in
Melita laboraui, ea tibi grata esse gaudeo. quod scribis

EP. XIX *om.* **E** 3 eam **M***corr.***P** (*sed post* iam **P**) meam **ΔGHNOIA**$^{2}$c*Rom.* tuam **O**$^{1}$, *corr.* **O**$^{1}$, *ut uid.* *cfr* I 18, 1; *ep.* XIII 29, 1 5 Apellae *L. Moll De temporibus epistularum Tull.* (*diss. Berol. a.* 1883) *p.* 10 *coll. ep.* VII 25, 2: appelli **ΔNO**$^{1}$ apelli **G** appuli **H** appellit **C** applicuit **PI** A(p)pellius **O**$^{2}$**A**$^{2}$c*Rom.* 6 Roma **A**$^{2}$c*Rom.* Romam **ΩI** hui *Victorius*: iuit **ΔGHO**$^{2}$**P**(*sed* mittam *pro* hui tam **O**$^{1}$(?)**P**)**IA**$^{2}$c*Rom.* ut **N** 6—7 mihi longe **M**$^{1}$**mIA**$^{2}$c*Rom.* 7 tu *Victorius*: ut **Ω**(*sed* et **P**)**IA**$^{2}$c *Rom.* *cfr* IV 19, 2 *ex.* 8 et iam **sOP** etiam **MbdmGHNIA**$^{2}$c*Rom.* 11 Atiliano **GH**, *Manutius*: at(t)elliano **ΔO**$^{2}$**I***Rom.* atteliano **PA**$^{2}$c atthellano **N** 14 iam Romae] *uaria temptarunt uelut* iam natura (*uel* amore) *Lehmannus Jahresber. d. phil. Ver.* XIV (*a.* 1888) *p.* 257, iam ὁρμῇ *Purserus Class. Rev.* XI (*a.* 1897) *p.* 305, caram ac *Muellerus Ann. phil.* CLV (*a.* 1897) *p.* 849 *cfr ad Att.* VII 2, 4 iucundissimam **bs** 15 tamen *om.* **bds** certo **ΔGNC***Rom.* certe **HOPIA**$^{2}$c 16—17 uale. De *Manutius*: ualde **Ω***Rom.* uale **IA**$^{2}$c 17 tuis] Tyris **N** tui **A**$^{2}$c condiscipulis **ΔGHI***Rom.* cum discipulis **NOP** condiscipuli **A**$^{2}$c parietinis *Manutius*: tarentinis **ΩIA**$^{2}$c*Rom.* *cfr* V 11, 6, *ep.* XIII 1, 3 18 in Melita (*i. e.* ἐν Μελίτῃ) *Gassendus*: in militia **ΩIA**$^{2}$c*Rom.* *cfr Diog. Laert.* X 17

libente te repulsam tulisse eum, qui cum sororis tuae filii patruo certaret, magni amoris signum. itaque me etiam admonuisti, ut gauderem; nam mihi in mentem non uenerat. non credo, inquis. ut libet, sed plane gaudeo, quoniam τὸ νεμεσᾶν interest τοῦ φθονεῖν.

## XX

## CICERO ATTICO SAL.

Saturnalibus mane se mihi Pindenissitae dediderunt, 1
septimo et quinquagesimo die, postquam oppugnare eos coepimus. qui, malum! isti Pindenissitae qui sunt? inquies; nomen audiui numquam. quid ego faciam? num potui Ciliciam Aetoliam aut Macedoniam reddere? hoc iam sic habeto, nec hoc exercitu ⟨nec⟩ hic tanta negotia geri potuisse. quae cognosce[re] ἐν ἐπιτομῇ: sic enim mihi concedis proximis litteris. Ephesum ut uenerim, nosti, qui etiam mihi gratulatus es illius diei celebritatem, qua nihil me umquam delectauit magis. inde oppidis iis, quae erant,

1 libente te *Lipsius*: libenter **ΩIA**$^2$**c***Rom.* filii **M***corr.***sIA**$^2$**c** filiis **Ω**(*praet.* **s**)*Rom.* *cfr* VI 8, 3; *Tyrr.-Purs. ad l.* 2 patrono **G** certarat *Wesenb. Em. p.* 28 *sq.* certarit *uel* certasset *alii* *cfr Lebretonius 'Etudes' p.* 265 *sq.* magni] hoc magni **A**$^2$**c** magis *Rom.* haec magis **I** 5 τὸ *om.* **bdsA**$^2$*Rom.* *adscr.* inuidere *et* aemulari **M***corr.***ds** Cura ut ualeas *add.* **P**, Vale **IA**$^2$**c***Rom.*

EP. XX. *Accedit* **E** 8 *uerba* Saturnalibus ... filium *p.* 37, 19 *desunt in* **GH** Pindenissitae *Lambinus* (*item u.* 10): Pindenissae **Z**$^b$ Pindentissae **A**$^2$**c** (*item infra*) pendentiss(a)e **ΔEO**$^2$**P** (*sed* -eni- **b**, -nti se **s**, ped- **O**$^2$, pond- **P**)*Rom.* pindenitissae **I** (*item infra*) prudentes **N** dederunt **bds** 9 quadragesimo **Z**$^b$ *cfr ep.* XV 4, 10 10 quid **EPI** Pindenissitae] pendenti **ΔENOP** 11 num **ΔI***Rom.* non **EOPA**$^2$**c** unde **N** 13 nec *add. Orellius*, *cfr Wesenb. Em. p.* 113 14 cognosce **M***corr.***s***Rom.* cognoscere **M**$^1$**bdmENOPIA**$^2$**c** *adscr.* in summa **M***corr.***ds** mihi concedis **ENOP** concedis mihi **ΔIA**$^2$**c***Rom.*, *uulg.* 16 celebritatem **m**(**m**$^2$?)**FZ**$^b$(?) *tres alii codd. Mal.*, *Rom.* celebritate **Δ**(*praet.* **m**)**ENOPIA**$^2$**c** *cfr Muellerus Synt. d. Nom. u. Acc. p.* 126 17 oppidis ... castris *p.* 36, 8 *om.* **E** oppidis iis quae erant *uarie temptata, sed cfr ep.* II 11, 2 quae sunt; *Caes. b. G.* II 3, 3 oppidis recipere; *de* erant (*pro* sunt) *cfr b. G.* II 15, 3 eorum fines Neruii attingebant, *sim.* *

mirabiliter accepti Laodiceam pridie Kal. Sext. uenimus. ibi morati biduum perillustres fuimus honorificisque uerbis omnes iniurias reuellimus superiores; quod idem Apameae quinque dies morati et Synnadis triduum, Philomeli quinque dies, Iconi decem, fecimus. nihil ea iuris dictione aequa-
2 bilius, nihil lenius, nihil grauius. inde ⟨in⟩ castra ueni a. d. vii Kal. Septembres. a. d. iii exercitum lustraui apud Iconium. ex his castris, cum graues de Parthis nuntii uenirent, perrexi in Ciliciam per Cappadociae partem eam, quae Ciliciam attingit, eo consilio, et ut Armenius Artauasdes et ipsi Parthi Cappadocia se excludi putarent. cum dies quinque ad Cybistra Cappadociae castra habuissem, certior sum factus Parthos ab illo aditu Cappadociae longe abesse, Ciliciae magis imminere. itaque confestim iter in Ciliciam
3 feci per Tauri pylas. Tarsum ueni a. d. iii Non. Octobres. inde ad Amanum contendi, qui Syriam a Cilicia in aquarum diuortio diuidit; qui mons erat hostium plenus sempiternorum. hic a. d. iii Id. Oct. magnum numerum hostium

1 accepti **M***corr.***msIA$^{2}$c***Rom., uulg.* accepi **M$^{1}$bdNOP** 2 fuimus **A$^{2}$c**, *uulg.*: fuerunt **ΔNPI***Rom.* fuerant **O** (*sed* -a- *fort. ex correctura*) 3 superiores *uulg.*: superioris **ΔNOPIA$^{2}$c***Rom.* (*etiam ante* iniurias **N**) *talia non semper notaui* quod idem] quidem **P** *om.* **A$^{2}$c** idem *om.* **M$^{1}$**, *add.* **M$^{2}$** *post* idem *spat. septem fere litt.* **Mm***Rom.* — *non in ceteris* —, *ubi* Colossis *add. Schicheus Progr. Berol. a.* 1897 *p.* 8; *cfr tamen Hunterus* '*Journ. of Rom. Stud.*' III (*a.* 1913) *p.* 82 * *post* idem *add.* dein **Δ***Rom.* deinde **IA$^{2}$c** *om.* **NOP** *fort. ex dittographia ortum* * *cfr* V 16, 2; *ep.* XV 4, 2 apame **M** apamie **N** 4 et *om.* **IA$^{2}$c** 5 Iconii *Rom.* et Iconii **A$^{2}$c** icon(a)e **ΔOI** ycone **NP** 6 in **M***corr.***ms***Rom.* ad **IA$^{2}$c** *om.* **MbdNOP** 7 vi **N** viii **P** iconium (yc-) **NIA$^{2}$c** iconicum (yc-) **ΔOP***Rom.* 8 cum] *accedit* **E** *post* parthis *add.* et ceris **ENO$^{1}$**, ceteris **P**; *an* Seras *dicit*? 10 et ut **NOP** ut et **E** ut **ΔIA$^{2}$c***Rom., uulg.; u. ad p.* 33, 17 12 Cybistra **A$^{2}$c** cibustra **ΔNOPI***Rom.* Cappadociae *secl. Ernestius, recc. edd.* *cfr* VII 2, 3; *Liu.* XXVIII 7, 4 Phocidis Elatiam contendit 13 auditu **M$^{1}$dNO** 15 feci *om.* **A$^{2}$c** 16 a cilicia in **ΔNZ$^{b}$***Rom.* ac ciliciam **EOP** a cilicia **IA$^{2}$c** 17 diuortio **bdsENOIA$^{2}$c***Rom.* diuertio **MmP** (-ior **P**) *cfr ep.* II 10, 2, *Handius Turs.* III *p.* 274 erat **M$^{2}$**(?)**O**(*fort. ex corr.*) **PIA$^{2}$c** erit **bdmEN***Rom.* 18 hostium numerum **m$^{1}$***Rom.*

occidimus. castella munitissima nocturno Pomptini aduentu,
nostro matutino cepimus, incendimus. imperatores appel-
lati sumus. castra paucos dies habuimus ea ipsa, quae
contra Darium habuerat apud Issum Alexander, imperator
haud paulo melior quam aut tu aut ego. ibi dies quinque
morati direpto et uastato Amano inde discessimus. interim
— scis enim dici quaedam πανικά, dici item τὰ κενὰ τοῦ
πολέμου — rumore aduentus nostri et Cassio, qui Antiochia
tenebatur, animus accessit et Parthis timor iniectus est.
itaque eos cedentes ab oppido Cassius insecutus rem bene
gessit. qua in fuga magna auctoritate Osaces, dux Partho-
rum, uulnus accepit eoque interiit paucis post diebus. erat
in Syria nostrum nomen in gratia. uenit interim Bibulus; 4
credo, uoluit appellatione hac inani nobis esse par. in
eodem Amano coepit loreolam in mustaceo quaerere. at
ille cohortem primam totam perdidit centurionemque primi
pili, nobilem sui generis, Asinium Dentonem, et reliquos
cohortis eiusdem et Sex. Lucilium, T. Gaui Caepionis, locu-
pletis et splendidi hominis, filium, tribunum militum. sane
plagam odiosam acceperat cum re tum tempore. nos ad 5

1 occidimus **ΩC***Rom.* cecidimus **IA$^2$c** 2 et *ante* imperatores *add.* **IA$^2$c** 3 paucos post dies **IA$^2$c** 4 habuerat *om.* **bds** issum **bA$^2$c***Rom.* ipsum **MdmENOPI** ypson **M$^4$s** 5 haud **M***corr.***ms** **EO$^1$PIA$^2$c***Rom.* hanc **N** aut **M$^1$bdO$^2$** quinque dies **IA$^2$c** 6 directo **bd** interim **ENOPIA$^2$c** *om.* **Δ***Rom.* 7 παγκοινα *Rom.* *adscr.* nimia **M***corr.***ds** KeNa *uel* κενὰ **ΔOPC** κοινὰ **A$^2$c** *Rom.* *adscr.* noua belli **M***corr.***ds** 9 accessit **ENO$^1$PIA$^2$c***Rom.* cessit **ΔO$^2$** 10 cedentes **EN** cedentis **ΔOPI***Rom.* cedenteis **A$^2$c** *talia non semper notaui* 12 eoque] atque **I** etiam *ante* paucis *add.* **O$^1$P** 14 per **M$^1$N** 15 loreolam in mustaceo **M***corr.***mENPA$^2$cC***Rom.* (*sed* laur- **EA$^2$c**, ar- **N**, mustri- **P**) loreola minus taceo **M$^1$bdsO$^2$** (*sed* -lam **s**) laureolam in muscatio **s** *corr.* (*in marg.*) laureolam minus tacite **I** *cfr Otto 'Sprichwörter' p.* 236 17 nobilemque **s** 18 eiusdem **ENO$^1$PA$^2$c***Rom.* eius . dein **ΔO$^2$I** gani(i) **bdsP** Cannii **IA$^2$c** graii **N** 19 tr. (*uel* tri., trib.) **bdsEGHNPA$^2$c** tribunum **M***corr.***mI***Rom.* tribunus **M$^1$** *accedunt* **GH** 20 ad *om.* **A$^2$c**

Pindenissum, quod oppidum munitissimum Eleutherocilicum omnium memoria in armis fuit. feri homines et acres et omnibus rebus ad defendendum parati. cinximus uallo et fossa; aggere maximo, uineis, turre altissima, magna tormentorum copia, multis sagittariis, magno labore, apparatu, multis sauciis nostris, incolumi exercitu negotium confecimus. hilara sane Saturnalia militibus quoque, quibus exceptis ⟨mancipiis⟩ reliquam praedam concessimus. mancipia ueni[e]bant Saturnalibus tertiis. cum haec scribebam, in tribunali res erat ad HS $\overline{\text{cxx}}$. hinc exercitum in hiberna agri male pacati deducendum Q. fratri dabam; ipse me Laodiceam recipiebam.

6 Haec adhuc. sed ad praeterita reuertamur. quod me maxime hortaris et, quod pluris est quam omnia, in quo laboras, ut etiam Ligurino μώμῳ satis faciamus, moriar, si quicquam fieri potest elegantius. nec iam ego hanc continentiam appello, quae uirtus uoluptati resistere uidetur. ego in uita mea nulla umquam uoluptate tanta sum adfectus, quanta adficior hac integritate, nec me tam fama, quae

1 pindenissum **Z**$^{b}$**IA**$^{2}$**c** pendenissum **M**$^{1}$**bEGHO**$^{1}$**P** (*sed* pedi- **H**) pendentissum **M***corr.***dms***Rom.* pendemus sumus **N** eleutherocilicum **A**$^{2}$**c***Rom.* eleuthero (eley-) cilicum **ΔEGHOI** celtibero cilicum **P** cilicum (*praescriptis lineis distortis*) **N** cilicum *post* omnium *repetiuit* **M**$^{1}$ *cfr ep.* XV 4, 10 4 fossa et aggere **EOP** 5 magno . . . multis *om.* **O**$^{1}$ sagittariis *etiam ante* sauciis **P** 6 ex nostris **IA**$^{2}$**c** 7 hilara . . . faciamus *u.* 15 *om.* **E** hilara . . . recipiebam *u.* 12 *om.* **GH** *ante* militibus *interp.* **MdmsNPIA**$^{2}$**c***Rom. corr. Wesenb. Em. p.* 36 *sq.* quibus **NOPI** equibus **M**$^{1}$ *superscr.* equis (*fort.* **M**$^{1}$) al' quibus **M**$^{2}$ equis **bdmsA**$^{2}$**c***Rom.* 8 mancipiis *suppl. Tyrrellus, nescio an recte*, captiuis *Wesenb. Emend. alt. p.* 106, principibus *uel* ducibus *Lehmannus Jahresber. d. phil. Ver.* XXIV (*a.* 1898) *p.* 184 (*scil. ad triumphum*) ueniebant **ΔNOPI***Rom., corr.* **A**$^{2}$**c** 9 ter tis **M** tertis **dm** terris **bs** fertis **N** certis **OPA**$^{2}$**c***Rom.* *om.* **I** scribam **P** 10 ad *om.* **s** sestertium *Rom.* ccxx **IA**$^{2}$**c** 11 Q. **M***corr.***msPA**$^{2}$**c***Rom.* que (*per comp. scriptum*) **M**$^{1}$**bdNI** 13 Haec] *accedunt* **GH** 14 et] ut **ms***Rom.* 15 μώμῳ **A**$^{2}$**c** ΜΩΜΩΙ **M**$^{1}$**GP** μώμω **M***corr.***bdms***Rom.* satisfaciam **mA**$^{2}$**c***Rom.* moriar] *accedit* **E** 16 poterit **IA**$^{2}$**c** iam *Bosius* : tam **Ω**(*praet.* **s**)*Rom.* tam̄ (*i. e.* tamen) **s** tamen **IA**$^{2}$**c**

summa est, quam res ipsa delectat. quid quaeris? fuit tanti. me ipse non noram nec satis sciebam, quid in hoc genere facere possem. recte πεφυσίωμαι: nihil est praeclarius. interim haec λαμπρά: Ariobarzanes opera mea uiuit, regnat; ἐν παρόδῳ consilio et auctoritate et quod insidiatoribus eius ἀπρόσιτον me, non modo ἀδωροδόκητον praebui, regem regnumque seruaui. interea e Cappadocia ne pilum quidem. Brutum abiectum, quantum potui, excitaui; quem non minus amo quam tu, paene dixi quam te. atque etiam spero toto anno imperii nostri terruncium sumptus in prouincia nullum fore.

Habes omnia. nunc publice Romam litteras mittere 7
parabam; uberiores erunt, quam si ex Amano misissem. at te Romae non fore! sed est totum, quid Kal. Mart. futurum sit. uereor enim, ne, cum de prouincia agetur, si Caesar resistet, nos retineamur. his tu si adesses, nihil timerem.

Redeo ad urbana, quae ego diu ignorans ex tuis iu- 8

3 πεφυσίωμαι *Victorius*: ΠΕΦΕCΙωΑΙ **Mm** ΘΠΕΦΕΤΙωΑΙ **P** πέφεισμαι **c** πεφύσημαι *coni. Wesenb.* *om.* **bdsA**$^2$ *om. spat. rel. Rom.* *desunt usque ad* quidem *u.* 7 **GH** 4 haec] haec sunt **IA**$^2$**c** λαμπρά **A**$^2$**c** ΑΑΜΤΙΡΑ **Mm** ΛΑΜΘΗΡΑ **P** *om.* (*spat. rel.*) **bds***Rom.* regnat **NPIA**$^2$**c** regna **ΔEO***Rom.* 5 ΕΜΠΑΡΟΑωΙ **M**$^1$**P** (*sed* -ΟΛΟΙ **P**) *adscr.* in transitu *et post* inaccessibilem **M***corr.***ds** 6 modo non **A**$^2$ ἀδωροδόκητον **c** ΑΑΡΟΛΟΚΗΘωΝ **P** gr. (*sic!*) **M***corr.***bd** *om.* **M**$^1$**sA**$^2$*Rom.* *om. spat. rel.* **m** 7 pilum **A**$^2$**c** pileum **EN** pilleum **ΔOPI***Rom.* 9 atque . . . timerem *u.* 16 *om.* **GH** atque . . . scire *p.* 40, 8 *om.* **E** 10 terruncium **N** teruntium (-ci-) **ΔO**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.* terrentium **O**$^1$**P** (*sed* tere- **O**$^1$) *cfr* V 17, 2; 21, 5 prouinciam **MdmsOP***Rom.* 12 habes omnia **M***corr.***sIA**$^2$**c***Rom.* habeo somnia **M**$^1$**bdmNOP** Romam litteras **NOP** litteras Romam **MmIA**$^2$**c***Rom.* litteras Romae **bds** 13 erant **bds** quam si] quasi **M**$^1$**O** quas si **M***corr.***bdm** at te **mNA**$^2$**c***Rom.* ac te **sOPI** acte **Mbd** 14 quid . . . sit **mA**$^2$**c***Rom.*, *Schicheus Progr. Berol. a.* 1897 *p.* 21 quid . . . est **MbdsNOP** quod . . . est **I**, *Baiterus, Tyrr.-Purs.* in eo, quid . . . sit *Kochius Progr. Portens. a.* 1868 *p.* 23, *Muellerus* (*cfr ad h. l.*), *fort recte* 15 agetur **NPA**$^2$**c***Rom.* ageretur **O**$^1$ geretur **ΔO**$^2$**I** (*in* **M** *nihil correctum*) 17 Redeo] *accedunt* **GH** ego *om.* **M**$^1$**m***Rom.*, *add.* **M**$^3$ ex **M**$^2$**c**$^s$ (*eras.*) **O**$^2$**PIA**$^2$**c** et **M**$^1$**GHN** e **ms***Rom.* et e **bd**

cundissimis litteris a. d. xv Kal. Ian. denique cognoui. eas diligentissime Philogenes, libertus tuus, curauit perlonga et non satis tuta uia perferendas; nam quas Laeni pueris scribis datas, non acceperam. iucunda de Caesare et quae senatus decreuit et quae tu speras; quibus ille si cedit, salui sumus. incendio Plaetoriano quod Seius adustus est, minus moleste fero. Lucceius de Q. Cassio cur tam uehemens fuerit et quid actum sit, aueo scire.

9 Ego, cum Laodiceam uenero, Quinto, sororis tuae filio, togam puram iubeor dare; cui moderabor diligentius. Deiotarus, cuius auxiliis magnis usus sum, ad me, ut scripsit, cum Ciceronibus Laodiceam uenturus erat. tuas etiam Epiroticas exspecto litteras, ut habeam rationem non modo negotii uerum etiam otii tui. Nicanor in officio est et a me liberaliter tractatur; quem, ut puto, Romam cum litteris publicis mittam, ut et diligentius perferantur et idem ad me certa de te et a te referat. Alexis quod mihi totiens salutem adscribit, est gratum; sed cur non suis litteris idem facit, quod meus ad te Alexis facit? Phemio quaeritur κέρας. sed haec hactenus. cura ut ualeas et ut sciam, quando cogites Romam. etiam atque etiam uale.

1 xv *Schuetzius et Gruberus*: v **ΩIA$^2$c***Rom.* *cfr Schmidtius 'Briefwechsel' p.* 83 *sq., Sternkopfius Ann. Burs. a.* 1908 *p.* 66 Ian.] maias **m***Rom.* 3 tuta uia] auia itinera **P** Laeni] Lemni **IA$^2$c** *om.* (*spat. rel*) **P** 4 iucunda *Ernestius*: iucunde **ΩIA$^2$c***Rom.* 6 pletoriano **Mdm ΣC***Rom.* pr(a)etoriano **bsIc** Pætoriano **A$^2$** Seius *Ernestius*: leius **MmGPA$^2$c***Rom.* leuis **HNOI** lenis **bds** ambustus *Ernestius, uulg.* 7 de Q. **M***corr.***msGNO$^2$A$^2$c***Rom.* de Qu. **I** deque (*uel* de que) **M$^1$HP** de v **d** de quinto **b** 8 aueo **M$^2$c$^s$bdmsIA$^2$c***Rom.* habeo **M$^1$GHNOP** 9 ego] *accedit* **E** 10 iubeor **ΔEGHOC** iubero **N** iubeo **P** iubebo **IA$^2$c** uideor *Rom.* dare **ΩIC***Rom.* dari **A$^2$c** moderatur **A$^2$c** diligentius *om.* **A$^2$** Deiotarus **Z$^{b]}$A$^2$c** *om.* **ΩI***Rom.* 11 scribit **GH** 12 etiam] enim **IA$^2$c** *om.* **m***Rom.* epiroticus **M$^1$ENO$^1$** 14 otii . tuus **P** 16 publicis] p. **G** *prius* et *om.* **GH** 17 ad te **bGH** 19 quod . . . facit *om.* **HN** Phemio *Victorius*: phameo **Ω**(*sed* fa- **HN**)**IC***Rom.* a Phameo **A$^2$c** *cfr* V 21, 9 Phemio . . . pergratum *p.* 41, 6 *om.* **E** 20 κέρας **A$^2$c** KEPA (*uel* κερα) **MmGOP** κεραστά **A$^2$**(in marg.)*Rom.* *om.* (*spat. rel.*) **bds** 21 Romam] Romam uenire **OP** ire Romam **I**

Tua tuosque Thermo et praesens Ephesi diligentissime 10 commendaram et nunc per litteras, ipsumque intellexi esse perstudiosum tui. tu uelim, quod antea ad te scripsi, de domo Pammeni des operam, ut, quod tuo meoque beneficio puer habet, cures, ne qua ratione conuellatur. utrique nostrum honestum existimo, tum mihi erit pergratum.

## XXI

## CICERO ATTICO SAL.

Te in Epirum saluum uenisse et, ut scribis, ex sen- 1 tentia nauigasse uehementer gaudeo, non esse Romae meo tempore pernecessario submoleste fero. hoc me tamen consolor uno: spero te istic iucunde hiemare et libenter requiescere.

Cassius, frater Q. Cassi, familiaris tui, pudentiores illas 2 litteras miserat, de quibus tu ex me requiris, quid sibi uoluerit, quam eas, quas postea misit, quibus per se scribit confectum esse Parthicum bellum. recesserant illi quidem ab Antiochia ante Bibuli aduentum, sed nullo nostro εὐημερήματι, hodie uero hiemant in Cyrrhestica[m], maxi-

3 tui *om.* **P** 4 Pammeni] pammenides **M** pameni **msN***Rom.* pamonis **bd** pa (*sequ. spat.*) **P** Parmeni **IA**$^2$**c** *uerba* de domo Pammeni *om.* **H** 5 nequa **M**$^2$*al.***bdmsNO**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.* neque **M**$^1$**GHO**$^1$**P** conuellatur **MbdGHNO**$^1$**PC** euellatur **m** auellatur **sO**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.* 6 honestum **Z**$^b$**c** *om.* **ΩIA**$^2$*Rom.* existimo tum **M**$^2$**bdsNO**$^2$**Z**$^b$**IA**$^2$**c***Rom.* ex his motum **M**$^1$**mHO**$^1$(?)**P** motum **G**

EP. XXI. *Accedit* **E** 10 meo *om.* **A**$^2$**c** meo tempore *om.* **G** 11 me *om.* **bds** 12 uno *Maduigius ap. Wesenb. Em. alt. p.* 106: non **Ω**(*sed* nam **P**)*Rom.* quod non **IA**$^2$**c** 14 C. *ante* Cassius *add. Bootius, fort. recte* Q.] que **MbdsGHO**$^2$**I** pudentiores *Victorius*: prudentiores (-ris) **ΩIA**$^2$**c***Rom.* 15 misit **s** miserat . . . postea *om.* **b** 16 uoluerit **M**$^1$(*ut uid.*)**dsΣIA**$^2$**c***Rom.* uoluerint **M***corr.*(*ut uid.*)**m**, *uulg.* 18 nostrorum **I** 19 ΕΥΗΜΕΡΗΜΑΤΕ **M**$^1$**GP** (*sed* -ΜΑΜΤΕ **G**) *adscr.* egregio opere **M***corr.***ds** Chyrrestica **C** Chirestica **A**$^2$**c** c(h)yrr(h)esticam (*uel sim.*) **ΩI***Rom.* *cfr p.* 32, 3

mumque bellum impendet. nam et Orodi, regis Parthorum, filius in prouincia nostra est, nec dubitat Deiotarus, cuius filio pacta est Artauasdis filia, ex quo sciri potest, quin cum omnibus copiis ipse prima aestate Euphraten transiturus sit. quo autem die Cassi litterae uictrices in senatu recitatae sunt, id est Non. Dec., eodem meae tumultum nuntiantes. Axius noster ait nostras auctoritatis plenas fuisse, illis negat creditum. Bibuli nondum erant allatae; quas certo scio plenas timoris fore.

3 Ex his rebus hoc uereor, ne, cum Pompeius propter metum rerum nouarum nusquam dimittatur, Caesari nullus honos a senatu habeatur, dum hic nodus expediatur, non putet senatus nos, antequam successum sit, oportere decedere nec in tanto motu rerum tantis prouinciis singulos legatos praeesse. hic ne quid mihi prorogetur, quod ne intercessor quidem sustinere possit, horreo, atque eo magis, quod tu abes, qui consilio, gratia, studio multis rebus occurreres. sed dices me ipsum mihi sollicitudinem struere. cogor, et uelim ita sit; sed omnia metuo. etsi bellum ἀκροτελεύτιον habet illa tua epistula, quam dedisti nauseans Buthroto: tibi, ut uideo et spero, nulla ad deceden-

1 pendet **M**$^{1}$**m***Rom.*, *corr.***M**$^{3}$ Orodi *Ernestius*: orode **MbdmEGO** Herode **H** horodi **P** orodis **N** orodes **sIA**$^{2}$**c***Rom.* (*sed* Ho- **I**) *cfr p.* 31, 20; *ep.* XV 1, 2 2 nec] ne **GH** 3 Arthauasdis **IA**$^{2}$**c** (*sed* -bas- **A**$^{2}$**c**) art(h)auadis Ω*Rom.* 4 euphratem *uel* -ten *codd.* 5 uictrices litterae **bs** 6 id est] idem **GH** datae *Hofmannus Philol.* XV (*a.* 1860) *p.* 666, *plerique edd.* Dec. *Ructeus Phil. Rundschau* III (*a.* 1883) *p.* 1226: Oct(obribus) Ω**IA**$^{2}$**c***Rom.** 8 nundum **MHP** 9 certe **EO**$^{1}$**P** fore] fuisse **bdsH** 11 numquam **s** dimittitur **EG** a senatu nullus honos **M**$^{1}$ 12 habeatur **msIA**$^{2}$**c***Rom.* habetur **Mbd**Σ modus **M**$^{3}$**GH** nodis **N** nodum **E** expediatur **bsIA**$^{2}$**c** experiatur **Mdm**Σ*Rom.* (*sed* -iant- **M**$^{1}$) 17 qui] qui in **GHN** 18 sed *secl. Ernestius* 19 et] ut *Lehmannus Quaest. Tull. p.* 112, *plerique edd. sine causa* 20 ἀκροτελεύτιον **M***corr.***ds**(*sed* -σιον **s**)**C***Rom.* ΑΚΡΟΤΕΛΕΥΓΙΟΝ **M**$^{1}$**G** (*sed* -CΥΠΟΝ **G**) ἀκροτελευταῖον **A**$^{2}$**c** *adscr.* postremum **M***corr.***ds** nauseans] nauseas **H** nausians **s** nausias **M**$^{1}$**bdGNO** 21 *post* Buthroto *add.* Vale **A**$^{2}$**c***Rom.* tibi] *noua ep. in* Δ**NOPIA**$^{2}$**c***Rom.* tibi ... putare *p.* 43, 14 *om.* **GH** tibi ... praefeci *p.* 44, 10 *om.* **E**

dum erit mora. mallem ut uideo; nihil opus fuit ut spero. acceperam autem satis celeriter Iconi per publica- 4
norum tabellarios a Lentuli triumpho datas. in his γλυκύπικρον illud confirmas moram mihi nullam fore, deinde addis, si quid secus, te ad me esse uenturum. angunt me dubitationes tuae; simul et uides, quas acceperim litteras. nam quas Hermoni centurionis caculae ipse scribis te dedisse, non accepi. Laeni pueris te dedisse saepe ad me scripseras. eas Laodiceae denique, cum eo uenissem, III Id. Febr. Laenius mihi reddidit, datas a. d. X Kal. Octobres. Laenio tuas commendationes et statim uerbis et reliquo tempore ⟨re⟩ probabo. hae litterae cetera uetera habebant, 5
unum hoc nouum, de Cibyratis pantheris. multum te amo, quod respondisti M. Octauio te non putare; sed posthac omnia, quae recta non erunt, pro certo negato. nos enim et nostra sponte bene firmi et mehercule auctoritate tua inflammati uicimus omnes — hoc tu ita reperies — cum abstinentia, tum iustitia, facilitate, clementia. caue putes quidquam homines magis umquam esse miratos quam

1 erit *codd. Bosi* (**Z**$^{b}$?) **c** *om.* **ΔNOPIA**$^{2}$*Rom.* 3 ad **P** triumpho **sIA**$^{2}$**c** triumphos **MbdmNP** γλυκύπικρον **A**$^{2}$**c** ΤΑΥΚΙΠΙΡΟΝ **Mm** ΤαΙΚΙΠΡΙΚΟν **P** *om.* (*spat. rel.*) **bds***Rom.* 5 addis si **IA**$^{2}$**c** addita **ΔNOP** at ni ita *Rom.* esse **NO**$^{1}$**PF** *Ant.* **C** fore **ΔO**$^{2}$**I***Rom.* (*ex u.* 4) forte **A**$^{2}$**c** uenturum **M**$^{1}$(?)**bsO**$^{2}$(?)**IA**$^{2}$**c***Rom.* uenturam **M***corr.*(?)**dmNO**$^{1}$(?)**P** angunt **mNO**$^{2}$**A**$^{2}$**c***Rom.* ungunt **M** pungunt **O**$^{1}$**PI** urgent **bds** 7 Hermoni **ΔNOPI** Hemoni(i) **A**$^{2}$**c***Rom.* *cfr Schulzeus Z. Gesch. lat. Eigennamen p.* 173 centurioni **A**$^{2}$**c***Rom.* caculae ipse *Gronouius*: canule ipse **Mbd** camule (-ile) ipse **ms** canulei sed **N** canulcister **P** Scamul(a)e **A**$^{2}$**c***Rom.* Camillae **I** te *om.* **IA**$^{2}$**c** 8 non . . . dedisse *om.* **P** Lemni(i) **IA**$^{2}$**c** *similiter infra* 9 III **msOPA**$^{2}$**c** tertio **MbdNI** 10 a. d. X] ad decem **d** ad **N** *om.* **P** ad decimum **A**$^{2}$ 12 re probabo **msO**$^{2}$ reprobabo *Rom.* probabo **MbdNO**$^{1}$**PIA**$^{2}$**c** hae **M***corr.***bdmsNIA**$^{2}$**c** ille **P** *om.* **M**$^{1}$ eae *Rom., plerique edd.* 14 sed] *accedunt* **GH**, *sed* et 15 recta **ΣCZ**$^{1}$ certa **ΔO**$^{2}$**IA**$^{2}$**c***Rom.* non *om.* **GH** *cfr p.* 49, 13 16 nostras pompe **GH** nostras pompei **M**$^{1}$**P** (*sed* -stra **P**), *corr.* **M**$^{2}$ 17 tu ita] tuta **GH** 18 caue ne putes **N** 19 magis *om.* **bd** numquam **P** iratos **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{2}$ mutatos **G**

nullum terruncium me obtinente prouinciam sumptus factum esse nec in rem publicam nec in quemquam meorum, praeterquam in L. Tullium leg⟨atum⟩. is ceteroqui abstinens sed Iulia lege transitans, semel tamen in diem, non, ut alii solebant, omnibus uicis — praeter eum semel nemo accepit —, hic facit ut mihi excipiendus sit, cum terruncium nego sumptus factum. praeter eum accepit nemo. has a nostro Q. Titinio sordes accepimus.

6 Ego aestiuis confectis Q. fratrem hibernis et Ciliciae praefeci. Q. Volusium, tui Tiberi generum, certum hominem et mirifice abstinentem, misi in Cyprum, ut ibi pauculos dies ⟨es⟩set, ne ciues Romani pauci, qui illic negotiantur, ius sibi dictum negarent; nam euocari ex insula Cyprios

7 non licet. ipse in Asiam profectus sum Tarso Non. Ian., non mehercule dici potest, qua admiratione Ciliciae ciui-

1 nullum terruntium **m** nullum teruncium (-tium) **IA**$^{2}$**c***Rom.* nullum inter(r)uncium **M**$^{2}$*al'*.(*sed* -um in ter-)**bdsN** nulla (*suprascr.* al'. nullum **M**$^{2}$) in teruncium **M**$^{1}$ nulla internuntium **GHO**$^{1}$**P** (*sed* -llum **O**$^{2}$**P**) *cfr* V 20, 6 sumptus **sC** sumptum **MbdmGHOPIA**$^{2}$**c***Rom.* *om.* **N** 2 meorum **b***Rom.* eorum Ω(*praet.* **b**)**IA**$^{2}$**c** *cfr p.* 34, 3 3 legatum . . . Ianuariis *u.* 14 *om.* **GH** legatum . is ceteroqui *Victorius*: legis ceteros qui **ΔNPI** legis . ceterosque: qui *Rom.* legatum in ceteris qui **A**$^{2}$**c** *de* leg *compendio cfr* lib, *i. e.* libertus, *ad Att.* III 8, 2 4 sed] se **A**$^{2}$**c***Rom.* transitans *Manutius*: transitam **ΔO** *plerique codd. Mal.* **I** transitum **N** transit (*sequ. spatiolo*) **P** transita **A**$^{2}$**c***Rom.* prandia (*omisso* sed) *Madu. Adu. crit.* III *p.* 176 *cfr* παροδεύω transito *C. Gl. L.* VII *p.* 608 tamen . . . semel *om.* **b** 5 praeter . . . accepit *secl. Ernestius, alii, sed cfr Lehmannus Quaest. Tull. p.* 72 * 6 hic **NO**$^{1}$**PF***Ant.***IA**$^{2}$**c** *om.* **ΔO**$^{2}$*Rom., uulg. de epanalepsi cfr de or.* I 23, 109; 37, 169; *in M. Ant.* VII 5, 15 expediendus **P** 7 sumptus **ΔNOC***Rom.* sumptum **PIA**$^{2}$**c** 9 aestiuis *om.* (*spat. rel.*) **P** Q. **s**$^{2}$**NPA**$^{2}$**c** Qu. **I** Quintum **b***Rom.* que **O**$^{1}$ que per **MdmsO**$^{2}$ (que *cum* confectis *coniunx.* **dms**) 10 Q. **mEP A**$^{2}$**c***Rom.* qui tum **M** Quintum **bsNO**$^{2}$**I** qui tu **d** *accedit* **E** 11 et **N**, *Corradus et Manutius*: sed **ΔEOP***Ant.***IA**$^{2}$**c***Rom.* etiam *ante* abstinentem *add.* **OP***Ant. et alius cod. Mal.* misi *om.* **E** 12 esset *uulg.*: sed **ΔENOPIA**$^{2}$**c***Rom.* ciuis **M**$^{1}$**mNOI**, *corr.* **M**$^{2}$ romanus **M**$^{1}$**I**, *corr.* **M**$^{2}$ R. (*uel* r.) **dENO** ro. **P** paucis **M**$^{1}$**NO**$^{1}$**I** 13 dictum] dic (*sequ. spat.*) **P** negaret **M**$^{1}$**NI** 14 asia **Mbdm** nonas **M** ianuarias **Mm** marcias **N** 15 non] *accedunt* **GH**

tatum maximeque Tarsensium. postea uero quam Taurum
transgressus sum, mirifica exspectatio Asiae nostrarum
dioecesium, quae sex mensibus imperii mei nullas meas
acceperat litteras, numquam hospitem uiderat. illud autem
tempus quotannis ante me fuerat in hoc quaestu. ciuitates
locupletes, ne in hiberna milites reciperent, magnas pecu-
nias dabant, Cyprii talenta Attica cc; qua[e] ex insula —
non ὑπερβολικῶς sed uerissime loquor — nummus nullus
me obtinente erogabitur. ob haec beneficia, quibus illi
obstupescunt, nullos honores mihi nisi uerborum decerni
sino; statuas, fana, τέθριππα prohibeo nec sum in ulla re
alia molestus ciuitatibus, sed fortasse tibi, qui haec prae-
dicem de me. perfer, si me amas; tu enim me haec facere
uoluisti. iter igitur ita per Asiam feci, ut etiam fames, 8
qua nihil miserius est, quae tum erat in hac mea Asia —
messis enim nulla fuerat —, mihi optanda fuerit. qua-
cumque iter feci, nulla ui, nullo iudicio, nulla contumelia,
auctoritate et cohortatione perfeci, ut et Graeci et ciues
Romani, qui frumentum compresserant, magnum numerum
populis pollicerentur.

Id. Febr., quo die has litteras dedi, forum institueram 9
agere Laodiceae Cibyraticum et Apamense, ex Id. Mart.

2 nostrarumque **N** 3 dioecesium **c** diocesium **bsEHOP** (*sed* dyo- **E**) diocesum **M**$^1$**mIA**$^2$*Rom.* diocensium **M**$^3$(*del.*)**dGN** 4 accepit **m***Rom.* 7 Cyprii **A**$^2$**c***Rom.* cypri **bdmsGI** cipri **MEHNP** cc] ducenta **N** qua **sc** qu(a)e **Ω**(*praet.* **s**)**IA**$^2$ quam *Rom.* 8 ΥΠΕΡΒΟΛΙΚΟϹ **P** *adscr.* (h)yperbolice **M**$^2$**ds** trascendenter **M***corr.* nummus nullus] nullus nummus **bds** nummus **A**$^2$ 9 erogabitur **GHNOP***Ant.***IA**$^2$**c** (*sed* erro- **N**, ro- **GH**) erogabatur **ΔE***Rom.* (*sed* erro- **E**) 10 nisi *om.* **P** 11 sino] si nos **M**$^1$**bd**, *corr.* **M**$^2$ sino . . . uoluisti *u.* 14 *om.* **GH** fana, τέθριππα *Manutius*: ea nate ΘΡΙΠΠΑ **M** (*super* ea *adscr.* gr., *ut uid.*, **M***corr.*) ΕΑΝΑΤΕΘΡΙΠΠΑ **m** ea nate (*sequ. spat.*) **bdsI** *om.* (*spat rel.*) **P***Rom.*(*sine spat.*)**NA**$^2$ et τέθριππα **c** gr. **E** in *om.* **EPI** nulla **M**$^1$**N** *om.* **s** 12 sed . . . exspecto *p.* 50, 18 *desunt in* **E** 14 iter] *accedunt* **GH** iter . . . Asiam *om.* **P** 16 quam cum iter feci in uillam nullo **P** 19 Romani] R. **G** r. **d** ro. **bP** 21 quo die] quotidie **M**$^3$**GH** instruxeram **GH** 22 Cibyraticum . . . Postumia 46, 12 *om.* **GH** apamensem **M**$^1$**NP**

ibidem Synnadense, Pamphylium — tum Phemio dispiciam κέρας —, ⟨Lyc⟩aonium, Isauricum; ex Id. Maiis in Ciliciam, ut ibi Iunius consumatur, uelim tranquille a Parthis. Quintilis, si erit, ut uolumus, in itinere est per prouinciam redeuntibus consumendus. uenimus enim in prouinciam Laodiceam Sulpicio et Marcello consulibus pr. Kal. Sextiles. inde nos oportet decedere a. d. III Kal. Sextiles. primum contendam a Quinto fratre, ut se praefici patiatur, quod et illo et me inuitissimo fiet. sed aliter honeste fieri non potest, praesertim cum uirum optimum, Pomptinum, ne nunc quidem retinere possim. rapit hominem enim Postumius Romam, fortasse etiam Postumia.

10 Habes consilia nostra. nunc cognosce de Bruto. familiaris habet Brutus tuus quosdam creditores Salaminorum ex Cypro, M. Scaptium et P. Matinium, quos mihi maiorem in modum commendauit. Matinium non noui; Scaptius ad

1 syn(n)adense **sIA$^2$c** synnadensem **MbdmNOP***Rom.* tum *uulg.*: cum **ΔNOPIA$^2$c***Rom.* Phemio] semio **ΔNOPI***Rom.* Sessameno **A$^2$c** *cfr* VI 1, 13 dispiciam **dA$^2$c***Rom.* dispiceam **MbmsI** displiceam **P** despiciam **N** 2 κέρας Lycaonium *Mongaltius*: κέρας aonium **C** ΚΕΡaca omnium **MmOP** κέρατα omnium **A$^2$c***Rom.* omnium (*spatio ante relicto*) **bdsI**(*praescriptis lineis distortis*)**N** 3 Iunius **A$^2$c***Rom.* in ius **ΔNOPI** Quintilis **A$^2$c***Rom.* Quintius **Mm$^1$NP** (*sed* -ti *sequ.* iusserit **P**) Quintus **bm$^2$sI** Q. **d** 4 redeuntibus . . . prouinciam *om.* **bdP** 5 in *om.* **Mms** 6 inde . . . Sextiles *om.* **I** 7 oporteret **O$^1$P** III *Manutius*: IIII **MbmsNOPA$^2$c***Rom.* quartas **d** *cfr* VI 2, 6; 3, 1 primum **M$^2$bdmsO$^2$I A$^2$c***Rom.* primas **M$^1$NO$^1$(?)P** 9 sed **c** et **ΔOPIA$^2$***Rom.* *om.* **N** 11 hominem enim **Md$^2$OP** enim hominem **bd$^1$msNIA$^2$c***Rom.* 13 Habes] *accedunt* **GH** familiaris **ΔGHOP***Rom.* familiares **NIA$^2$c** *talia non semper notaui* 14 tuus **m$^1$HNO$^2$P** tuos **MbdsGO$^1$IA$^2$c***Rom.* *de re Salaminorum cfr Billeter, 'Gesch. des Zinsfusses im Altertum' p.* 169 *sqq., Sternkopfius 'Der Zinswucher des M. Brutus'* (*Progr. Dortm. a.* 1900) salaminorum **ΩI***Rom.* Salaminiorum **A$^2$c**, *uulg.* Salamini, -minorum — *sic plerumque codd. epistularum ad Att. et* **I***Rom.* — *ueram esse formam monuit Mommsenus Herm.* XXXIV (*a.* 1899) *p.* 150, *cfr C. I. L.* III 12104; -nii, -niorum *plerumque* **A$^2$c** 15 M.] marcum **MdA$^2$c** (-ch- **M**) scriptium **P** Scaphium (*it. infra*) **I** P.] publium **M** Matinium **M$^1$IA$^2$c**(*sed* -ci- **IA$^2$**) **HO** uatinium **M$^2$bdsmGNP***Rom. uariant codd. etiam u.* 16

me in castra uenit. pollicitus ei sum curaturum me Bruti causa, ut ei Salamini pecuniam soluerent. egit gratias. praefecturam petiuit. negaui me cuiquam negotianti dare, quod idem tibi ostenderam — Cn. Pompeio petenti probaram institutum meum, quid dicam Torquato de M. Laenio tuo, multis aliis —; sin praefectus uellet esse syngraphae causa, me curaturum, ut exigeret. gratias egit, discessit. Appius noster turmas aliquot equitum dederat huic Scaptio, per quas Salaminos coërceret, et eundem habuerat praefectum; uexabat Salaminos. ego equites ex Cypro decedere iussi. moleste tulit Scaptius. quid multa? 11
ut ei fidem meam praestarem, cum ad me Salamini Tarsum uenissent et una Scaptius, imperaui, ut pecuniam soluerent. multa de syngrapha, de Scapti iniuriis. negaui me audire; hortatus sum, petiui etiam pro meis in ciuitatem beneficiis, ut negotium conficerent; dixi denique me coacturum. homines non modo non recusare sed etiam hoc dicere, se a me soluere; quod enim praetori dare consuessent quoniam ego non acceperam, se a me quodam modo dare, atque etiam minus esse aliquanto in Scapti nomine quam in uectigali praetorio. collaudaui homines. recte, inquit Scaptius, sed subducamus summam. interim cum ego in edicto

1 ei **NOP** *om.* **ΔGHIA$^{2}$c***Rom.*, *uulg.* 2 causa **GHA$^{2}$c** causam **ΔOPI***Rom.* casum **N** ut] aut **M$^{1}$GN** 4 quod . . . egit *u.* 7 *om.* **GH** *distinxit Sternkopfius l. l. p.* 23; *cfr* VI 1, 6 5 quid **A$^{2}$c***Rom.* quod **ΔNOPI** de **ΔNOPIC** et **A$^{2}$c** *om. Rom.* 6 Lemnio **IA$^{2}$c** sin **P***Rom.* sim **MbdmNO** sum **s** si **IA$^{2}$c** 7 exiget **N** 9 salaminios **GNOA$^{2}$c** coherceret **ΔHNP***Rom.* 10 praefectum quo uexabat **I** salaminios **NOA$^{2}$c** 13 una] in iis **M$^{1}$m**(his **m**)*Rom.*, *corr.* **M$^{3}$**(*sed del.*) *om.* **H** 14 multa *etiam ante post.* de **IA$^{2}$c** 15 petiui **OPI** detiui **M$^{1}$m** decium **M$^{2}$***al'***bdN** demum **sA$^{2}$c***Rom.* *om.* (*spat. rel.*) **GH** 16 conficeret **M***corr.***bdN** dixi denique (me coact.) Σ denique dixi *eqs.* **Δ***Rom.* denique coacturum dixi me **IA$^{2}$c** (*sed* deinde **I**)

17 *post.* non *om.* **P** se a] ea **I** 18 absoluere **H** *reliqua huius ep. om.* **GH** consuessent **sA$^{2}$c** consuessem **MbdmNOP**(*sed* -scem **P**)**I***Rom.* 19 se a] sed **N** ea **I** 20 esse *om.* **s** 21 collaudaui **sA$^{2}$c***Rom.* (*non* **M$^{2}$**) collaudauit (conl-) **M$^{1}$bdmNOI** collaudarunt **M***corr.***P**

translaticio centesimas me obseruaturum haberem cum anatocismo anniuersario, ille ex syngrapha postulabat quaternas. quid ais? inquam, possumne contra meum ⟨e⟩dictum? at ille profert S. C. Lentulo Philippoque consulibus, VT QVI CILICIAM OBTINERET [ETE] IVS EX ILLA SYNGRAPHIA DICERET.
12 cohorrui primo; etenim erat interitus ciuitatis. reperio duo senatus consulta isdem consulibus de eadem syngrapha. Salamini, cum Romae uersuram facere uellent, non poterant, quod lex Gabinia uetabat. tum iis Bruti familiares freti gratia Bruti dare uolebant quaternis, si sibi senatus consulto caueretur. fit gratia Bruti S. C., VT NEVE SALAMINIS NEVE QVI EIS DEDISSET FRAVDI ESSET. pecuniam numerarunt. at postea uenit in mentem faeneratoribus nihil se iuuare illud S. C., quod ex syngrapha ius dici lex Gabinia uetaret. tum fit S. C., VT EX EA SYNGRAPHA * * esset quam ceterae, sed ut eodem. cum haec disseruissem, seducit me Scaptius; ait se nihil contra dicere, sed illos putare talenta CC se debere; ea se uelle accipere, debere autem illos paulo

1 haberem] dicerem **A**$^{2}$**c** anatocismo *Corradus*: antiochi(i)s **ΔN** (-cus **N**)**OPI***Rom.* Antiochi **A**$^{2}$**c** 2 animaduersio **bd** quaternas *Victorius*: illo **ΔOPI***Rom.* ille **N** illud **A**$^{2}$**c** *cfr p.* 5, 13 3 edictum **IA**$^{2}$**c** dictum **ΔNOP***Rom.* 4 S. C. *hic et infra plerique codd. sed non constanter* senatus consultum *uulg.* consulibus] coss. **A**$^{2}$**c** cos. **m** cons. **bds** consule **MOPI** consul **N** 5 obtineret *om.* **N** ius *uulg.*: et eius **M**$^{1}$**bdmO**$^{1}$(?) ut eius **N** et ius **M***corr.***m**$^{2}$**O**$^{2}$**PIA**$^{2}$**c***Rom.* ei ius **s** 6 horrui **P** etenim erat **IA**$^{2}$**c** et erat enim **M**$^{1}$**m** **NOP***Rom.* erat et enim **M***corr.***d** erat enim **bs** 7 de] ad **P** 8 salamini ṃị cum **M** salaminum cum **P** 9 uertebat **M**$^{1}$**N**, *corr.* **M**$^{2}$ *et* **M**$^{3}$ iis *Victorius*: is **ΔO**$^{2}$**P***Rom.* his **NO**$^{1}$ ii **IA**$^{2}$**c** familiares **IA**$^{2}$**c** familiaris **ΔNOP***Rom.* 10 uolebant **A**$^{2}$**c** solebant **ΔNOPI***Rom.* quaternis *uulg.*: quat(t)uor **ΔNOPIA**$^{2}$**c***Rom.* senatus . . . Bruti *om.* **P** 11 saminis **M**$^{1}$ 12 dedisse **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{2}$ numerauerunt **IA**$^{2}$**c** 13 at *Ernestius*: et **ΔNOPIA**$^{2}$**c***Rom.* *del. Orellius* 14 ius dici . . . syngrapha *om.* **bds** 15 IVS DICERETVR, hoc est, ut nec deteriore nec meliore iure ea syngrapha *suppl. Sternkopfius l. l.* (ius diceretur *iam Malaspina*) *cfr* VI 2, 7 quam **MmNOP***Rom.* qua **bdsIA**$^{2}$**c** 16 ceterae] cetera essent **PIA**$^{2}$**c** 17 sed *om.* **PI** 18 ea se] eas **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{2}$ ea **P** illos] eos **IA**$^{2}$**c** *de uarietate pronominum* (illos *sed p.* 49, 1 eos) *cfr* VII 4, 2

minus; rogat, ut eos ad ducenta perducam. optime, inquam. uoco illos ad me remoto Scaptio. quid? uos quantum, inquam, debetis? respondent: CVI. refero ad Scaptium. homo clamare. quid opus est, inquam, potius quam rationes conferatis? adsidunt, subducunt; ad nummum conuenit. illi se numerare uelle, urguere, ut acciperet. Scaptius me rursus seducit, rogat, ut rem sic relinquam. dedi ueniam homini impudenter petenti; Graecis querentibus, ut in fano deponerent postulantibus, non concessi. clamare omnes, qui aderant, nihil impudentius Scaptio, qui centesimis cum anatocismo contentus non esset; alii nihil stultius. mihi autem impudens magis quam stultus uidebatur; nam aut bono nomine centesimis contentus ⟨non⟩ erat aut non bono quaternas centesimas sperabat.

Habes meam causam. quae si Bruto non probatur, 13
nescio, cur illum amemus. sed auunculo eius certe probabitur, praesertim cum senatus consultum modo factum sit, puto, postquam tu es profectus, in credit⟨or⟩um causa ut centesimae perpetuo faenore ducerentur. hoc quid intersit, si tuos digitos noui, certe habes subductum. in quo quidem,

1 ducenta **MOPI** cc **bdmsNA**$^{2}$**c***Rom.* 2 uoco **sPIA**$^{2}$**c***Rom.* uolo **MbdmNO** quid? uos *Muellerus*: quid uos **NOP** quid uos? **ΔIA**$^{2}$**c** *Rom., alii* 3 CVI *uulg.*: cui **MbdmNOPI** CCCC **s** CC **A**$^{2}$**c***Rom.* 4 clamabat **bds** potius **NO**$^{1}$**PIA**$^{2}$**c** *om.* **ΔO**$^{2}$*Rom.** 5 quam] quas **s** quam quod **O**$^{2}$ adsidunt **MbdN** abscidunt **P** adsunt **ms***Rom.* assident **O**$^{2}$**IA**$^{2}$**c** ad **NO**$^{1}$**PIA**$^{2}$**c** *om.* **ΔO**$^{2}$*Rom.* 6 nummum] nimium *Rom.* 9 ut] et ut **F** 10 clamare **M**$^{2}$*al.*'**sNO**$^{1}$**PC** id amare **M**$^{1}$**bd** id clamare **mO**$^{2}$**IA**$^{2}$**c***Rom.* alii *ante* nihil *fuerunt qui insererent sed cfr* IV 3, 3, *Caes. b. G.* I 8, 4 impudentius . . . nihil *u.* 12 *om.* **N** 11 alii **O**$^{1}$ (*ut uid.*), *Manutius*: aliis **ΔO**$^{2}$**IA**$^{2}$**c** alius *Rom.* *om.* **P** 13 non *add. Ernestius*: *om.* **ΔNOPIA**$^{2}$**c***Rom.* *cfr Sternkopfius Ann. Burs. a.* 1908 *p.* 66 *sq.*, *Ramain, Rev. de Phil.* 32 (*a.* 1908) *p.* 303 *de* non *omisso cfr ad Att.* III 13, 1; V 10, 3; VI 1, 8; 1, 18; VIII 2, 3; *ep.* IX 22, 2; *de leg.* I 1, 3; *Maduigius de fin.* III 22, 74 15 meam] in eam **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{2}$ probabitur (*ex u.* 16) **m** 17 sit ut puto **sIA**$^{2}$**c***Rom.* 18 creditorum **IA**$^{2}$**c** creditum **ΔNOP***Rom.* ut **M***corr.***PA**$^{2}$**c***Rom.* aut **ΔNOI** 19 quidem **N**

4 *Sjögren.*

ὁδοῦ πάρεργον, ⟨L.⟩ Lucceius M. f. queritur apud me per litteras summum esse periculum, ne culpa senatus his decretis res ad tabulas nouas perueniat; commemorat, quid olim mali C. Iulius fecerit, cum dieculam duxerit; numquam rei publicae plus. sed ad rem redeo. meditare aduersus Brutum causam meam, si haec causa est, contra quam nihil honeste dici potest, praesertim cum integram rem et causam reliquerim.

14 Reliqua sunt domestica. de ἐνδομύχῳ probo idem, quod tu, Postumiae filio, quoniam Pontidia nugatur; sed uellem adesses. a Quinto fratre his mensibus nihil exspectaris; nam Taurus propter niues ante mensem Iunium transiri non potest. ⟨T⟩hermum, ut rogas, creberrimis litteris fulcio. P. Valerium negat habere quidquam Deiotarus rex eumque ait ⟨a⟩ se sustentari. cum scies, Romae intercalatum sit necne, uelim ad me scribas certum, quo die mysteria futura sint. litteras tuas minus paulo exspecto, quam si Romae esses, sed tamen exspecto.

1 ΟΔΙΟΠaΡeΡΤΟΝ **M**$^1$ ΟΛΙΟΠaΡeΡΤωΝ **P** *adscr.* uiae preter propositum **M***corr.***ds** L. *add. Ellendtius ad* III *de or.* 1, 4: *om.* **ΔNOPIA**$^2$**c** *Rom.* f.] frater **N** Fabio *Rom.* Fab. **A**$^2$**c** fan. **I** 4 mali] etiam mali **IA**$^2$**c** duxerit *Corradus*: dixerit **ΔOPIA**$^2$**c***Rom.* dixerat **N** *om.* **O**$^1$
5 rei p. *Schuetzius*: res p. (*uel* publica) **MNOPIA**$^2$**c***Rom.* r. p. **bdms**
6 siç **M** 7 potest **mA**$^2$**c***Rom.* posse **MbdN** posset **sPI**
10 quod **A**$^2$**c** cum **ΔNOPI***Rom.* filio *Manutius*: fili(a)e **ΔNOPIA**$^2$**c***Rom.* pontidia **s**, *Victorius*: ponidia (*uel* pomdia) **MbdOPI** pondia **N** pomelia **mA**$^2$**c***Rom.* πότνιαι *et* vngantur **A**$^2$ *in marg.* *cfr* VI 1, 10
13 Thermum *Manutius*: hermum **ΔNOPIA**$^2$**c***Rom.* celeberrimis **I**
15 a *add. plerique edd.*: *om.* **ΔNOPIA**$^2$**c***Rom.* *de* a *omissa cfr ad Q. fr.* III 1, 10; *ep.* XIII 73, 2 sustentare **msO**$^2$*Rom.*, *alii* 16 ceterum **s** 18 Vale *add.* **A**$^2$**c***Rom.*

# LIBER SEXTVS

## I

## CICERO ATTICO SAL.

Accepi tuas litteras a. d. quintum Terminalia Laodiceae, quas legi libentissime plenissimas amoris, humanitatis, officii, diligentiae. iis igitur respondebo — sic enim postulas —, nec οἰκονομίαν meam instituam sed ordinem conseruabo tuum. recentissimas a Cybistris te meas litteras I

M.TVLLII.CICERONIS.EPISTOLARVM . AD ATTICVM . LIBER . QVINTVS EXPLICIT. INCIPIT LIBER SEXTVS **M** (*mixt. litt. mai. et min.*) **m** M . TVLLII . CICERONIS . EPISTOLARVM . AD ATTICVM LIBER QVINTVS FINIT . SEXTVS . INCIPIT **b** M. T. CIC. EPISTOLARVM . AD ATHICVM LIBER SEXTVS INCIPIT LEGE FELICITER **d** EXPLICIT LIBER QVINTVS . M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER SEXTVS INCIPIT FELICITER **s** Explicit lib. v . Incipit lib' vj$^{9}$ **E** liber quintus exsplicit ad athicum Incipit sextus ad eumdem **N** M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER . V . EXPLICIT INCIPIT LIBER . VI . **O** M . T . CI . AD AT . EPISTOLARVM LIBER QVINTVS EXPLICIT INCIPIT SEXTVS FELICITER **P** M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM LIBER SEXTVS **A**$^{2}$**c** (*sed* Marci **c**, T. **A**$^{2}$) M. Tul. Ciceronis Epistolarum ad T. Pomponium Atticum . Liber . VI *Rom.* *inscr. om.* **GHI**

EP. I. *Accedunt* **EGH** 4 Terminalia **CZ**$^{1}$ ter milia **Ω***Rom.* mil(l)iare **IA**$^{2}$**c** 6 iis **A**$^{2}$**c***Rom.* his **ΩI** *post* respondebo *defectus signum posuit Victorius* non χρύσεα χαλκείων *suppl. Wesenb. Em. alt. p.* 107 (*Graeca iam Lambinus*) *coll.* VI 1, 22 κατὰ μίτον (*coll.* XIV 16, 3) *coni. Bootius alii alia*; *cfr tamen Lehmannus Jahresber. d. phil. Ver.* XXIV (*a.* 1898) *p.* 168 (*ep.* II 17, 1) 7 postules **M**$^{1}$**G**, *corr.* **M**$^{2}$ nec . . . secus *p.* 52, 9 *om.* **EGH** *adscr.* domesticam dispensationem **M***corr.*(*del.*) **ds** dispositionem in dicendo **M** *corr. man. post.* meam] idest domesticam dispensationem meam **I** institutam **b** 8 Cybistris te **C** Cibis tris te **N** cybistriste (*ut uid.*) **O**$^{1}$ tybis tristes **P** cybitriste **ΔI** (*sed* cib- **bI**, -is te **M**$^{4}$) Cibyrata **A**$^{2}$**c***Rom.* (*sed* -te *Rom.*)

habere ais a. d. XI Kal. Oct. datas et scire uis, tuas ego quas acceperim. omnes fere, quas commemoras, praeter eas, quas scribis Lentuli pueris et quas Equotutico et Brundisio datas. qua re non οἴχεται tua industria, quod uereris, sed praeclare ponitur, si quidem id egisti, ut ego delectarer. nam nulla re sum delectatus magis.

2 Quod meam βαθύτητα in Appio tibi, liberalitatem etiam in Bruto probo, uehementer gaudeo; ac putaram paulo secus. Appius enim ad me ex itinere bis terue ὑπομεμψιμοίρους litteras miserat, quod quaedam a se constituta rescinderem. ut si medicus, cum aegrotus alii medico traditus sit, irasci uelit ei medico, qui sibi successerit, si, quae ipse in curando constituerit, immutet ille, sic Appius, cum ἐξ ἀφαιρέσεως prouinciam curarit, sanguinem miserit, quicquid potuit detraxerit, mihi tradiderit enectam, προσ-

1 XI *Schicheus Progr. Berol. a.* 1897 *p.* 20 (*coll.* V 19, 1): X **ΔNOP IA$^2$c***Rom.* 3 et quas **NOP** et **ΔIA$^2$***Rom., uulg.* *om.* **c** equo tutico **ΔI** (*sed* -otu- **I**) acquo tutico **N** ego (*marg.* aequo) tutico **O** equo tuto **P** equo tucito *Rom.* Equotutio **A$^2$c** 4 *adscr.* perditur **M***corr.* (*del.*)**ds** periit **M***corr. rec.* 6—7 magis. Quod] magis quod **M$^1$** magis quam **M$^2$***al.*(*del.*)**bdmsNPIA$^2$c***Rom.* magis quam quọḍ **O** 7 ΒαΟΙτΗτα **P** *adscr.* astutiam **M***corr.***ds** tibi *deletum in* **M** libertatem **N**, *Victorius, alii sed cfr Lehmannus Jahresb. d. phil. Ver.* XIV (*a.* 1888) *p.* 257 8 etiam **M***corr.***sIA$^2$c** et iam **m***Rom.* et tam **M$^1$bdNOP** probo **M$^1$bdmNOP** probari **M***corr.*(*del.*)**sIA$^2$c***Rom.* probas **M** *iterum corr.* 9 paulo **NOPc** *om.* **ΔIA$^2$***Rom.* Appius] *accedunt* **EGH** enim *om.* **EGH** enim in itinere ad me **m***Rom.* bis terue **M$^2$msHO$^2$IA$^2$c***Rom.* bis terne **M$^1$** bisterne **bdEGNP** 10 ὑπομεμψιμοίρους **MG**(*litt. maiusc.*) **M***corr.***dmC** ΥΠΟΜΕΜΙΜΟΙΡΟΙC **P** ὑπομεμψάμενος **A$^2$c** ὑπομεμψαμένοις **b***Rom.* (*sed* -ομένοις **b**) ὑπομεμψεμένους **s** *adscr.* subquerulas **M** *corr.***ds** litteras etiam miserat **P** 12 traditus . . . medico *om.* **GH** irasci . . . successerit *om.* **bds** ei] eidem **m***Rom.* 13 constituerim **M$^1$**, *corr.* **M$^2$** immutet **M$^3$**(*sed* im- *post del.*)**bdsEHNOPIA$^2$c** mutet **M$^2$mG***Rom.* (*sed spat. ante* mutet **G**) ut et **M$^1$** ille *om.* **P** 14 cum] quoniam **P** *om.* **b** *adscr.* ex rapina **M***corr.***ds**, ex ablatione **M$^4$** 15 detraxit **N** mihi tradiderit *om.* **N** enectam] nec tam **GH** enectam et **A$^2$c***Rom.* προσανατρεπομένην **A$^2$c***Rom.* *post hoc u.* nutriendam *add. Rom.* προσανατρεφομένην . . . uidet *p.* 53, 1 *om.* **EGH** *adscr.* nutriendam **M***corr.*(*del.*)**ds** releuatam **M$^4$**

ἀνατρεφομένην eam a me non libenter uidet, sed modo suscenset, [et] modo gratias agit. nihil enim a me fit cum ulla illius contumelia; tantum modo dissimilitudo meae rationis offendit hominem. quid enim potest esse tam dissimile quam illo imperante exhaustam esse sumptibus et iacturis prouinciam, nobis eam obtinentibus nummum nullum esse erogatum nec priuatim nec publice? quid dicam de illius praefectis, comitibus, legatis? etiam de rapinis, de libidinibus, de contumeliis? nunc autem domus mehercule nulla tanto consilio aut tanta disciplina gubernatur aut tam modesta est quam nostra tota prouincia. hanc non nulli amici Appi ridicule interpretantur, qui me idcirco putent bene audire uelle, ut ille male audiat, et recte facere non meae laudis sed illius contumeliae causa. sin Appius, ut Bruti litterae, quas ad te misit, significabant, gratias nobis agit, non moleste fero, sed tamen eo ipso die, quo haec ante lucem scribebam, cogitabam eius multa inique constituta et acta tollere.

Nunc uenio ad Brutum, quem ego omni studio te 3
auctore sum complexus, quem etiam amare coeperam; sed ilico me reuocaui, ne te offenderem. noli enim putare me quicquam maluisse, quam ut mandatis satisfacerem, nec ulla de re plus laborasse. mandatorum autem mihi libellum

1 eam a me **C** et ama me **ΔNOPI***Rom.* Ama me **A**$^2$**c** uidet *Manutius*: uidi **ΔNOPIA**$^2$**c***Rom.* sed *om.* **GH** modo suscenset *bis* **M**$^1$**d** 2 modo **M***corr.***m** et modo **M**$^1$**bdsΣIA**$^2$**c***Rom.* 6 obtinentibus eam **IA**$^2$ illam tenentibus **E** 7 erogatum **ΔEO**$^2$**P**(*sed* erro- **E**)**IA**$^2$**c** *Rom.* rogatum **GHNO**$^1$**C** dicam *bis* **P** 8 *ante* etiam *dist.* **MdmsGH**, *post* etiam **P**, *Wesenb. l. l., alii, utroque loco* **O**, *non dist.* **bEN***Rom.* legatis? quid etiam **IA**$^2$**c** 10 nulla *om.* **M**$^1$, *add.* **M**$^2$ 11 tota nostra **m**$^1$**s** hanc] haec *Vrsinus, uulg. sed cfr Lehmannus l. l.* prouinciam *et de terra et de administratione dici monens* 13 putant **s** me *etiam ante* bene **N** 18 tollerare **M**$^3$(*del.*)**GH** tolerare **bd** 21 illico **s**, *Faërnus*: dico **Ω**(*praet.* **s**)**IA**$^2$**c***Rom.* me reuocaui **M***corr.***Σc** reuocaui me **ΔIA**$^2$*Rom.* nolui enim te putare **OPI** (*sed* noli **I**) 22 satisfacerem **M**$^2$**c**$^S$**bdmsEHO***Rom.* tuis satisfacerem **PIA**$^2$**c** facerem **M**$^1$**GN** 23 autem *om.* **GH**

dedit, isdemque de rebus tu mecum egeras. omnia sum diligentissime persecutus. primum ab Ariobarzane sic contendi, ut talenta, quae mihi pollicebatur, illi daret. quoad mecum rex fuit, perbono loco res erat; post a Pompei procuratoribus sescentis premi coeptus est. Pompeius autem cum ob ceteras causas plus potest unus quam ceteri omnes, tum quod putatur ad bellum Parthicum esse uenturus. ei tamen sic nunc soluitur: tricesimo quoque die talenta Attica XXXIII, et hoc ex tributis. nec id satis efficitur in usuram menstruam. sed Cn. noster clementer id fert; sorte caret, usura, nec ea solida, contentus est. alii neque soluit cuiquam nec potest soluere; nullum enim aerarium, nullum uectigal habet. Appi instituto tributa imperat. ea uix in faenus Pompei quod satis sit efficiunt. amici regis duo tresue perdiuites sunt, sed ii suum tam diligenter tenent quam ego aut tu. equidem non desino tamen per litteras
4 rogare, suadere, accusare regem. Deiotarus etiam mihi narrauit se ad eum legatos misisse de re Bruti; eos sibi responsum rettulisse illum non habere. et mehercule ego ita iudico, nihil illo regno spoliatius, nihil rege egentius. itaque aut tutela cogito me abdicare aut, ut pro Glabrione Scaeuola, faenus et impendium recusare. ego tamen, quas per te Bruto promiseram praefecturas, M. Scaptio, L. Gauio,

2 prosecutus **GP** primum . . . daret *u.* 3 *om.* **GH** contendi **ΔEOPIC***Rom.* contendit **A²c** committende (*suprascr.* uacat) contendi **N** 4 pro bono **O²P** erat] fuit **IA²** post a Pompei(i)**M***corr.***msEOP IA²c***Rom.* post pompeii **bdGH** postea a pompei **N** postea pompei **M¹** *suprascripta* a **M²** (*ut uid.*) *et expunctis* -ea 5 est *om.* **A²c** 6 cum] quin (*i. e.* qum) **M¹**, *corr.* **M²**; *cfr p.* 56, 6 7 ei] et **E** 8 tricesimo . . . amici *u.* 14 *om.* **GH** 9 id] inde *Otto Mus. Rhen.* XLI (*a.* 1886) *p.* 368 ita *coni. Orellius, sed* efficitur *fere* fit *ualere uidetur* efficit *Ernestius cfr u.* 14 10 Cn.] gñ. **E** gneus **b** sorte *uulg.*: forte **ΩIA²c***Rom.* cauet usurae **A²c** 11 quicquam **msA²c***Rom.* 14 regis] *accedunt* **GH** duo tresue] ductores ne **GH** 15 ii suum **IA²c** hi suum **EP** usum **ΔNO²***Rom.* hi **GH** 18 de re tributi *Rom.* 20 ita uidi. et iudico **P** 21 ut *om.* **bd** 22 ego . . . postulabat *p.* 55, 14 *om.* **GH** 23 per te **ΩC***Rom.* pro te **A²c** pro tuo **I** Scaptio et L. **IA²c** (*sed* Scriptio **I**)

qui in regno rem Bruti procurabant, detuli; nec enim in prouincia mea negotiabantur. tu autem meministi nos sic agere, ut quot uellet praefecturas sumeret, dum ne negotiatori. itaque duas ei praeterea dederam. sed ii, quibus petierat, de prouincia decesserant.

Nunc cognosce de Salaminis; quod uideo tibi etiam 5
nouum accidisse tamquam mihi. numquam enim ex illo audiui illam pecuniam esse suam; quin etiam libellum ipsius habeo, in quo est: Salamini pecuniam debent M. Scaptio et P. Matinio, familiaribus meis. eos mihi commendat; adscribit etiam et quasi calcar admouet, intercessisse se pro iis magnam pecuniam. confeceram, ut soluerent centesimis biennii ductis cum renouatione singulorum annorum. at Scaptius quaternas postulabat. metui, si impetrasset, ne tu ipse me amare desineres; nam ab edicto meo recessissem et ciuitatem in Catonis et in ipsius Bruti fide locatam meisque beneficiis ornatam funditus
perdidissem. atque hoc tempore ipso impingit mihi epistu- 6
lam Scaptius Bruti rem illam suo periculo esse, quod nec mihi umquam Brutus dixerat nec tibi, etiam ut praefecturam Scaptio deferrem. id uero per te exceperamus, ⟨ne⟩ negotiatori; quod si cuiquam, huic tamen non. fuerat enim praefectus Appio, et quidem habuerat turmas equitum, quibus inclusum in curia senatum Salamine obsederat, ut

3 quot] quod **c** sumeret . . . praeterea *om.* **P** negotiatori] negotiarentur **IA$^2$c** 4 praeterea **M$^1$NC** praefecturas **M$^2$bdmsEOIA$^2$c** *Rom.* dederam *om.* **bd** 5 decesserunt **N** 6 salaminiis **OA$^2$c**, *uulg. cfr ad* V 21, 10 quod . . . decederent *p.* 56, 4 *om.* **E** etiam tibi **s** 8 illam **NOP** ullam **ΔIA$^2$c***Rom.* 9 salaminii **NOPA$^2$c** *cfr supra* 10 Mantinio **IA$^2$** uatinio **ms***Rom.* 12 pro iis] propter his **M$^1$**, *ut uid.* pro piis **O$^1$**(?)**P** confecerant **M$^4$s** 13 biennii (*ex* viennii *pro* sexennii) *Sternkopfius Zinswucher des M. Brutus* (*Progr. Dortm. a.* 1900) *p.* 17: sex(s)en(n)ii **ΩIA$^2$c***Rom.* *cfr* VI 2, 7; *Tyrr.-Purs. in Add.* 14 metui] *accedunt* **GH** 15 imperasset impetrasset *priore uoce deleta* **M** tui ipse **M$^1$** 16 et (ciu.)] in **GHN** *post.* in *om.* **bdmsHN***Rom.* 18 ipse **NIA$^2$c** impigit **bd** 19 Bruti **IA$^2$c** Bruto **Ω***Rom.* 21 ne *Manutius*: *om.* **ΩIA$^2$c***Rom.*

fame senatores quinque morerentur. itaque ego, quo die tetigi prouinciam, cum mihi Cyprii legati Ephesum obuiam uenissent, litteras misi, ut equites ex insula statim decederent. his de causis credo Scaptium iniquius de me aliquid ad Brutum scripsisse. sed tamen hoc sum animo: si Brutus putabit me quaternas centesimas oportuisse decernere, cum tota prouincia singulas obseruarem itaque edixissem idque etiam acerbissimis faeneratoribus probaretur, si praefecturam negotiatori denegatam queretur, quod ego Torquato nostro in tuo Laenio, Pompeio ipsi in Sex. Statio negaui et iis probaui, si equites deductos moleste feret, accipiam equidem dolorem mihi illum irasci, sed multo maiorem non

*7* esse eum talem, qualem putassem. illud quidem fatebitur Scaptius, me ius dicente sibi omnem pecuniam ex edicto meo auferendi potestatem fuisse. addo etiam illud, quod uereor tibi ipsi ut probem: consistere usura debuit, quae erat in edicto meo. deponere uolebant; impetraui a Salaminis, ut silerent. ueniam illi quidem mihi dederunt, sed quid iis fiet, si huc Paulus uenerit? sed totum hoc Bruto dedi, qui de me ad te humanissimas litteras scripsit, ad me autem, etiam cum rogat aliquid, contumaciter, adroganter, ἀκοινονοήτως solet scribere. tu autem uelim ad eum scribas

1 morerentur Ω(*sed* mori- **H**)**C***Rom.* necarentur **IA**$^2$**c** ego *om.* **M**$^1$**m***Rom.*, *add.* **M**$^3$ quo die] quotidie **M**$^3$(*del.*)**bdGH** 2 prouinciam tetigi **M**$^1$**m***Rom.* 4 his] *accedit* **E**; *alia manus incipit in* **H** 6 cum **M***corr.*(*del.*)**bd**$^2$**GHNI** quin **M**$^1$**d**$^1$**O** qui in **M**$^4$(*ut uid.*)**P** qui **msEA**$^2$**c***Rom.* *cfr p.* 54, 6 7 singula **bd** itaque **ΔNOI***Rom.* idque **M***corr.***EA**$^2$**c** que (*antecedente spatio*) **P** itaque . . . probaui *u.* 11 *om.* **GH** edixissem **M**$^2$**bdmsEIA**$^2$**c***Rom.* dixissem **M**$^1$**NOP** 9 queretur **MENO**$^2$**A**$^2$**c***Rom.* querereretur **bdmsO**$^1$**PI** 10 tuo **MbdsENOPIC** tito **m** T. **A**$^2$**c***Rom.* Laenio] lameo **P** Lemnio **IA**$^2$**c** 11 ductos **GHI** feret **msEA**$^2$**c***Rom.* ferret **MbdGHNO**$^1$**P** ferrent **IO**$^2$ 12 sed . . . putassem *om.* **H** 13 illud . . . uenerit *u.* 19 *om.* **E** equidem **P** 16 quae] idque (*uel* itaque *coll. u.* 7) *Sternkopfius l. l. p.* 11 *sq. adn.* 2, *nescio an uere* 17 ab **IA**$^2$**c** 19 sed] *accedit* **E** 21 autem *om.* **bds** aliquid *om.* **P** 22 AKOINONOHTωC **Mm** AKOINONOIΠωC **G** aKOINONOνΘωC **P** ἀκοινωνήτως **M***corr.***b**$^2$**dsA**$^2$**c***Rom.* (-νοητ- **b**$^1$, -νίτ- **c**) *adscr.* priuatim **M***corr.*(*del.*)**ds**, insolenter **M**$^4$ *cfr* VI 3, 7; *Gell. N. A.* XII 12, 4; *Friedlaenderus ad. Iuu. Sat.* VII 218 eum] me **s**

de his rebus, ut sciam, quo modo haec accipiat; facies enim me certiorem.

Atque haec superioribus litteris diligenter ad te perscripseram, sed plane te intellegere uolui mihi non excidisse illud, quod tu ad me quibusdam litteris scripsisses, si nihil aliud de hac prouincia nisi illius beneuolentiam deportassem, mihi id satis esse. sit sane, quoniam ita tu uis, sed tamen cum eo, credo, quod sine peccato meo fiat. igitur meo decreto soluta res Scaptio stat[im]. quam id rectum sit, tu iudicabis; ne ad Catonem quidem prouocabo.
sed noli me putare ἐγκελεύσματα illa tua abiecisse, quae 8
mihi in uisceribus haerent. flens mihi meam famam commendasti; quae epistula tua est, in qua ⟨non⟩ mentionem facias? itaque irascatur, qui uolet; patiar: τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ, praesertim cum sex libris tamquam praedibus me ipsum obstrinxerim, quos tibi tam ualde probari gaudeo. e quibus unum ἱστορικὸν requiris de Cn. Flauio, Anni filio. ille uero ante Xuiros non fuit, quippe qui aedilis curulis fuerit, qui magistratus multis annis post Xuiros institutus est. quid ergo profecit, quod protulit fastos? occultatam putant quodam tempore istam tabulam, ut dies agendi peterentur a paucis. nec uero pauci sunt auctores Cn.

1 facias **OP** 3 hoc **mIA**$^2$*Rom.* diligenter ad te **Σ** ad te diligenter **ΔIA**$^2$**c***Rom.* 7 reportassem **mA**$^2$**c***Rom.* id *om.* **EG** ita tu] tu ita **N** tu **bd** 8 cum eo quod] *cfr Handius Turs.* II *p.* 166 sine pretio meo **P** 9 soluta res *etiam* **Z**$^1$ stat *Madnigius Adu. crit.* III *p.* 176: statim **ΩIA**$^2$**c***Rom.* id rectum *Corradus*: decretum **ΩZ**$^1$**IA**$^2$**c***Rom.* 11 *adscr.* mandata **M***corr.***ds** 13 non *add.* **IA**$^2$**c** (non eius *alii*), *ante* facias *Rom.* *om.* **Ω** *cfr ad* V 21, 12 14 ego patiar **s***Rom.* *adscr.* bene enim mecum **M***corr.***ds** *Aristoph. Ach.* 661 15 me ipsum] me **N** *om.* **G** me ipse *Manutius*; *cfr Lebr. Études p.* 147 16 obstrinxerim *om.* **N** probari] *in hac uoce desinit* **G** 17 e quibus . . . litteras *p.* 58, 9 *om.* **H** *adscr.* historicum **M***corr.***ds** *cfr Hist. Rom. Rel.* I$^2$ *p.* 132 *P.* 18 xuiros *plurimi codd.* (*item infra*) septem uiros **E** decemuiros **IA**$^2$**c***Rom.*, *uulg.* qui *om.* **bd** 19 fuerat **M**$^1$**N** magistratum **M**$^1$ 20 profecit *uulg.*: proficit **ΩIA**$^2$**c***Rom.* 21 putatur **P**

Flauium scribam fastos protulisse actionesque composuisse, ne me hoc uel potius Africanum — is enim loquitur — commentum putes. οὐκ ἔλαθέ σ⟨ε⟩ illud de gestu histrionis.
9 tu sceleste suspicaris, ego ἀφελῶς scripsi. de me imperatore scribis te ex Philotimi litteris cognosse; sed credo te iam in Epiro cum esses binas meas de omnibus rebus accepisse, unas a Pindenisso capto, alteras Laodicea, utrasque tuis pueris datas. quibus de rebus propter casum nauigandi per binos tabellarios misi Romam publice litteras.

10 De Tullia mea tibi adsentior scripsique ad eam et ad Terentiam mihi placere. tu enim ad me iam ante scripseras: ac uellem te in tuum ueterem gregem rettulisses. correcta uero epistula Memmiana nihil negotii fuit; multo enim malo hunc a Pontidia quam illum a Seruilia. qua re adiunges ⟨S⟩auf⟨e⟩ium nostrum, hominem semper amantem me⟨i⟩, nunc, credo, eo magis, quod debet etiam fratris Appi amorem erga me cum reliqua hereditate creuisse; qui declarauit, quanti me faceret, cum saepe tum in Bursa. ne tu me sollicitudine magna liberaris.

11 Furni exceptio mihi non placet; nec enim ego ullum aliud tempus timeo, nisi quod ille solum excipit. sed scriberem ad te de hoc plura, si Romae esses. in Pompeio

1 actionesque **NA**$^2$c*Rom.* auctionesque **ΔOPI** autoresque **E** composuisse] *cfr M. Wlassak Die klassische Prozessformel* I (1924) *p.* 34 2 nec *Rom.* 3 οὐκ ἔλαθέ σε *Malaspina*: OYKΕΛΑΘΕC **M** οὐκ ἔλαθες **M***corr.***bdmsOA**$^2$c*Rom.* OIKΕΛΑΟΕC **P** *adscr.* non latuisti **M** *corr.***ds** 4 ego ... canat *p.* 60, 6 *om.* **E** *adscr.* pure uel simpliciter **M***corr.*, pure **ds** 5 cognouisse **O**$^2$**A**$^2$c*Rom.* 7 alteras] alias **P** Laodicea **NOP***Ant.* a Laodicea **ΔO**$^2$**IA**$^2$c*Rom.* 9 publice litteras **NOPc** litteras publice **ΔIA**$^2$*Rom.* 10 De] *accedit* **H** 12 at **sA**$^2$c*Rom.* 13 uero littera epistola **m** memminiana **M**$^3$(*del.*)**bd** memimana **N** 15 adiungeres **H** Saufeium *Buechelerus Mus. Rhen.* XI (*a.* 1857) *p.* 535 (= *Kl. Schr.* I *p.* 74): aufium **ΩIA**$^2$c*Rom.* *cfr* VI 9, 4 16 mei *plerique codd. Mal.* me **ΔHNOIA**$^2$c*Rom.* *om.* **P** 18 cum] quin **P** 20 enim ego **MbdsNc** ego enim **HOP** ego **mIA**$^2$ *Rom.* 21 nisi] si **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ quod ille] illud quod **P** solum ille **IA**$^2$ 22 in Pompeium **bdsZ**$^b$, *duo codd. Mal.*

te spem omnem otii ponere non miror. ita res est, remo-
uendumque censeo illud dissimulantem. sed enim οἰκο-
νομία si perturbatior est, tibi adsignato; te enim sequor
σχεδιάζοντα.

Cicerones pueri amant inter se, discunt, exercentur, 12
sed alter, ut Isocrates dixit in Ephoro et Theopompo, frenis
eget, alter calcaribus. Quinto togam puram Liberalibus
cogitabam dare; mandauit enim pater. ea sic obseruabo,
quasi intercalatum non sit. Dionysius mihi quidem in
⟨a⟩moribus est; pueri autem aiunt eum furenter irasci, sed
homo nec doctior nec sanctior fieri potest nec tui meique
amantior. Thermum, Silium uere audis laudari; ualde se 13
honeste gerunt. adde M. Nonium, Bibulum, me, si uoles.
iam Scrofa uellem haberet ubi posset; est enim lautum
negotium. ceteri infirmant πολίτευμα Catonis. Hortensio
quod causam meam commendas, ualde gratum. de Amiano
spei nihil putat esse Dionysius. Terenti nullum uestigium
adgnoui. Moeragenes certe periit. feci iter per eius pos-
sessionem, in qua animal reliquum nullum est. haec non

1 ponere otii **HOP** otii *om.* **M**$^{1}$, *add.* **M**$^{2}$ 2 illud *duo codd. Mal.*: illum **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.* *cfr* V 11, 3 enim] *del. Wesenb. Em. alt. p.* 107 (*ex u.* 3), *fort recte* rerum *Muellerus Mus. Rhen.* LIII (*a.* 1898) *p.* 124 οἰκονομία *om.* **bd** *adscr.* dispensatio domus (*del.*) **M***corr.*, dispositio **M**$^{4}$ 4 *adscr.* fabricantem **M***corr.* **ds** 6 ut Isocrates dixit **OP** (*sed* ys- **P**)**c**(*sed* uti **c**) uti socrates dixit **HN** uti dixit Isocrates **MA**$^{2}$ uti dixit socrates **bdmsI***Rom.* *cfr Lehm. de Cic:s ad Att. epp. p.* 169 *cfr Suid. s. u.* Ἔφορος 10 amoribus *Victorius*: moribus **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.* eum] se **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{2}$ 11 *primum* nec *om.* **bds** nec doctior *om.* **m***Rom.* 12 Thermum **NA**$^{2}$**c** themum **Mbdm** Therinum **s** thenium **O**$^{2}$ Thennium **I** t (*sequ. spat.*) **P** Thermum . . . Catonis *u.* 15 *om.* **H** et *inter nomina add.* **A**$^{2}$**c***Rom.* Silium **C** silium *uel* filium **N** siluium (syl-) **ΔOIA**$^{2}$**c***Rom.* *om.* **P** laudari **A**$^{2}$**c***Rom.* laudare **ΩI** se **NO**$^{1}$**PIA**$^{2}$**c** *om.* **ΔO**$^{2}$*Rom.*; *u. Com. Tull. p.* 89 14 habere **bd** 15 ceteri infirmant **O**$^{1}$**PIA**$^{2}$**c** ceterum firmant **ΔO**$^{2}$*Rom.* ceter infirmant **N** *adscr.* administratio in re p. **M***corr.***ds** 16 causam nostram **m***Rom.* meam causam **P** gratum] gratum habeo **PI** ainiano **Mdm** auiano **H** cumano **bs** 18 moereganes **N** mereagenes **bds** *cfr* V 15, 3 19 hoc **IA**$^{2}$**c** haec . . . mandaui *p.* 60, 2 *om.* **H**

noram tum, cum Democrito tuo ⟨cum⟩ locutus sum. Rhosica uasa mandaui. sed heus tu, quid cogitas? in felic[it]atis lancibus et splendidissimis canistris holusculis nos soles pascere; quid te in uasis fictilibus appositurum putem? κέρας Phemio mandatum est; reperietur, modo aliquid illo dignum canat.

14 Parthicum bellum impendet. Cassius ineptas litteras misit, necdum Bibuli erant allatae. quibus recitatis puto fore ut aliquando commoueatur senatus. equidem sum in magna animi perturbatione. si, ut opto, non prorogatur nostrum negotium, habeo Iunium et Quintilem in metu. esto; duo quidem menses sustinebit Bibulus. quid illo fiet, quem reliquero, praesertim si fratrem? quid me autem, si non tam cito decedo? magna turba est. mihi tamen cum Deiotaro conuenit, ut ille in meis castris esset cum suis copiis omnibus. habet autem cohortes quadringenarias nostra armatura xxx, equitum ↀ ↀ. erit ad sustentandum, quoad Pompeius ueniat; qui litteris, quas ad me mittit, significat suum negotium illud fore. hiemant in nostra

1 tum cum (*uel* quum) democrito **bdmsO$^2$IA$^2$c***Rom.* tamen cum democrito **M$^2$***al.***N** tum cum demo erit **M$^1$**(*suprascr.* pro erat *manu rec.*)**O$^1$P** tuo *om.* **N** cum *add. Lambinus*: *om.* **ΩIA$^2$c***Rom.* *cfr Lehmannus Quaest. Tull. p.* 106 *sq.* Rhosica (*uel* -iaca) uasa **Z$^{bl}$** rhosi causa **OP** rhosi(i) causam **ΔIA$^2$c***Rom.* (*sed* rhe- **I**) trahosi causam **N** 2 sed] *accedit* **H** cogitas . . . holusculis *om.* **H** in felicatis *Fr. Iunius* (*coll. Parad. Stoic.* 2, 11): infelicitatis (in fel-) **ΩIA$^2$c***Rom.* 3 non *ante* olusculis (*sic*) *add.* **A$^2$c***Rom.* 5 κέρας *om.* **bds** prohemio **P** Prooemio **I** reperitur **M$^1$mO$^1$** reperiatur **s** 7 Parthicum] *accedit* **E** pendet **M$^1$m***Rom.*, *corr.* **M$^3$** 9 aliquid **bd** commoueant **P** in **ΣC** *om.* **ΔIA$^2$c***Rom.* 10 perturbatione **ΩC***Rom.* perturbatione commotus **IA$^2$c** ut opto *om.* **M$^1$**, *add.* **M$^2$** 12 duo **HNO$^1$P** duos **ΔEO$^2$IA$^2$c***Rom.*, *uulg.* 13 quem] quoniam **P** quid **M***corr.***A$^2$c***Rom.* qui **ΩI** autem] a (*sequ. spat.*) **P** 14 tam] ita **N** 16 quadringenarias **Mm***Rom.* quadrigenarias **dEHOPI** quadragenarias **bsN** quadringentarias **A$^2$c** 17 eq. ∞ ∞ **MmEOP** *codd. Mal.* eq; eo **H** equit. (*sequ. spat.*) **bds** eque (*sequ. lineis distortis*) **N** equitum **IA$^2$** eque *Rom.* equitum cccc **c** 18 litteris **M$^2$bdmsEO$^2$A$^2$c***Rom.* litteras **M$^1$HNO$^1$PI**

prouincia Parthi; exspectatur ipse Orodes. quid quaeris? aliquantum est negotii.

De Bibuli edicto nihil noui praeter illam exceptionem, 15
de qua tu ad me scripseras, nimis graui praeiudicio in ordinem nostrum. ego tamen habeo ἰσοδυναμοῦσαν, sed tectiorem, ex Q. Mu[ni]ci[pi] P. f. edicto Asiatico, EXTRA QVAM SI ITA NEGOTIVM GESTVM EST VT EO STARI NON OPORTEAT EX FIDE BONA, multaque sum secutus Scaeuolae, in iis illud, in quo sibi libertatem censent Graeci datam, ut Graeci inter se disceptent suis legibus. breue autem edictum est propter hanc meam διαίρεσιν, quod duobus generibus edicendum putaui. quorum unum est prouinciale, in quo inest de rationibus ciuitatum, de aere alieno, de usura, de syngraphis, in eodem omnia de publicanis; alterum, quod sine edicto satis commode transigi non potest, de hereditatum possessionibus, de bonis possidendis uendendis, magistris faciendis, quae ex edicto et postulari et fieri solent. tertium de reliquo iure dicundo ἄγραφον reliqui. dixi me de eo genere mea decreta ad edicta urbana accommodaturum. itaque curo et satis facio adhuc omnibus. Graeci uero exsultant, quod peregrinis iudicibus utuntur. nugatoribus

1 exspectatur ... legibus *u.* 10 *om.* **H** 3 De ... mittas § 24 *om.* **E** expectationem **bs** 5 *adscr.* equiualentem **M***corr.***ds** 6 tectiorem **M**[1] certiorem **M***corr.* **bdmsO**[1](?)**P***Rom.* rectiorem **NO**[2]**IA**[2]**c** Mucii *Victorius*: municipi(i) (Mun-) **ΩIA**[2]**c***Rom.* *cfr M. Wlassak, Die klassische Processformel* I (1924) *p.* 23 7 eo sṭrari **M** costrari **P** 8 multa que **M**[1]**sN***Rom.* multa quae **bdmIA**[2]**c** in iis *Manutius*: misi **ΔO***Rom.* nisi **NP** misi : nisi **IA**[2]**c** 9 in quo] quod **bd** ut] ut diuisionem **I** 10 suis *om.* **I** regibus **M**[1]**N**, *corr.* **M**[2]c[s] breue] *accedit* **H** 11 ΔΙΛΡΕCΙΝ **M** aιapecιN **P** *adscr.* diuisionem **M***corr.***ds** generibus] *cfr Madv. de fin.* II 3, 9 12 inest **M***corr.*(*del.*)**bdsHNOP IA**[2]**c** est **M**[1]**m***Rom.*, *uulg.* 16 de possessionibus hereditatum de possidendis bonis **IA**[2] possidendis *secl. Wesenberg Em. p.* 39, *alii; fort.* proscribendis *cfr Lenel Edictum perp.*[2] *p.* 409 uendendis magistris faciendis quae *Lambinus*: magistris faciendis (-iund- **IA**[2]**c**) uendendis quae (-disque) **ΩIA**[2]**c***Rom.* (*sed* -disque que **s**) 17 solet **IA**[2]**c** 18 dicendo **HP** aτpaφων **P** *adscr.* non scriptum **M***corr.***ds** 21 non *post* quod *add.* **M**[4] iudicibus ut suis utuntur **PIA**[2]**c**

quidem, inquies. quid refert? tamen se αὐτονομίαν adeptos putant. uestri enim, credo, graues habent, Turpionem sutorium et Vettium mancipem.

16 De publicanis quid agam, uideris quaerere. habeo in deliciis, obsequor, uerbis laudo, orno; efficio, ne cui molesti sint. τὸ παραδοξότατον, usuras eorum, quas pactionibus adscripserant, seruauit etiam Seruilius. ego sic. diem statuo satis laxam, quam ante si soluerint, dico me centesimas ducturum; si non soluerint, ex pactione. itaque et Graeci soluunt tolerabili faenore et publicanis res est gratissima, si illa iam habent pleno modio, uerborum honorem, inuitationem crebram. quid plura? sunt omnes ita mihi familiares, ut se quisque maxime putet. sed tamen μηδὲν αὐτοῖς — scis reliqua.

17 De statua Africani — ὢ πραγμάτων ἀσυγκλώστων! sed me ⟨id⟩ ipsum delectauit in tuis litteris — ain tu? Scipio hic Metellus proauum suum nescit censorem non fuisse? atqui nihil habuit aliud inscriptum nisi CONSOL ea statua, quae ab

1 inquies . . . faenore et *u.* 10 *om.* **H** tamen **M**$^{4}$ tu **M**$^{1}$**bdmO**$^{2}$ tum **sA**$^{2}$**c***Rom.* hij **N** ipse (*om.* se) **P** eos qui **I** ΑΙΤΟΝΩΜΙΑΝ **P** *adscr.* libertatem **M***corr.***ds** 2 uestri **ΩC** nostri **s**$^{2}$**A**$^{2}$**c***Rom.* pro nostri **I** credo *om. et add.* **M**$^{1}$ habent graui (*sic*) **bds** 3 uectium **ΔO**$^{2}$**IA**$^{2}$**c***Rom.* uetium **O**$^{1}$ uecium **N** tuctium **P** 6 ΤΟΙΤΑΡΑΔΟΞΟΤΑΤΟΝ **M** ΤΟΤΑΡαΟʒΟΘΑΤωΗ **P** *adscr.* mirabilissimum **M***corr.***ds** a(d)scripserat **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.* (*sed* -rāt **M***corr.*) 7 seruauit] -t *del.* **M***corr.* Seruilius **A**$^{2}$**c***Rom.* seruicius (-tius) **ΔOPI** m seruicijs **N** 8 dico . . . soluerint *om.* **P** 9 dicturum **M***corr. et* **M**$^{2}$**c**$^{S}$ ducturum *restituit* **M***corr.* 10 publicanis] *accedit* **H** 11 si **ΔHNOIA**$^{2}$**c***Rom.* *om.* **P** sic *Lambinus* sed *coni. Wesenb.* illa **M***corr.* **mOPA**$^{2}$**c***Rom.* illam **M**$^{1}$**bdsHN** plena modia **A**$^{2}$ *in marg.* plena modio **bd** plenam odio **s** plena in odio *Rom.* mutationem **H***Rom.* 13 maxime **ΩC***Rom.* maximi **IA**$^{2}$**c** *adscr.* nihil ipsis **M***corr.***ds** 14—15 reliqua sequitur sed statua **NOP** 15 ΩΠΡΑΓΜΑΤΟΝΑϹΥΤΚΑΩϹΤΩΝ **M** ΟΠΡαΓΜαΤωναπΤΚΛωϹΤων **P** *adscr.* O res inconfundibiles **M***corr.***ds** 16 id **NP**, *Lambinus*: *om.* **ΔHOIA**$^{2}$**c***Rom.* *cfr Maduigius de fin.* II 28, 93 17 non **ΔHNOC** *erasum uidetur in* **M** *om.* **PIA**$^{2}$**c** 18 CONSOL ea *Bootius Obs. crit. p.* 50: censor ea **M**$^{4}$ censore a **M**$^{1}$**m** censorea **OP** censoria **bdsHIA**$^{2}$**c** cenciora **N** *cfr Mommsenus C. I. L.* I$^{2}$ *p.* 186 censor *propter* censorem *u.* 17; *cfr p.* 31, 1 muni, *p.* 43, 5 esse, *p.* 43, 15 recta

Opis parte posita in excelso est. in illa autem, quae est ad Πολυκλέους Herculem, inscriptum est CONSOL; quam esse eiusdem status, amictus, anulus, imago ipsa declarat. at mehercule ego, cum in turma inauratarum equestrium, quas hic Metellus in Capitolio posuit, animaduertissem in Sarapionis subscriptione Africani imaginem, erratum fabrile putaui, nunc uideo Metelli. ὢ ἀνιστορησίαν turpem! nam 18
illud de Flauio et fastis, si secus est, commune erratum est, et tu belle ἠπόρησας, et nos publicam prope opinionem secuti sumus, ut multa apud Graecos. quis enim non dixit Εὔπολιν, τὸν τῆς ἀρχαίας, ab Alcibiade nauigante in Siciliam deiectum esse in mare? redarguit Eratosthenes; adfert enim, quas ille post id tempus fabulas docuerit. num idcirco Duris Samius, homo in historia diligens, quod cum multis errauit, irridetur? quis Zaleucum leges Locris scripsisse non dixit? num igitur iacet Theophrastus, si id a Timaeo, tuo familiari, reprehensum est? sed nescire pro-

1 parte **bdsHNOPI** pte **M** per te **mA²c***Rom.** in illa . . . scire *p.* 64, 6 *om.* **H** autem] item **F** 2 ΠΟΔΑΥΚΛΕΟΥC **M** ΠΟΛαΙΚαεΥΟC **P** ποδαυκλέους **M***corr.***bdms** πόδας ἡρακλέους **A²c***Rom.* hercule **P***Rom.* est] esse **I** consul **ΩI***Rom.* Cos. **A²c** quem **I** 3 ipsa] *hinc incipit cod.* **W** 4 mercule **W** turma inauratarum **O¹PCW** turmam auratarum **ΔNIA²c***Rom.* 5 Metellus *om.* **m** *Rom., Orellius sed cfr ep.* XIII 21,2 Hammonium . . . eum Hammonium; *de div.* I 54, 123; *ad Q. fr.* I 2, 11; *ad Att.* VIII 5, 1 sarapionis **MmW***Rom.* serapionis **bdsNOPIA²c** 6 descriptione **bds** africani imaginem **W** **IA²c** (*sed* Aphri- **A²c**) affricani imaginem (yma-) **N**(*sed* effr-)**O¹**(?)**P** ne af(f)ricanum agmen **ΔO²**(*sed* aginem **O**)*Rom.* 7 ω **MPW** ὦ **msC** ὢ **bd** *om.* **NOIA²c***Rom.* O *uulg.* αΗΙΤΟΡΗCΙαν **P** *adscr.* O inscientiam histori(a)e **M***corr.***ds** 8 eratum **W** ratum **P** 9 tu] tamen **P** *adscr.* dubita(ui)sti **M***corr.***ds** nos *om.* **m***Rom.* prope *om.* **P** 10 ut] et **bd** 11 τὸν *om.* **A²** *adscr.* eupolin antiqu(a)e **M***corr.***ds** 12 eratost(h)enes **M³**(*ut uid.*)**bdsIA²c***Rom.* (*sed* cra- **I**) frastos tenes **M¹W** fastos tenes **mP** fractosenes **N** 14 Duris Samius] durissimus **NP** *ad* duris *in marg. adnot.* duris nomen historici **M***corr.* 15 caleucum (*uel sim.*) **M²***al.*(*del.*)**N** talentum **P** lege siocris **W** 16 Idatumeo **M¹**, *adscr. in marg.* al' a Timeo **M¹**, *ut uid.* id a tumeo **M***corr.***N** id datum meo **P** 17 reprehensum **bdmsOPWA²c***Rom.* reprensum **MNI** *de eodem dissensu Timaei cum Theophrasto cfr de leg.* II 6, 15

auum suum censorem non fuisse turpe est, praesertim cum post eum consulem nemo Cornelius illo uiuo censor fuerit.

19 Quod de Philotimo et de solutione HS XXDC scribis, Philotimum circiter Kal. Ian. in Chersonesum audio uenisse. at mi ab eo nihil adhuc. reliqua mea Camillus scribit se accepisse. ea quae sint nescio et aueo scire. [sed] uerum haec posterius et coram fortasse commodius.

20 Illud me, mi Attice, in extrema fere parte epistulae commouit; scribis enim sic: τί λοιπόν; deinde me obsecras amantissime, ne obliuiscar uigilare et ut animaduertam, quae fiant. num quid de quo inaudisti? etsi nihil eius modi est. πολλοῦ γε καὶ δεῖ. nec enim me fefellisset nec fallet. sed ista admonitio tua tam accurata nescio quid mihi significare uisa est.

21 De M. Octauio iterum iam tibi rescribo te illi probe respondisse; paulo uellem fidentius. nam Caelius libertum ad me misit et litteras accurate scriptas et de pantheris et † a ciuitatibus. rescripsi alterum me moleste ferre, si ego

1 non **ΔNO**$^2$**CW***Rom.* *om.* **M***corr.***O**$^1$**PIA**$^2$**c** *cfr ad* V 21, 12 2 post **ΔOIA**$^2$**c***Rom.* potest **NPW** illo etiam uiuo **OP** censore **Mbdm** 3 H. S. *om.* **N** .XX.DC **ΔOWI** (*in* **bdms** *linea super addita, in* **M** *sic*: |XX| dc̄) X̄X̄ **P** XXX **A**$^2$**c** *om.* (*add. lin. distort.*) **N** 4 circa **N** 5 at **IA**$^2$**c** ac **ΔNOPW***Rom.* mi **ΔO**$^2$**W***Rom.* me **N** mihi **O**$^1$(?)**PIA**$^2$**c** Camillus **IA**$^2$**c** camilis **ΔNO**$^2$**W***Rom.* canulis **P** *cfr ep.* V 20, 3 scribis **W** 6 aueo **M**$^4$**msIA**$^2$**c***Rom.* ab eo **MbdOP** habeo **N** haueo (*ex* heu-) **W** scire] scire cupio **O**$^1$ uerum *Victorius*: sed uerum **ΩWI***Rom.* sed **A**$^2$**c** (*cfr* IV 3, 1; *ep.* VI 12, 3 uerum **M** sed **GR**; *pro Mil.* 1, 3 uerum **HBE** sed **T**) *accedit* **H** 8 me *om.* **M**$^1$ parte fere **bds** 9 TIΛOIΠON **W** *om.* (*spat. rel.*) **d** *adscr.* quid reliquum **M***corr.* 11 inaudisti **ΔNO**$^2$**PIA**$^2$**c***Rom.* audisti **O**$^1$**W** iudicasti **H** mandasti **s** (*in marg.*) numquid . . . est *om.* **b** 12 ΠOΛΛOEΓTE **M** ΠOΛΛOeITe **P** πολλωνγεκιδει *Rom.* *adscr.* multum abest **M***corr.***ds** nec . . . fallet *om.* **b** 13 admonitio etiam tua **P** 15 de M.] dem **M**$^1$**W** Deinde **H** iam *om.* **M**$^1$**b**, *add.* **M**$^2$ 16 Caelius] cellius **P** Cleius **N** cecilium **bds** liber tum **W** 17 et de panderis et a ciuitatibus **W** et de pantheris sed a ciuitatibus **ΔHOPZ**$^b$(*sed* seca *pro* sed a **H**, sed de *pro* et de **OP**)**IA**$^2$**c***Rom.* et de pantheris et a ciuitate **N** *excidisse uidentur uelut haec*: et a ciuitatibus ut sibi pecuniam conciliarē. Rescripsi *eqs.* *cfr ad Q. fr.* I 1, 26

in tenebris laterem nec audiretur Romae nullum in mea prouincia nummum nisi in aes alienum erogari, docuique nec mihi conciliare pecuniam licere nec illi capere, monuique eum, quem plane diligo, ut, cum alios accusasset, cautius uiueret; illud autem alterum alienum esse existimatione mea, Cibyratas imperio meo publice uenari.

22 Lepta tua epistula gaudio exsultat; etenim scripta belle est meque apud eum magna in gratia posuit. filiola tua gratum mihi fecit, quod tibi diligenter mandauit, ut mihi salutem adscriberes, gratum etiam Pilia, sed illa officiosius, quod mihi, quem iam pridem * numquam uidit. igitur tu quoque salutem utrique adscribito. littera⟨ru⟩m datarum dies prid. Kal. Ian. suauem habuit recordationem clarissimi iuris iurandi, quod ego non eram oblitus; magnus enim praetextatus illo die fui. habes ad omnia. non, ut postulasti, χρύσεα χαλκείων sed paria paribus respondimus.

23 Ecce autem alia pusilla epistula, quam non relinquam ἀναντιφώνητον. bene mehercule † potuit Lucceius Tusculanum, nisi forte — solet enim — cum suo tibicine; et uelim scire, qui sit eius status. Lentulum quidem nostrum

1 ullum **M***corr.***N** 2 nisi *om.* **W** 3 conciliare (-ri **N**) *om.* **IA²c** 6 cibyratas **HWIA²c***Rom.* (*sed* -bi- **H**, -bu- **I**) cyburatas **M¹m** (-bi- **M***corr.***d**) tibi ratas **P** cubitatas **N** cyburas **s** cilicas **b** 7 lepta **W** lecta **ΔNOPIA²c***Rom.* laeta **M³H** tua *om.* **M¹**, *add.* **M²** gaudio exultaui **b** gaudeo exulto **P** 8 est belle est **N** 10 pilia **sP***Rom.* P. illa **MbdmHN** Pylia **IA²c** . P. **W** 11 pridem, haec amabilius, quod homini ignoto, quem quidem numquam *coni. Lehmannus De Cic. is ad Att. epp. p.* 195 *sqq.* uidit **msPIA²c***Rom.* uidet **MbdHNOW** 12 litterarum datarum **A²c***Rom.* litteram (-ras **I**) daturum **ΩWI** 13 dies **ΣW** *om.* **ΔO²IA²c***Rom.* habuit **ΩCWI** habui **A²c***Rom.* 14 Magnus (*i. e.* Pompeius) *alii* 15 fuit **IA²***Rom.* 16 ΧΡΥΕ-CΕΔΧΑΚΕΙωΝ **MW** ΧΡΙeceαΧαΚeΙΟν **P** *adscr.* aurea pro aereis **M** *corr.***ds** *cfr Hom. Il.* VI 236 17 alia autem **W** epistula *om.* **P** 18 ΑΝΑΝΤΙΦωΝ · ΗΤΟΝ **MW** *adscr.* ad quam non respondeatur **M***corr.***ds** bene . . . minori *p.* 66, 8 *om.* **H** mercule **W** poruit (poiuit?) **W** potuit **ΔNOPIA²c***Rom.* posuit **s²** proposuit *Bentiuolius* 19 enim *om.* **IA²c** 20 qui **OPW** quis **ΔNIA²c***Rom.* eius status **NOPW** status eius **ΔIA²c***Rom.*

praeter Tusculanum proscripsisse audio. cupio hos expeditos uidere, cupio etiam Sestium, adde sis Caelium; in quibus omnibus est

αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι.

de Memmio restituendo ut Curio cogitet, te audisse puto. de Egnati Sidicini nomine nec nulla nec magna spe sumus. Pinarium, quem mihi commendas, diligentissime Deiotarus curat grauiter aegrum. respondi etiam minori.

24 Tu uelim, dum ero Laodiceae, id est ad Id. Maias, quam saepissime mecum per litteras colloquare et, cum Athenas ueneris — iam enim sciemus de rebus urbanis, de prouinciis, quae omnia in mensem Martium sunt con-
25 lata —, utique ad me tabellarios mittas. et heus tu, iamne uos a Caesare per Herodem talenta Attica L extorsistis? in quo, ut audio, magnum odium Pompei suscepistis. putat enim suos nummos uos comedisse, Caesarem in Nemore aedificando diligentiorem fore. haec ego ex P. Vedio, magno nebulone sed Pompei tamen familiari, audiui. hic Vedius

1 omnia *ante* praeter *add. Lambinus sed cfr Drumann-Groebe Gesch. Roms* II *p.* 565 praeter **ΩWI** Pr. *Rom.* praetorem **A**$^{2}$**c** 2 adde sis **W** addes ijs **M**(*sed* -s ij- *ex correctione in rasura*)**b**(*sed* his)**d** addes hic **N** adde his (iis) **ms***Rom.* adsis **P** addes etiam iis **IA**$^{2}$**c** in **OPF***Ant.***W** *om.* **ΔNIA**$^{2}$**c***Rom.* 3 est *om.* **IA**$^{2}$**c** *adscr.* ueriti sunt quidem recusare: timuerunt autem suscipere **M***corr.***ds**; *haec post* omnibus *addita in* **I** *Hom. Il.* VII 93 6 nomine nec **sNO**$^{1}$**P** nomin& nec **W** nomine et nec **MbdmO**$^{2}$**IA**$^{2}$**c***Rom.* 7 diligentissime *om.* **W** 8 curat **ΔO**$^{2}$**PIA**$^{2}$**c***Rom.* cura **NO**$^{1}$**W** aegrum . . . dum *erasa in* **W** 9 Tu] *accedit* **H** uelim **ΩA**$^{2}$**C***Rom.* uero **Ic** 10 -epissime . . . cum *et* 13 -larios . . . Caesare *erasa in* **W** mittas . . . uos *om.* **P** et] *accedit* **E** sed **Z**$^{b}$(?), *alii cfr ad Att.* XV 11, 4, *Lehmannus Quaest. Tull. p.* 63 iamne uos **Z**$^{b}$ genuarios **ΩIC***Rom.* (*fort. propter* tabellarios) Genuae uos *Turnebus Aduers.* XXIV 20, *Schmidtius Mus. Rhen.* LV (*a.* 1900) *p.* 395 *sqq.* Ianuarios **A**$^{2}$**c** 14 herodem **ΩZ**$^{b}$*Rom.* haeredem **I** Orodem **A**$^{2}$**c** 16 -edisse . . . dilige- *erasa in* **W** nec Caesarem *coni. Bootius* in Nemore aedificando *Turnebus*: in mentor edificando **M**$^{1}$**E** in merito reedificando **M**$^{2}$**bdmsHNO**$^{2}$**IA**$^{2}$**c** (*sed* in *om.* **bd**; in mente **H**) inuentorem edificando **O**$^{1}$(?)**P** *Ant.* immerito redificando *Rom.* 17 h(a)ec **Ω**(*etiam* **M**, *sed* Ecce hec **P**)**W***Rom.* hoc **IA**$^{2}$**c** 18 -o nebulone . . . familiari *erasa in* **W**

mihi obuiam uenit cum duobus essedis et raeda equis iuncta et lectica et familia magna, pro qua, si Curio legem pertulerit, HS centenos pendat necesse est. erat praeterea cynocephalus in essedo, nec deerant onagri. numquam uidi hominem nequiorem. sed extremum audi. deuersatus est Laodiceae apud Pompeium Vindillum. ibi sua deposuit, cum ad me profectus est. moritur interim Vindillus. quod res ad Magnum Pompeium pertinere putabatur, C. Vennonius domum Vindilli uenit. cum omnia obsignaret, in Vedianas res incidit. in his inuentae sunt quinque imagunculae matronarum, in quibus una sororis amici tui, hominis bruti, qui hoc utatur, et illius lepidi, qui haec tam neglegenter ferat. haec te uolui παριστορῆσαι. sumus enim ambo belle curiosi.

Vnum etiam uelim cogites. audio Appium πρόπυλον 26
Eleusine facere. num inepti fuerimus, si nos quoque Aca⟨de⟩miae fecerimus? puto, inquies. ergo id ipsum scribes

1 mihi obuiam uenit **ΣW** uenit mihi obuiam **MbdmIA$^2$c***Rom.* mihi uenit obuiam **s** r(h)eda equis iuncta **ΩIA$^2$c***Rom.* praede . quisiuncta **W** 2 letica **MN** lettica **b** et *om.* **M$^1$** pro . . . est *u.* 3 *om.* **E** 3 H. S. *om.* (*spat. rel.*)**H** *lineas distortas habet* **N** centenos **O$^1$PW***Ant.* centenas **MbdsHNO$^2$** centena **mIA$^2$c***Rom.* est *om.* **NW** 4 deerant **ΩIA$^2$c***Rom.* aderant **W** 5 sed . . . fecerunt *p.* 73, 15 *om.* **E**, sed extremum *om.* **W** 6 Vindillum . ibi sua *Victorius* (*sed* -dull-): uidi illum ibi . sua **ΩWIA$^2$c***Rom.* (*sed* ibi illum **H**, illum . ibi **W**) *cfr Schulzeus 'Gesch. lat. Eigennamen' p.* 22 7 uindillus **M$^3$HWIA$^2$c** Vindilijs **N** uindilus **P** Vindulḷus **M** uindulus **M***corr.***bdms***Rom.* quod **W** quae **ΩIA$^2$c***Rom.*, *alii* 8 Pompeium *secl. Tyrellus coll. ad Att.* VIII 6, 3 9 uindilli **HO$^1$(?)WIA$^2$c** Vindulḷi **M** uinduli **M***corr.***bdmsO$^2$***Rom.* uindili **NP** 10 quinque] quaedam **M$^3$**(*del.*)**HI** imagunculae *Victorius*: iã (*spat. in fine uers*) gunculae **W** languncul(a)e **ΩIA$^2$c***Rom.* 12 hac **c** et uxoris illius *Schuetzius cfr Schmalzius et Hofmannus Synt. p.* 844 13 *adscr.* scire **M***corr.***ds** 14 belle *om.* **bds** curio si (*duab. litt. erasis*) **W** 15 πρόπυλον **M***corr.***bdms***Rom.* προπύλαιον **A$^2$c** ΠΡΟΠΛΟΝ **M$^1$P** ΠΡΟΠΑΟΝ **W** *adscr.* uestibulum **M***corr.***ds** *cfr* VI 6, 2; *C. I. L.* I 619 16 inepti **C** in epi **W** in epiro (-yro) **ΩIA$^2$c** *Rom.* si . . . fecerimus *om.* **bd** academiae **M***corr.***msO$^2$IA$^2$c***Rom.* acami(a)e **MW** acanne **HP** (a ca- **P**) acane **M$^2$***al'*.**N** 17 ergo *om.* **P**

ad me. equidem ualde ipsas Athenas amo. uolo esse aliquod monumentum. odi falsas inscriptiones statuarum alienarum. sed ut tibi placebit, faciesque me, in quem diem Romana incidant mysteria, certiorem et quo modo hiemaris. cura ut ualeas. post Leuctricam pugnam die septingentesimo sexagesimo quinto.

## II

## CICERO ATTICO SAL.

1 Cum Philogenes, libertus tuus, Laodiceam ad me salutandi causa uenisset et se statim ad te nauigaturum esse diceret, has ei litteras dedi, quibus ad eas rescripsi, quas acceperam a Bruti tabellario. et respondebo primum postremae tuae paginae, quae mihi magnae molestiae fuit. quod ad te scriptum est a Cincio de Stati sermone, in quo hoc molestissimum est, Statium dicere a me quoque id consilium probari — ⟨probari⟩ autem? —, de isto hactenus dixerim, me uel plurima uincla tecum summae coniunctionis optare, etsi ⟨su⟩nt amori⟨s⟩ artissima; tantum abest,

1 ipsas Athenas] *cfr Muell. ad l.* Athenas ipsas **IA$^2$c** uolo esse ali *erasa in* **W** 3 sed . . . nescio *p.* 69, 6 *om.* **P** 4 romanum cadant **W** 5 leuctricam **m$^1$IA$^2$c** leutricam **s***Rom.* lectricam **Mbdm$^2$HOW** lettricam **N** 6 septingentesimo sexagesimo quinto **MbdIA$^2$c** septingentesimo uigesimo (*suprascr.* sexa **O$^2$**) quinto **O** septingentesimo Lxv̊ **ms** septingentesimo sexagesimo v **W** dcclxv **HN** septingentesimo .lxxv. *Rom.* Vale *add. Rom.*

EP. II. *Deest usque ad* fecerunt *p.* 73, 15 **E**, *usque ad* nescio *p.* 69, 6 **P** 9 salutandi ad me **W** 10 *in uerbo* uenisset *desinit* **W** *cfr ad p.* 77, 6 nauigaturum ad te **bdH** nauigaturum (*om.* ad te) **s** 11 ei] enim **N** rescripsi **ΔNOCI***Rom.* scripsi **HA$^2$c** 13 *ante* quod *distinguunt* **ΔHOIA$^2$c***Rom.* (*nihil habet* **N**) fuit, quod . . . probari. *uulg.*

14 a] ab **IA$^2$c** 16 probari *add. Rom.* *om.* **ΔHNOIA$^2$c** *cfr* V 13, 3; VI 2, 8; VII 1, 4 autem de isto] Aut de isto **I** De isto autem **A$^2$c** 17 dixerim *om.* **bd** uincula **NA$^2$c** 18 etsi sunt *Pius*: et sint **ΔHNOc***Rom.* et sunt **IA$^2$** amoris **OIA$^2$c***Rom.* amori **ΔHN** abest **M***corr.***bsIA$^2$c***Rom.* adest **M$^1$dmHNO**

ut ego ex eo, quo astricti sumus, laxari aliquid uelim. illum autem multa de istis rebus asperius solere loqui saepe 2
sum expertus, saepe etiam leniui iratum. id scire te arbitror. in hac autem peregrinatione militiaue nostra saepe incensum ira uidi, saepe placatum. quid ad Statium [ad]scripserit, nescio. quicquid acturus de tali re fuit, scribendum tamen ad libertum non fuit. mihi autem erit maximae curae, ne quid fiat secus, quam uolumus quamque oportet. nec satis est in eius modi re se quemque praestare; ac maximae partes istius officii sunt ⟨p⟩ueri Ciceronis siue iam adulescentis; quod quidem illum soleo hortari. ac mihi uidetur ualde matrem, ut debe[a]t, amare teque mirifice. sed est magnum illud quidem uerum tamen multiplex pueri ingenium, ⟨in⟩ quo[d] ego regendo habeo negotii satis.

Quoniam respondi postremae tuae paginae prima mea, 3
nunc ad primam reuertar tuam. Peloponnesias ciuitates omnes maritimas esse hominis non nequam sed etiam tuo iudicio probati, Dicaearchi, tabulis credidi. is multis nominibus in Trophoniana Chaeronis narratione Graecos in eo reprehendit, quod mare tam secuti sunt, nec ullum in Peloponneso locum excipit. cum mihi auctor placeret — ⟨et⟩enim erat ἱστορικώτατος et uixerat in Peloponneso —, admirabar

2 asperrime **M**$^{3}$(*del.*)**H** 5 ad *om.* **H** scripserit **M***corr.***sN** adscripserit (ass-, as-) **M**$^{1}$**bdmHOIA**$^{2}$**c***Rom.* 6 quidquid] *accedit* **P**, *sed desunt* mihi *u.* 7 . . . sed *u.* 12 7 maxime (-ume) *plerique codd., item infra* 10 pueri **M**$^{4}$**A**$^{2}$**c** ueri **ΔHNOI** uiri *Rom.* 12 ualde matrem ut debeat **HNO** matrem ut ualde debeat **ΔI***Rom.* matrem ualde ut debet **A**$^{2}$**c** *Manutius, uulg.* (*sed* debeat **A**$^{2}$**c**) est] *accedit* **P** 14 in quo *marg. ed. Lamb.*: quod **ΩI***Rom.* quo **A**$^{2}$**c** *cfr* V 17, 6 15 tuae paginae postremae **A**$^{2}$**c** postremae *om.* **I** 16 Pelopon(n)esias **bIA**$^{2}$**c***Rom.* pelopon(n)ensias **Δ**(*praet.***b**)**NO** *deest usque ad* sed *p.* 70, 11 **H**, *usque ad* clemens *p.* 71, 13 **P** *cfr de re p.* II 4, 8 19 trophonia nac(c)h(a)eronis **ΔOA**$^{2}$**c***Rom.* trophonia nata cronis **N** trophonia nacharonis **I** 20 reprendit **MN** tam **ΔNO**$^{1}$**IA**$^{2}$**c***Rom.* (*sed* maretani *pro* mare tam **N**) tum **O**$^{2}$ tantum *Orellius* sint *Ernestius* 21 cum **A**$^{2}$ quum **c** qum **M**$^{1}$ (*ut uid.*) quin **M***corr.***bdmsOI** qui **N***Rom.* etenim erat **A**$^{2}$**c** enim erat **MbdmNOI** erat enim **s** erat enim et *Rom.* 22 *adscr.* plenissimus historiarum **M***corr.***ds** (*sed* hist. plen. **ds**)

tamen et uix adcredens communicaui cum Dionysio. atque is primo est commotus, deinde, quod [cum] de isto Dicaearcho non minus bene existimabat quam tu de C. Vestorio, ego de M. Cluuio, non dubitabat, quin ei crederemus. Arcadiae censebat esse Lepreon quoddam maritimum; Tenea autem et Aliphera et Tritia νεόκτιστα ei uidebantur, idque τῷ τῶν νεῶν καταλόγῳ confirmabat, ubi mentio non fit istorum. itaque istum ego locum totidem uerbis a Dicaearcho transtuli. Phliasios autem dici sciebam, et ita fac ut habeas; nos quidem sic habemus. sed primo me ἀναλογία deceperat, Φλιοῦς, Ὀποῦς, Σιποῦς, quod Ὀπούντιοι, Σιπούντιοι. sed hoc continuo correximus.

4 Laetari te nostra moderatione et continentia uideo; tum id magis faceres, si adesses. atque hoc foro, quod egi ex Id. Febr. Laodiceae ad Kal. Mai. omnium dioecesium praeter Ciliciae, mirabilia quaedam effecimus. ita multae ciuitates omni aere alieno liberatae, multae ualde leuatae sunt; omnes suis legibus et iudiciis usae, αὐτονομίαν adeptae, reuixerunt. his ego duobus generibus facultatem ad se aere

1 adcredens *Bosius*: adgredens **M**[1] adgrediens (agg-, ag-) **M***corr.***bdmsNOIA**[2]**c***Rom.* 2 quod de isto *Orellius et Wesenb. Em. p.* 39: quod cum de isto **M***corr.***bdmsO**[2]**IA**[2]**c***Rom.* (*sed* tum **sA**[2]**c***Rom.*; *post* quod *ras. in* **O**, de *add.* **O**[2]) quod de deo cum isto **M**[1] *sed* de deo *expuncta,* de *post* cum *add.* **M**[2] quod cum isto **N** *fort.* quod tamen de isto 3 Vestoreo **M** 4 ego **NO** ergo **ΔIA**[2]**c***Rom.* de incluino (-umo, *sim.*) **MbdNOI** de meluino **msA**[2]**c***Rom.* dubitauit **s** crederemus] *cfr p.* 14, 15 rogem; IX 2, 1 cederem 5 tenea **NOc** tene **ΔIA**[2]*Rom.* 6 *adscr.* nouiter fundata **M***corr.***ds** idque τῷ . . . καταλόγῳ *om.* **bd**[1] *adscr.* iuuenum numero **M***corr.***ds** 8 istum itaque **IA**[2]**c** 9 Phliasios **A**[2]**c** *Rom.* philiasios (phy-) **ΔNOI** Phliuntios *de re p.* II 4, 8 autem *om.* **A**[2]**c** 10 *adscr.* analogia **M***corr.***ds** 11 φλιοῦς **A**[2]**c** ΦΛΕΙΟΥC (*uel* φλειοῦς) **Δ***Rom.* (*sed* -οις *ut in sequentibus* **b***Rom.*) quod *om.* **A**[2]*Rom.* ΟΠΟΥΝΤΙΟΙCΟΠΟΥΝΤΙΟΙ (*uel litt. min.*) **Mbdm** ʾΟΠΟνωΤΙΌυς ʾΟπΟνωΤΙΌΙ **s** ὀπούντιος ὀπουντίου **A**[2]**c** ΟΠΟΙωΤΙΟΙσΙΠΟΙΟΤΙΟΙ *Rom.* sed] *accedit* **H** 15 dioecesium **IA**[2]**c** (*sed* -sum **A**[2]**c**) diocensium **MbdNO** diocesum **msH***Rom.* (*sed* -sium **sH**) *cfr* V 15, 3; 21, 7; *ep.* III 8, 4 16 effecimus **bmsIA**[2]**c***Rom.* efficimus **MdHN** 18 usae **C** su(a)e **ΔHNO***Rom.* suetae **IA**[2]**c** *adscr.* libertatem **M***corr.***ds** 19 ego] ergo **HI** ad **msA**[2]**c***Rom.* ab (*uel* a) **MbdHNOI**

alieno liberandas aut leuandas dedi, uno, quod omnino nullus in imperio meo sumptus factus est — nullum cum dico, non loquor ὑπερβολικῶς — nullus, inquam, ne terruncius quidem. hac autem re incredibile est quantum ciuitates emerserint. accessit altera. mira erant in ciuitatibus ipsorum 5 furta Graecorum, quae magistratus ⟨s⟩ui fecerant. quaesiui ipse de iis, qui annis X proximis magistratum gesserant. aperte fatebantur. itaque sine ulla ignominia suis [h]umeris pecunias populis rettulerunt. populi autem nullo gemitu publicanis, quibus hoc ipso lustro nihil soluerant, etiam superioris lustri ⟨reliqua⟩ reddiderunt. itaque publicanis in oculis sumus. gratis, inquis, uiris. sensimus. iam cetera iuris dictio nec imperita et clemens cum admirabili facilitate; aditus autem ad me minime prouinciales; nihil per cubicularium; ante lucem inambulabam domi, ut olim candidatus. grata haec et magna mihique nondum laboriosa ex illa uetere militia.

Non. Mai. in Ciliciam cogitabam; ibi cum Iunium 6 mensem consumpsissem — atque utinam in pace! magnum enim bellum impendet a Parthis —, Quintilem in reditu ponere. annuae enim mihi operae a. d. III Kal. Sext. emerentur. magna autem in spe sum mihi nihil temporis prorogatum iri. habebam acta urbana usque ad Non. Mart.,

1 uno **M**$^{3}$**dHNO**$^{1}$ Imo **M**$^{1}$ immo **msO**$^{2}$**IA**$^{2}$**c***Rom.* unus **b** 2 nullum quidem cum **H** 3 *adscr.* hyperbolicos **M***corr.* -ice **ds** inquam **A**$^{2}$**c** umquam (un-) **ΔHNOI***Rom.* terruncius *uarie scriptum; u. ad* V 21, 5 4 quantum] quam **bs** 5 mira. Erant **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{2}$ 6 futura **N** sui *Manutius*: ui **ΔHOIA**$^{2}$**c***Rom.* uim **N** 7 X **Mdms NO** decem **bHIA**$^{2}$**c***Rom.* 8 ignominia] ignorantia **H** *cfr Plut. Cic.* 36 10 publicanis . . . itaque *u.* 11 *om.* **N** 11 lustris **I** reliqua *add. Wesenb. Em. p.* 110 *sq.* (*coll. ep.* II 13, 4): *om.* **ΔHOIA**$^{2}$**c***Rom.* 12 gratis . . . prouinciis *p.* 72, 2 *om.* **H** 13 et clemens] nec clemens **m** nec demens **A**$^{2}$**c***Rom.* cum] *accedit* **P** facultate **bds** 15 inambulabam **M**$^{2}$(*sed* in amb-)**bdmsNOPIA**$^{2}$**c***Rom.* in ambulando **M**$^{1}$ (-ndo *expuncta,* -bam *suprascr., post eras.*) 18 Iunium] unum **P** 20 Quintilem . . . uidebo *p.* 72, 3 *om.* **P** 21 pondere **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{2}$ 22 spem **M**

e quibus intellegebam Curionis nostri constantia omnia potius actum iri quam de prouinciis. ergo, ut spero, propediem te uidebo.

7 Venio ad Brutum tuum, immo nostrum; sic enim mauis. equidem omnia feci, quae potui aut in mea prouincia perficere ⟨aut⟩ in regno experiri. omni igitur modo egi cum rege et ago cottidie, per litteras scilicet; ipsum enim triduum quadriduumue mecum habui turbulentis in rebus, quibus eum liberaui. sed et tum praesens et postea creberrimis non destiti rogare et petere mea causa, suadere et hortari sua. multum profeci, sed quantum, non plane, quia longe absum, scio. Salaminos autem — hos enim poteram coërcere — adduxi, ut totum nomen Scaptio uellent soluere, sed centesimis ductis a proxima quidem syngrapha, nec perpetuis sed renouatis quotannis. numerabantur nummi: noluit Scaptius. tu qui ais Brutum cupere aliquid perdere? quaternas habebat in syngrapha. fieri non poterat nec, si posset, ego pati possem. audio omnino Scaptium paenitere. nam quod S. C. esse dicebat, ut ius ex syngrapha diceretur, eo consilio factum est, quod pecuniam Salamini contra legem Gabiniam sumpserant. uetabat

1 ex quibus **A**$^{2}$*Rom.* equitibus **O**$^{2}$**I** 2 ergo **M**$^{1}$**mA**$^{2}$**c***Rom.* ego **M***corr.***bdsHNOI** *accedit* **H**, *u.* 4 **P**, *sed* 5 equidem . . . ais *u.* 16 *om.* **P** 5 aut **A**$^{2}$**c***Rom.* autem **MmHNOI** equidem **bd** *om.* **s** perficere aut *om.* **H** 6 aut **A**$^{2}$**c***Rom.* *om.* **ΔNOI** experiri . omni **M**$^{2}$**msN** **A**$^{2}$**c***Rom.* experire omnia **M**$^{1}$**bd** experiere omnia **H** experiri omnia . Omni **I** 7 rege] caesare **bds** triduum **HNO**$^{1}$**C** *om.* **ΔO**$^{2}$**IA**$^{2}$**c***Rom.* 8 quatriduum ue **C** quadriduum nec **ΔHNO** (*sed* nunc **s**$^{2}$) quatriduum **IA**$^{2}$**c***Rom.* 9 creberrimis **ΔHNO***Rom.* creberrime **IA**$^{2}$**c** creberrimis litteris **F**, *alii*, *fort. recte*, *sed cfr Muell. ad h. l.*, *Eran.* XIX (1919—20) *p.* 133 10 eum *ante* rogare *add.* **s** mea **M**$^{2}$**c**$^{S}$**msHOIA**$^{2}$**c** in ea **M**$^{1}$**bdN***Rom.* suaderet et **M**$^{1}$ 12 scio **A**$^{2}$**c** sciam **ΔHNOI** *Rom.* Salaminos (*cfr ad p.* 46, 14) . . . probabo *p.* 73, 5 *om.* **H** 13 uellent Scaptio **m***Rom.* 16 tu] heus tu *Sternkopfius Progr. Dortm. a.* 1900 *p.* 23 tun *uel* quid tu *uel* tu quis *alii* qui] quid **N** Brutum] *accedit* **P** 18 poterat] potest **s** nec si posset *om.* **N** 19 S. C. **ΔOPA**$^{2}$**c***Rom.* senatus consultum **I** se consul **N** *cfr ad p.* 48, 4 20 quoad **I**

autem A⟨uli⟩ lex ius dici de ita sumpta pecunia. decreuit igitur senatus, ut ius diceretur ⟨ex⟩ ista syngrapha. nunc ista habet iuris idem, quod ceterae, nihil praecipui. haec 8
a me ordine facta puto me Bruto probaturum; tibi nescio; Catoni certe probabo.

Sed iam ad te ipsum reuertor. ain tandem, Attice, laudator integritatis et elegantiae nostrae,

ausus es hoc ex ore tuo — —,

inquit Ennius, ut equites Scaptio ad pecuniam cogendam darem, me rogare? an tu si mecum esses, qui scribis morderi te interdum, quod non simul sis, paterere me id facere, si uellem? non amplius, inquis, quinquaginta. cum Spartaco minus multi primo fuerunt. quid tandem isti mali in tam tenera insula non fecissent? non fecissent autem? immo quid ante aduentum meum non fecerunt? inclusum in curia senatum habuerunt Salaminum ita multos dies, ut interierint non nulli fame. erat enim praefectus Appi Scaptius et habebat turmas ab Appio. id me igitur tu, cuius mehercule os mihi ante oculos solet uersari, cum de aliquo officio ac laude cogito, tu me, inquam, rogas, praefectus ut Scaptius sit? at hoc statueramus, ut negotiatorem neminem,

1 autem *om.* **I** Auli lex ius *Victorius*: alexius **ΔNOPI***Rom.* A. Lexius **A**$^2$**c** ita] ista **s** 2 ex *add. Lambinus*: *om.* **ΔNOPIA**$^2$**c***Rom.* 3 h(a)ec **sA**$^2$**c***Rom.* hoc **N** hac **MbdmOPI** 4 *cfr* nescio istic VII 11, 4 6 ain] iam **PI** 7 nostrae *om.* **m***Rom.* 8 usus **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ *Enn. Ann.* 578 *Vahl.* 10 rogare an tu si **M**$^2$**ms**(*sed* mecum *post* an **s**)**PIA**$^2$**c***Rom.* rogarent tui **M**$^1$**bd** rogare in tuitu **H** rogare in tu **N** 12 uellem **ΔHNOPIA**$^2$**c***Rom.* uellent **C** 14 non fecissent. non fecissent autem **M** *corr., ut uid.* non fecissent autem **ΔHNOP***Rom.* non fecissent? Aut **IA**$^2$**c** *in* **M** *uoces* non fecissent (**M**$^1$) *linea subducta deletae,* autem *linea transuersa; sed postea priore linea abolita duo prima uocabula restituta sunt* non fecissent autem *superscr.* **M**$^2$ immo] animo **M**$^3$ (*del.*)**bdH** 15 quod **bd** inclusum] *accedit* **E** 16 Salaminum] *cfr ad* V 21, 10 interirent **E** *cfr* VI 1, 6 18 oppio **M**$^1$**HN** igitur] ergo **E** 21 at **M***corr.*(*del.*)**bdsHO**$^2$**IA**$^2$**c** ad **NO**$^1$**P** alias **M**$^1$**m**, *plerique codd. Mal., Rom., uulg.* at . . . Salamini *p.* 74, 8 *om.* **E** ut *om.* **IA**$^2$**c**

idque Bruto proba⟨bi⟩mus. habeat is turmas? cur potius
9 quam cohortes? sumptu iam nepos euadit Scaptius. uolunt, inquit, principes. scio; nam ad me Ephesum usque uenerunt flentesque equitum scelera et miserias suas detulerunt. itaque statim dedi litteras, ut ex Cypro equites ante certam diem decederent, ob eamque causam tum ob ceteras Salamini nos in caelum decretis suis sustulerunt. sed iam quid opus equitatu[s]? soluunt enim Salamini; nisi forte id uolumus armis efficere, ut faenus quaternis centesimis ducant. et ego audebo legere umquam aut attingere eos libros, quos tu dilaudas, si tale quid fecero? nimis, nimis, inquam, in isto Brutum amasti, dulcissime Attice, nos uereor ne parum. atque haec scripsi ego ad Brutum scripsisse te ad me.

10 Cognosce nunc cetera. pro Appio nos hic omnia facimus, honeste tamen sed plane libenter. nec enim ipsum odimus et Brutum amamus, et Pompeius mirifice a me contendit, quem mehercule plus plusque in dies diligo. C. Caelium huc quaestorem uenire audisti. nescio quid

1 probamus **ΔHNOI** probauimus **A$^2$c***Rom.* probaueramus *Victorius* (-baramus *Wesenb., recc. edd.*) *sed haud scio an aptius sit Purseri* probabimus, *cfr supra p.* 73, 4; V 21, 13; VI 1, 6 habet **ms***Rom.* habebat **A$^2$c** 2 sumptu iam nepos euadit **C** sumptuiam ne **M$^1$mO** sumptum iam ne **PIA$^2$c***Rom.* (*sed* -tuum **A$^2$c**) sumptu iam non **M$^2$***al.***N** sumptum iam non **bds** sumptui (*sq. spat.*) **H** posse uadit **ΔHNOPI***Rom.* (*sed* presse **P**) poscet uades **A$^2$c** 3 inquis *Rom.* usque *bis* **m** 4 suas] sua **M$^1$**, *corr.* **M$^2$c$^S$** *om.* **N** 6 tum **sIA$^2$c***Rom.* cum **MbdmHP** quom (qum *suprascr.* o) **O** *om.* **N** ceteras **m** cetera *Rom.* salamini nos **M$^2$**(*del.*)**M$^4$msNOPA$^2$c***Rom.* (*sed* -nii **A$^2$c**) salaminos **M$^1$d** salaminios **H** salamini me **b** salamini **I** 8 equitatu **M***corr.***PIA$^2$c** equitatus **Δ HNO***Rom.* nisi] *accedit* **E** 10 legeres **M$^1$H** 10—11 quos tu dilaudas **M**(*sed correctum ex* quos tudi l-)**mOPIA$^2$c***Rom.* quos tu laudas **M$^2$ bdsN** quos tu studiose laudas **EH** (tu *om.* **H**) *cfr* IV 17, 5; VI 3, 3 11 nimis nimis **Z$^b$** nimis **ΩIA$^2$c***Rom.* *utrumque recte dicitur, cfr Muellerus ad h. l.* 12 amasti . . . Brutum *om.* **P** 13 hoc **mN***Rom.* me ad te *Sternkopfius l. l.* 14 facimus **M***corr.***bdsE**, *Manutius* faciamus **M$^1$HNO** faciemus **M***corr.*(*del.*)**mPIA$^2$c***Rom.* 16 a me mirifice **IA$^2$c** 18 C. *om.* **H** Caelium **bOA$^2$c** Celium **MdmsHNPI***Rom.* C. Caelium . . . tagax *p.* 76, 5 *om.* **E** huc quaestorem **HNOP** quaestorem huc **MbdmIA$^2$c***Rom.* quaestorem **s** *cfr ep.* II 15, 4

sit; sed Pammenia illa mihi non placent. ego me spero Athenis fore mense Septembri. tuorum itinerum tempora scire sane uelim. εὐήθειαν Semproni Rufi cognoui ex epistula tua Corcyraea. quid quaeris? inuideo potentiae Vestori.

Cupiebam etiam nunc plura garrire, sed lucet; urget turba, festinat Philogenes. ualebis igitur et ualere Piliam et Caeciliam nostram iubebis litteris et saluebis a meo Cicerone.

## III

## CICERO ATTICO SAL.

Etsi nihil sane habebam noui, quod post accidisset, 1
quam dedissem ad te Philogeni, liberto tuo, litteras, tamen, cum Philotimum Romam remitterem, scribendum aliquid ad te fuit. ac primum illud, quod me maxime angebat, non quo me aliquid iuuare posses. quippe; res enim est in manibus, tu autem abes longe gentium:

πολλὰ δ' ἐν μεταιχμίῳ
νότος κυλίνδει κύματ' εὐρείης ἁλός —

obrepsit dies, ut uides — mihi enim a. d. III Kal. Sext. de prouincia decedendum est —, nec succeditur. quem relinquam, qui prouinciae praesit? ratio quidem et opinio

1 hominis *post* sit *add.* **c** *om.* **ΩIA**$^2$*Rom.* *aliter* VII 3, 9 mihi illa **bds** 2 tempora **sPIA**$^2$**c***Rom.* tempore **bdmHNO** tp̃r **M** 3 εὐή-θειαν **A**$^2$**c** EΓΘEIAN **MmP** εὔθειαν **sC** σuθειαν *Rom.* *om.* (*spat. rel.*) **bd** *adscr.* rectitudinem **s** C. *ante* Semproni *add.* *Lahmeierus Philol.* XXII (*a.* 1865) *p.* 494 4 tua **HNP***codd.Mal.***Z**$^b$(?)**IA**$^2$**c** *om.* **ΔO***Rom.* corcyre ea **Mbdm** Corcire **N** 6 cupiam **m** cuperem *Rom.* etiam nunc] et nunc iam **P** etiam nunc quam **N**

EP. III. *Deest usque ad* tagax *p.* 76, 5 **E** 12 sane *ante* noui **P**, *om.* **N** 14 cum] quoniam **P** 14—15 ad te aliquid **HIA**$^2$**c***Rom.* 16 enim *om.* **A**$^2$**c***Rom.* 18 *cfr Poet. lyr. Gr.* III *p.* 693 *Bergk.* *adscr.* multa autem notus uertit fluctus lati salis **M***corr.***ds** (*sed* maris **ds**) 21 decedendum **mO**$^1$**PA**$^2$**c***Rom.* discedendum **M***corr.***bdsHNO**$^2$**I** discendendum (*sed* i *in ras., ubi* e *uid. fuisse*) **M** 22 et] ut **m***Rom.*

hominum postulat fratrem, primum, quod uidetur esse honos, nemo igitur potior; deinde, quod solum habeo praetorium. Pomptinus enim ex pacto et conuentu — nam ea lege exierat — iam a me discesserat; quaestorem nemo
2 dignum putat; etenim est leuis, libidinosus, tagax. de fratre autem primum illud est. persuaderi ei non posse arbitror; odit enim prouinciam, et hercule nihil odiosius, nihil molestius. deinde, ut mihi nolit negare, quidnam mei sit officii? cum bellum esse in Syria magnum putetur, id uideatur in hanc prouinciam erupturum, hic praesidii nihil sit, sumptus annuus decretus sit, uideaturne aut pietatis esse meae fratrem relinquere aut diligentiae nugarum aliquid relinquere? magna igitur, ut uides, sollicitudine adficior, magna inopia consilii. quid quaeris? toto negotio nobis opus non fuit. quanto tua prouincia melior! decedes, cum uoles, nisi forte iam decessisti; quem uidebitur, praeficies Thesprotiae et Chaoniae. necdum tamen ego Quintum conueneram, ut iam, si id placeret, scirem, possetne ab eo impetrari; nec
3 tamen, si posset, quid uellem, habebam. hoc est igitur eius modi.

Reliqua plena adhuc et laudis et gratiae, digna iis libris, quos dilaudas, conseruatae ciuitates, cumulate publicanis satis factum, offensus contumelia nemo, decreto iusto et

2 honos] bonus **PIA$^2$c** 3 enim *om.* **M$^1$mP***Rom.*, *add.* **M$^3$** conuento *Lambinus, uulg.* 4 iam longe a **P** 5 tagax **M$^1$Z$^b$** taga **N** sagax **M***corr.*(*littera* s, *ut uid.*, *superscripta sed erasa*)**bdmsHOPIA$^2$c** *Rom.* rapax **M$^4$** *cfr Palmerus Class. Rev.* VI (*a.* 1892) *p.* 414 de] *accedit* **E** 6 illud est primum **IA$^2$c** 8 mihi hic nolit **OPIA$^2$c** officii sit **bds** 14 quid . . . modi *u.* 20 *om.* **E** toto . . . Chaoniae *om.* **H** 16 praeficies Thesprotiae **IA$^2$c***Rom.* (-fec- *Rom.*) preficies thesprocie **s** prefeci est hesprocie (-tie) **M$^1$bdmNO$^1$** (*post* -ci *add.* -es (?), *del.* est, *add.* t- **M***corr.*, -fic- **O$^2$**) prefici hesporcie **P** 17 ego tamen **mA$^2$c***Rom.* 18 si id iam **A$^2$c***Rom.* scire **MbdmO** posset nec **bd** possetne . . . si *om.* **H** 19 si] nisi **M$^1$** 21 Reliqua] *accedit* **E** adhuc plena adhuc *prima uoce deleta* **M** 22 dilaudas *Victorius*: dij laudas **M$^1$** dijs laudas **E** dudum laudas **H** tu laudas **M$^2$bdmsNOP IA$^2$c***Rom.* tu dilaudas *Orellius* *cfr* VI 2, 9 23 iusto *bis* **MbdEH**

seuero perpauci, nec tamen quisquam, ut queri audeat, res gestae dignae triumpho; de quo ipso nihil cupide agemus, sine tuo quidem consilio certe nihil. clausula est difficilis in tradenda prouincia. sed haec deus aliquis gubernabit.

4 De urbanis rebus scilicet plura tu scis, saepius et certiora audis; equidem doleo non me tuis litteris certiorem fieri. huc enim odiosa adferebantur de Curione, de Paulo; non quo ullum periculum uideam stante Pompeio uel etiam sedente, ualeat modo; sed mehercule Curionis et Pauli, meorum familiarium, uicem doleo. formam igitur mihi totius rei publicae, si iam es Romae aut cum eris, uelim mittas, quae mihi obuiam ueniat, ex qua me fingere possim et praemeditari, quo animo accedam ad urbem. est enim quiddam aduenientem non esse peregrinum atque hospitem.

5 Et, quod paene praeterii, Bruti tui causa, ut saepe ad te scripsi, feci omnia. Cyprii numerabant; sed Scaptius centesimis, renouato in singulos annos faenore, contentus non fuit. Ariobarzanes non in Pompeium prolixior per ipsum quam per me in Brutum. quem tamen ego praestare non poteram; erat enim rex perpauper, aberamque ab eo ita longe, ut nihil possem nisi litteris; quibus pugnare non destiti. summa haec est. pro ratione pecuniae liber⟨al⟩ius est Brutus tractatus quam Pompeius. Bruto curata hoc anno talenta circiter C, Pompeio in sex mensibus promissa CC. iam in Appi negotio quantum tribuerim Bruto dici uix potest. quid est igitur quod laborem? amicos habet meras

5 silicet **M** *ut saepe* 6 doleo] *hinc incipit alterum folium codicis* **W** *cfr ad p.* 68, 10 9 mercule **W** 10 fortunam **E** igitur] etiam **N** *om.* **bds** 11 si iam . . . obuiam *om.* **H** 13 preditari $\mathbf{M}^1$ $\mathbf{EO}^1$. *corr.* $\mathbf{M}^1$*al.* 17 Cyprii . . . tribunatu *p.* 78, 11 *om.* **EH** 19 pompium **W** 21 pauper **W** aberamque . . . Pompeius *om.* **N** 22 nisi $\mathbf{bdsPIA^2c}$*Rom.* ni **MmW** non *om.* **bds** *cfr ad* V 21, 12
23 est haec $\mathbf{IA^2c}$ pecuniae liberalius *Victorius*: pecuni(a)e $\mathbf{sPIA^2c}$ *Rom.* pec(c)unia **MbdmOW** liberius $\mathbf{\Delta OPIA^2c}$*Rom.* libeius **W** 25 talenta $\mathbf{sA^2c}$*Rom.* tanti **MbdmNOPWI**

nugas, Matinium, Scaptium. qui quia non habuit a me turmas equitum, quibus Cyprum uexaret, ut ante me fecerat, fortasse suscenset, aut quia praefectus non est, quod ego nemini tribui negotiatori, non C. Vennonio, meo familiari, non tuo, M. Laenio, et quod tibi Romae ostenderam me seruaturum; in quo perseueraui. sed quid poterit queri is, qui auferre pecuniam cum posset noluit? † aut Scaptius, qui in Cappadocia fuit, puto esse satis factum. is a me tribunatum cum accepisset, quem ego ex Bruti litteris ei detulissem, postea scripsit ad me se uti nolle eo tribunatu.

6 Gauius est quidam, cui cum praefecturam detulissem Bruti rogatu, multa et dixit et fecit cum quadam mea contumelia, P. Clodi canis. is me nec proficiscentem Apamea prosecutus est nec, cum postea in castra uenisset atque inde discederet, num quid uellem, rogauit et fuit aperte mihi nescio qua re non amicus. hunc ego si in praefectis habuissem, quem tu me hominem putares? qui, ut scis, potentissimorum hominum contumaciam numquam tulerim, ferrem huius adseculae? etsi hoc plus est quam ferre, tri-

1 Matinium *Corradus*: Manium **M**$^1$**dOCW** Mannium **I** m annium **P** matrium **N** M. **M***corr.***bms***Rom.* *om.* **A**$^2$**c** *cfr* V 21, 10 a *om.* **M**$^1$**NW** a me *om.* **W** 2 exaret **M**$^1$**O**$^1$**W**, *corr.* **M**$^2$**O**$^2$ ut] quod **P** *om.* **M**$^1$**O**$^1$**W**, *add.* **M**$^2$**O**$^2$ me ceperat fecerat *mediae uoci superscr.* uacat **N** 3 suscensset **M**$^1$, *corr.* succenset **M**$^2$ 'censet *priore parte uocis abscisa* **W** 5 et quod] *cfr Plaut. Stich.* 3 *sq.*, *Ter. Hec.* 477 *sq.* 7 qui] quia **Δ**(*praet.* **b**)**O**$^2$*Rom.* auferri **W** noluit. aut scaptius **NOPW** (*sed* an **OP**) noluit scaptius **Δ***Rom.* noluit? Scaptius **IA**$^2$**c** noluit? alteri e Scaptiis *Maduigius Adu. crit.* III *p.* 177 noluit. Scaptio *Manutius* 9 cum tribunatum **IA**$^2$**c** 10 ei *om.* **bd** postea . . . detulissem *om.* **W** 12 Gauius **Z**$^b$ Gaius **MENO** Caius **bdmsHA**$^2$**c***Rom.* grauis **P** C. **I** *accedunt* **EH** 14 clodi(i) canis] clodicanus **M**$^2$*al.***N** Clodii causis **PA**$^2$**c** nec me **mH***Rom.* apamea **HNW** (*ut uid.*) apame **M**$^1$ apameam **M***corr.***bdmsEPIA**$^2$**c***Rom.*, *alii* *cfr Tyrr.-Purs. ad l.* 15 cum *om.* **M**$^1$ 16 deinde **bd** 20 asseculae (ads-) **Mbd mENOPC** ad secule **W** adsecle **H** assecl(a)e **sIA**$^2$**c***Rom.*

buere etiam aliquid beneficii et honoris. is igitur Gauius, cum Apameae me nuper uidisset Romam proficiscens, me ita appellauit — Culleolum uix auderem —: unde, inquit, me iubes petere cibaria praefecti? respondi lenius, quam putabant oportuisse qui aderant, me non instituisse iis dare cibaria, quorum opera non essem usus. abiit iratus. huius nebulonis o[pe]ratione si Brutus moueri potest, licebit 7
eum solus ames, me aemulum non habebis. sed illum eum futurum esse puto, qui esse debet. tibi tamen causam notam esse uolui, et ad ipsum haec perscripsi diligentissime. omnino — soli enim sumus — nullas umquam ad me litteras misit Brutus, ne proxime quidem de Appio, in quibus non inesset adrogans et ἀκοινονόητον aliquid. tibi autem ualde solet in ore esse:

Granius autem
non contemnere se et reges odisse superbos.

in quo tamen ille mihi risum magis quam stomachum mouere solet. sed plane parum cogitat, quid scribat aut ad quem.

Q. Cicero puer legit, ut opinor, et certe, epistulam 8
inscriptam patri suo. solet enim aperire, idque de meo

1 aliquid beneficii **NW** beneficii aliquid **ΔHOPIA²c***Rom.* beneficii **E** is *om.* **A²** Gauius **Zᵇ W** (*ut uid.*) gaius **MENO** caius **bdsH PA²c***Rom.* C. **mI** 3 appellauit, ut C. *Schuetzius, fort. recte* culleonum **W** 4 cibaria . . . dare *u.* 6 *om.* **P** praefecti **Zᵇˡ W** profecto **ΩIA²c***Rom.* 5 oportuisse *om. et add.* **M¹** 6 operam **M¹ mN** 7 nebulonis *om.* **W** oratione *Lambinus*: operatione (*propter antecedens* opera) **ΩWIA²c***Rom.* (*sed* -one . . . moueri *abscisa in* **W**) 8 solus **ΣWA²c***Rom.* solum **ΔO²I** aemulum] multum **W** 9 futurum] facturum **P** *om. et add.* **M¹** 11 *post* omnino *dist.* **ΔPWIA²c***Rom.* nulla sunt quam **W** 11—12 litteras ad me **bds** 13 esset **W** *cfr p.* 61, 12 et **ΣWc** *om.* **ΔIA²***Rom.* aKOINONOHTON **M** aKOHNOᴠOHTων **P** AKOINO TON *mediis litt. abscisis* **W** ἀκοινώνητον **bdmsA²c***Rom.* *adscr.* non populare **M***corr.***ds**, insolent(-ia?) **M⁴** *cfr* VI 1, 7 14 solet ualde **W** 15 granius **W** grauius **ΩIA²c***Rom.* 16 super **M¹HN**, -bos *add.* **M²** *cfr* II 8, 1, *Lucil.* 1181 *sq. Marx* 17 illud **c** 19 Q. Cicero . . . dices *p.* 82, 4 *om.* **E** et *om.* **A²c** 20 scriptam **H** solet **M²cˢ**(*del.*)**msIA²c***Rom.* soleo **M¹**(?)**bdHNOPW** aperi (*ut uid.*) **W** idque] id quod **N** de *om.* **m***Rom.*

consilio, si quid forte sit, quod opus sit sciri. in ea autem epistula erat idem illud de sorore, quod ad me. mirifice conturbatum uidi puerum; lacrimans mecum est questus. quid quaeris? miram in eo pietatem, suauitatem humanitatemque perspexi. quo maiorem spem habeo nihil fore aliter ac deceat. id te igitur scire uolui.

9 Ne illud quidem praetermittam. Hortensius filius fuit Laodiceae gladiatoribus flagitiose et turpiter. hunc ego patris causa uocaui ad cenam, quo die uenit, et eiusdem patris causa nihil amplius. is mihi dixit se Athenis me exspectaturum, ut mecum decederet. r e c t e, inquam; quid enim dicerem? omnino puto nihil esse, quod dixit; nolo quidem, ne offendam patrem, quem me hercule multum diligo. sin fuerit meus comes, moderabor ita, ne quid eum offendam, quem minime uolo.

10 Haec sunt; etiam illud. orationem Q. Celeris mihi uelim mittas contra M. Seruilium. litteras mitte quam primum; si nihil, ⟨nihil⟩ fieri, uel per tuum tabellarium. Piliae et filiae salutem. cura ut ualeas.

## IV

## CICERO ATTICO SAL.

1 Tarsum ueni Non. Iuniis. ibi me multa mouerunt, magnum in Syria bellum, magna in Cilicia latrocinia, mihi difficilis ratio administrandi, quod paucos dies habebam reliquos annui muneris, illud autem difficillimum, relinquendus erat ex S. C., qui praeesset. nihil minus probari poterat

2 idem illud **HNOPW** illud idem **ΔIA**$^{2}$**c***Rom.* 5 aliter fore **s** 8 cum *ante* gladiatoribus *add.* **PIA**$^{2}$**c** *cfr* II 19, 3 ego et patris causa nihil *mediis uerbis omissis* **H** 9 quo die] quotidie **M**$^{3}$**bd** 10 is *om.* **N** 13 ne] non **bd** mercule **W** multum **ΩCW***Rom.* ualde **IA**$^{2}$**c** 14 quid **HNPWIA**$^{2}$**c** quidem **ΔO***Rom.* 16 oratione **M**$^{1}$**dHNO** 18 nil **W** *post.* nihil *add. Bosius*: *om.* **ΩWIA**$^{2}$**c** *Rom.* 19 cura ut ualeas *om.* **H**

EP. IV *om.* **E** 22 ueni **M**$^{3}$**HNO**$^{1}$**PCW** (*sic*) uenimus **ΔO**$^{2}$**IA**$^{2}$**c** *Rom.* 25 reliquos **PA**$^{2}$**c** aliquos **ΔHNOI***Rom.* *quid* **W** *habuerit non liquet* 26 *in uerbo* ex *desinit* **W** ⌐qui exercitui preesset **P**

quam quaestor Mescinius. nam de Caelio nihil audiebamus. rectissimum uidebatur Q. fratrem cum imperio relinquere; in quo multa molesta, discessus noster, belli periculum, militum improbitas, sescenta praeterea. o rem totam odiosam! sed haec fortuna uiderit, quoniam consilio non multum uti licet.

2 Tu, quando Romam saluus, ut spero, uenisti, uidebis, ut soles, omnia, quae intelleges nostra interesse, imprimis de Tullia mea, cuius de condicione quid mihi placeret scripsi ad Terentiam, cum tu in Graecia esses; deinde de honore nostro. quod enim tu afuisti, uereor, ut satis diligenter actum in senatu sit de litteris meis.

3 Illud praeterea μυστικώτερον ad te scribam, tu sagacius odorabere. τῆς δάμαρτός μου ὁ ἀπελεύθερος — οἶσθα ὃν λέγω — ἔδοξέ μοι πρώην, ἐξ ὧν ἀλογευόμενος παρεφθέγγετο, πεφυρακέναι τὰς ψήφους ἐκ τῆς ὠνῆς τῶν ὑπαρχόντων τοῦ Κροτωνιάτου τυραννοκτόνου. δέδοικα δή, μή τι νοήσῃς. εἷς δήπου τοῦτο δὴ περισκεψάμενος τὰ λοιπὰ ἐξασφάλισαι. non

1 Messinius **IA**[2]c*Rom.* 2 Q. *om.* **M**[1], *uulg.*, *add.* **M**[2] 3 noster] uidetur **N** 3 militum *om.* **M**[1], *add.* **M**[2] 4 praeterea alia. O **IA**[2]c 7 intelligis **IA**[2]c 9 de **A**[2]c cum **ΩI***Rom.* 10 enim] non **c** tu afuisti *Lambinus*: tua fuisti **Z**[1] tu abfuisti **ΔNO**[2]**PIA**[2]c*Rom.* (-b- *in ras.* **M**, adf- **O**[1], *ut uid.*) tu affuisti **H** ut] ne **b**[1]**NI**
12 illud... scribere *p.* 82,1 *om.* **H** *Graeca Ciceronis tractarunt R. Muecke, De locis aliquot Graecis in Cic:is ad Att. epp., Progr. Ilfeld.* 1878, *H. J. Rose, The Greek of Cicero, Journ. of Hell. Stud.* XLI (*a.* 1921) *p.* 91 *sqq., alii; de epp.* 4 *et* 5 *nonnulla mecum amice communicauit O. A. Danielsson* ad te scribam μυστικώτερον **bds** *adscr.* occultius **M***corr.***d** 13 OIC ΘaCONa ETωI **M**[1] 15 ΗΕΦΡaKaINE **M**[1]**P** (*sed* -IHE **P**) διεφθαρκέναι **M***corr.***bdmsA**[2]c*Rom.* *cfr p.* 82, 16 *supra h. v.* πεφωρακέναι **M***corr.* 16 δή μή] ΛΙΜΙ **P** NONCHC **M**[1] NOVCIC **P** νοήσῃς (-ης, -ις) **M***corr.***bdmsA**[2]c*Rom.* (*sed* -σῃ *Rom.*) εἷς (*ut uid.*) **C** EIC **M** eYC **P** ἓν (*uel* ἔν) **M***corr.***bdmsA**[2]c*Rom.* (εἷς *suprascr.* **M** *corr.*) νοήσῃ. εἷς *Lehm. Jahresber. d. phil. Ver.* XIV (*a.* 1888) *p.* 258 *cfr p.* 91, 11 *fort* ὡς . . . περισκεψόμενος 17 δή *om.* **A**[2]c*Rom.* ΠeΡΙCKeψHMeNOC **M**[1] ἐξ ἀσφαλείας **A**[2]c *adscr.* Damartus mei libertus scis quem dicam uisus est mihi nuper ex quibus inconsiderans locutus est corruptum esse calculos ex uenditione bonorum crotoniati tyrannicidae. timeo autem ne quid sentiat. unum demum hoc prouidens reliqua in tuto pone **M***corr.***d**, *sed* Damartus *del.*, uxoris *suprascr.*, corruptum esse *in* -pisse (*sic* **d**) *correctum in* **M**

6 *Sjögren.*

qu⟨e⟩o tantum, quantum uereor, scribere; tu autem fac, ut mihi tuae litterae uolent obuiae. haec festinans scripsi in itinere atque agmine. Piliae et puellae Caeciliae bellissimae salutem dices.

## V

## CICERO ATTICO SAL.

1 Nunc quidem profecto Romae es. quo te, si ita est, saluum uenisse gaudeo; unde quidem quam diu afuisti, magis a me abesse uidebare, quam si domi esses; minus enim mihi meae notae res erant, minus etiam publicae. qua re uelim, etsi̬, ut spero, te haec legente ali[o]quantum [tamen] uiae processero, tamen obuias mihi litteras quam argutissimas de omnibus rebus crebro mittas, inprimis de quo scripsi ad te antea. τῆς ξυναόρου τῆς ἐμῆς οὐξελεύθερος ἔδοξέ μοι θαμὰ βατταρίζων ⟨καὶ⟩ ἀλύων ⟨ἐν⟩ τοῖς ξυλλόγοις καὶ ταῖς λέσχαις ὑπό τι πεφυρακέναι τὰς ψήφους ἐν τοῖς ὑπάρ-
2 χουσιν τοῖς τοῦ Κροτωνιάτου. hoc tu indaga, ut soles; ast hoc

1 queo **sIA**$^{2}$**c***Rom.* quo **MbdmNP** tu] *accedit* **H** 4 dicas **H** Vale *add.* **A**$^{2}$**c***Rom.*

umquam tenuit ante Bibuli impudentissimas litteras, quas amplissime supplicatio consecuta est. a quo si ea gesta ⟨es⟩sent, quae scripsit, gauderem et honori fauerem; nunc illum, qui pedem porta, quoad hostis cis Euphratem fuit, non extulerit, honore augeri, me, in cuius exercitu spem illius exercitus habuit, idem non adsequi dedecus est nostrum, nostrum, inquam, te coniunge⟨n⟩s. itaque omnia experiar et, ut spero, adsequar. quod si tu ualeres, iam mihi quaedam explorata essent; sed, ut spero, ualebis.

7 De rauduscolo Numeriano multum te amo. Hortensius quid egerit, aueo scire, Cato quid agat; qui [dum] quidem in me turpiter fuit maleuolus. dedit integritatis, iustitiae, clementiae, fidei mihi testimonium, quod non quaerebam; quod postulabam, negauit. [id] itaque Caesar iis litteris, quibus mihi gratulatur et omnia pollicetur, quo modo exsultat Catonis in me ingratissimi iniuria! at hic idem Bibulo d⟨ierum⟩ xx. ignosce mihi: non possum haec ferre nec feram.

8 Cupio ad omnes tuas epistulas, sed nihil necesse est; iam enim te uidebo. illud tamen de Chrysippo — nam de altero illo minus sum admiratus, operario homine; sed tamen ne illo quidem quicquam improbius — Chrysippum

3 essent *Corradus*: sunt **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.* 5 extulerat **H** extulit *Ant. de modorum mutatione cfr ep.* V 21, 2, *de fin.* IV 16, 43, *or. in M. Ant.* VI 6, 17; *Lebretonius 'Etudes' p.* 313 6 non] uero **N** decus **M**$^{3}$ (*del.*)**H** 7 coniungens **M***corr.***PIA**$^{2}$**c***Rom.* coniunges **ΔEHNO** 8 ut puto **E** 11 aueo **M**$^{2}$c$^{S}$(*del.*)**M***corr.* (*in marg.*) **msIA**$^{2}$**c***Rom.* habeo **M**$^{1}$**bdΣ** qui quidem **P** quid equidem **M**$^{1}$**bdO**$^{2}$ quidum (*uel* qui dum) quidem **M***corr.***msEHNO**$^{1}$**IA**$^{2}$**c***Rom.* 12 maliuolus *codd. Mal.* 14 negauit. itaque **E**, *Manutius*: negauit. id itaque **ΔNOPIA**$^{2}$**c***Rom.* id negauit. itaque *Ernestius* itaque . . . uidebo *u.* 20 *om.* **H** caesar iis **M***corr.***bdmsI** *Rom.* caesaris **M**$^{1}$**NOP** caesar his **EA**$^{2}$**c** 15 modo *om.* **P** 17 DXX (*uel* dxx *uel* d. XX) **MbdmNOP***codd. Mal.***IA**$^{2}$**c***Rom.* de (*in marg.* l' dixit) .XX. **s** *om.* **E** *uulgo interpretantur* dierum XX, *scil.* supplicationem, *uelut Ed. Meyerus 'Caesars Monarchie'*$^{3}$ *p.* 262, *cfr Caes. b. G.* IV 38, 5, VII 90, 8 19 cupio . . . ipso *p.* 104, 6 *om.* **E** necesse est: iam *Victorius*: necesse. sestiam **ΔNO***Rom.* (*sed* Sext- **N**) necesse. se sciam **P** necesse. Sestiani **I** necesse. Sestiae **A**$^{2}$**c** 20 illud] *accedit* **H**

uero, quem ego propter litterularum nescio quid libenter uidi, in honore habui, discedere a puero insciente me! mitto alia, quae audio, multa, mitto furta; fugam non fero, qua mihi nihil uisum est sceleratius. itaque usurpaui uetus illud Drusi, ut ferunt, praetoris in eo, qui eadem liber non iuraret, me istos lib⟨e⟩ros non addixisse, praesertim cum adesset nemo, a quo recte uindicarentur. id tu, ut uidebitur, ita accipies; ego tibi adsentiar.

Vni tuae disertissimae epistulae non rescripsi, in qua est de periculis rei publicae. quid rescriberem? ualde eram perturbatus. sed ut nihil magno opere metuam, Parthi faciunt, qui repente Bibulum semiuiuum reliquerunt.

## III

## CICERO ATTICO SAL.

A. d. VIII Id. Dec. Aeculanum ueni et ibi tuas litteras I
legi, quas Philotimus mihi reddidit. e quibus hanc primo aspectu uoluptatem cepi, quod erant a te ipso scriptae, deinde earum accuratissima diligentia sum mirum in modum delectatus. ac primum illud, in quo te Dicaearcho adsentiri negas, etsi cupidissime expetitum a me est et te adprobante, ne diutius anno in prouincia essem, tamen non est nostra contentione perfectum. sic enim scito, uerbum

1 lit(t)erularum **M**$^1$**mOPIA**$^2$**c***Rom.* litterarum **M**$^3$(*del.*)**bdsHN** *cfr ad Brut.* IX 24, 1 (= I 16, 1) 2 in honorem **N** 4 nihil mihi **bs** 5 Drusi] brundusii **P** 6 liberos **A**$^2$**c***Rom.* libros **ΩI** 7 uindicaretur **bdsI** 8 tibi *et in fine paginae et initio sequentis* **P** 9 epistulae *om.* **M**$^1$, *add.* **M**$^2$ 12 Vale *add.* **IA**$^2$**c***Rom.*

EP. III. A. d. VIII . . . ipso *p.* 104, 6 *om.* **E** 15 æculanum **O**$^1$ Eculanum **M**$^1$ acculanum **P** eculianum **N** (a)esculanum **M**$^3$(*del.*)**bdHO**$^2$**I** *Rom.* (h)erculanum **ms** Tusculanum **A**$^2$**c** 19 te *uulg.*: de **ΩIA**$^2$**c***Rom.* *cfr* II, 16, 3 20 mihi adsentiri **IA**$^2$**c** expetitum] expressum et expetitum **IA**$^2$**c** (*sed* -editum **I**) est *Maduigius de fin.* III 17, 58: sit **ΩI** **A**$^2$**c***Rom.* et te approbante **C** et approbante **M**$^1$**NOP** te approbante **H** et approbante te **M**$^2$**bdmsI***Rom.* et approbatum a te **A**$^2$**c** 22 scio **F**

in senatu factum esse numquam de ullo nostrum, qui pro-
uincias obtinuimus, quo in iis diutius quam ex S. C. mane-
remus, ut iam ne istius quidem rei culpam sustineam,
quod minus diu fuerim in prouincia, quam fortasse fuerit
2 utile. sed quid si hoc melius? saepe opportune dici ui-
detur, ut in hoc ipso. siue enim ad concordiam res adduci
potest siue ad bonorum uictoriam, utriusuis rei me aut
adiutorem uelim esse aut certe non expertem; sin uin-
cuntur boni, ubicumque essem, una cum iis uictus essem.
qua re celeritas nostri reditus ἀμεταμέλητος debet esse.
quod si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset,
quam tu quoque adprobas, ne tu haud multum requireres
illum uirum, qui in sexto libro informatus est. quid enim
tibi faciam, qui illos libros deuorasti? quin nunc ipsum non
dubitabo rem tantam abicere, si id erit rectius. utrumque
uero simul agi non potest, et de triumpho ambitiose et
de re p. libere. sed ne dubitaris, quin, quod honestius, id
3 mihi futurum sit antiquius. nam quod putas utilius esse,
uel mihi quo tutius sit uel etiam ut rei p. prodesse pos-
sim, me esse cum imperio, id coram considerabimus quale
sit. habet enim res deliberationem, etsi ex parte magna
tibi adsentio. de animo autem meo erga rem p. bene
facis quod non dubitas, et illud probe iudicas, nequa-
quam satis pro meis officiis, pro ipsius in alios effusione
illum in me liberalem fuisse, eiusque rei causam uere ex-
plicas, et eis, quae de Fabio Caninioque acta scribis, ualde

1 nostrorum **H** 4 quo minus **bdmsIA**$^2$**c***Rom.* fueram **NOP** 5 *cfr Otto 'Sprichw.' p.* 218 saepe **Z**$^b$ *om.* **ΩIA**$^2$**c***Rom.* 6 ut] et **F** siue] *accedit* **E** 7 utriusuis **PA**$^2$**c***Rom.* ut uiuis **H** utrumuis **Δ**(*praet.* **b**)**ENOI** utrius **b** 10 ΔΜΕΤΑΜΕΑΗΤΟϹ **M**$^1$ *om.* **b**$^1$**d**$^1$ *adscr.* sine penitentia **M***corr.***d**$^2$**s** 11 quod . . . hortabor *p.* 105, 22 *om.* **H** 14 tibi faciam] *cfr de fin.* II 24, 79 16 agi] ac **M**$^1$**NO**$^1$, *corr.* **M**$^2$ etiam **P** 19 quo **MmsNOP***Rom.* quod **bdEIA**$^2$**c**, *alii* reip. prouidebo prodire (*med. uoce deleta*) **M**$^1$ prodesse] prodire **M**$^1$**NO**, *corr.* **M**$^2$ 22 adsentio **Ω***codd. Mal.***CI***Rom.* adsentior **M***corr.***A**$^2$**c**, *fort. recte* (*ut* VI 1, 10; VII 13, 1; 16, 3, *al.*); *cfr tamen* IX 9, 1 24 pro me iis **M**$^1$, *corr.***M**$^2$ in alios] alios in **M**$^1$**N**, *corr.* **M**$^2$ alios **P**

consentiunt. quae si secus essent totumque se ille in me profudisset, tamen illa, quam scribis, custos urbis me praeclarae inscriptionis memorem esse cogeret nec mihi concederet, ut imitarer Volcacium aut Seruium, quibus tu es contentus, sed aliquid nos uellet nobis dignum et sentire et defendere. quod quidem agerem, si liceret, alio modo ac nunc agendum est.

De sua potentia dimicant homines hoc tempore peri- 4
culo ciuitatis. nam si res p. defenditur, cur ea consule isto ipso defensa non est? cur ego, in cuius causa rei p. salus consistebat, defensus postero anno non sum? cur imperium illi aut cur illo modo prorogatum est? cur tanto opere pugnatum, ut de eius absentis ratione habenda x tribuni pl. ferrent? his ille rebus ita conualuit, ut nunc in uno ciui spes ad resistendum sit; qui mallem tantas ei uires
non dedisset quam nunc tam ualenti resisteret. sed quon- 5
iam res eo deducta est, non quaeram, ut scribis,

ποῦ σκάφος τὸ τῶν Ἀτρειδῶν;

mihi σκάφος unum erit, quod a Pompeio gubernabitur. illud ipsum, quod ais: quid fiet, cum erit dictum: Dic, M. Tulli? — σύντομα, Cn. Pompeio adsentior. ipsum tamen Pompeium separatim ad concordiam hortabor. sic enim sentio, maximo in periculo rem esse. uos scilicet

4 Volcacium **mEN** Volcatium **MbdsOPIA²c***Rom.* (*sed* -ta- **I**, -eat- *Rom.*) 9 consule (cos.) isto ipso **ΔENPIA²c***Rom.* (*sed* ipsa **E**, ipso isto **N**) illo ipso consule **O** 13 est *ante* ut *add.* **ΔOIA²c***Rom.*, *om.* **ENP** x **M¹EOP** decem **M²bdmsIA²c***Rom.* *om.* **N** 14 ferent **M¹**, *corr.***M²c^s** 15 ciue **ENPA²** spes *Ernestius*: res **ΔNOP***codd. Mal.* **Z¹I***Rom.* (*fort. propter* resistendum), *Lehmannus* (*in ed. Hofm.*) uires (*sed* sit) **E** resp(ub). **A²c** uires . . . sint *Klotzius, alii* *cfr* XV 20, 2; *pro Mil.* 2, 5; *Liu.* XLIII 19, 8 sit] imbecilla sit **A²c** qui] quo **M²** tanta se iuris **M¹**, *corr.***M²** tanta iur̄ se **N** 17 ut] ut tu **c** 18 ποῦ] τὸ **A²c**, *corr.* **C** τὸ *om.* **A²c**, *corr.* **C** *adscr.* ubi cymba atridarum *et* 19 cymba **M***corr.***ds** *cfr Eur. Troad.* 455 20 cum **M²bdmsEO²***Rom.* dum **M¹N O¹PIA²c** 21 marce **M** CYNTOMaCN **M¹P** (*sed* -CH **P**; *inter* a *et* CN *add. lineolas* **M***corr.*) σύντομα (*om.* Cn.) **bdmsOA²c***Rom.* *om.* (*spat. rel.*) **E** *adscr.* summa(m) **M***corr.***ds** 22 sic] *accedit* **H**

plura, qui in urbe estis. uerum tamen haec uideo, cum homine audacissimo paratissimoque negotium esse, omnes damnatos, omnes ignominia adfectos, omnes damnatione ignominiaque dignos illac facere, omnem fere iuuentutem, omnem illam urbanam ac perditam plebem, tribunos ualentes addito [C.] Cassio, omnes, qui aere alieno premantur, quos pluris esse intellego, quam putaram — causam solum illa causa non habet, ceteris rebus abundat —, hic omnia facere omnes, ne armis decernatur, quorum exitus semper incerti, nunc uero etiam in alteram partem magis timendi.

Bibulus de prouincia decessit, Veientonem praefecit; in decedendo ‹erit, ut audio, tardior. quem cum ornauit Cato, declarauit iis se solis non inuidere, quibus nihil aut non multum ad dignitatem posset accedere.

6 Nunc uenio ad priuata; fere enim respondi tuis litteris de re p. et iis, quas in suburbano, et iis, quas postea scripsi⟨sti⟩. ad priuata uenio. unum etiam de Caelio. tantum abest, ut meam ille sententiam moueat, ut ualde ego ipsi, quod de sua sententia decesserit, paenitendum putem. sed quid est, quod ei uici Luccei sint addicti? hoc te
7 praetermisisse miror. de Philotimo faciam equidem, ut

1 h(a)ec **M$^1$ΣC** hoc **M$^2$bdmsIA$^2$c***Rom.* uideo **ΩC***Rom.* iudico **IA$^2$c** 4 illic **A$^2$c** *cfr Muell. ad l.* *post* illac *nota interp:is erasa in* **M** 5 omnem *om. et add.* **M$^1$** 6 C. *del. aut* Q. *substituendum coni. Corradus* 7 quos **M$^2$c$^S$bdmsEO$^2$IA$^2$c***Rom.* quod **M$^1$NO$^1$** quo **P** quos ... accedere *u.* 14 *om.* **H** pluris *fort. ambigue dictum* solam **m$^2$sEI***Rom.* sola **A$^2$c** 8 hic] sic **A$^2$c** 9 faceremus ne *Rom.* facere omnis debet ne **IA$^2$c** 10 uero etiam **bdOP***Rom.* etiam uero **MmEN** uero **sIA$^2$c** 11 Veientonem *uulg.* (*cfr* IV 17, 3): uelentonem **Ω** (*sed om. spat. rel.* **P**)**I** (-onn-) Valentonem **A$^2$c***Rom.* 14 accedere *om.* **m***Rom.* 15 nunc] *accedit* **H** *om.* **E** uenio ad priuata ... ad priuata uenio] *cfr* I 19, 5; V 21, 5; *de nat. deor.* III 7, 16* fere ... ex Trebulano *p.* 110, 2 *om.* **E** 17 scripsisti **M***corr.***PIA$^2$c** scripsi **ΔHN O***Rom.* 18 ille meam **IA$^2$c** 20 sed ... deberet *p.* 107, 6 *om.* **H** ei uici Lucceii *aliquot codd. Mal.* (-ei) **Z$^1$** ei uici lucceis **OP** (-uce- **P**) euuci lucceis **Mm** enuci luceis **bds** ei nici lucci **N** cuncti Luceiis **A$^2$c***Rom.* eunti uici Lutei **I** te *om.* **IA$^2$c**, *corr.* **C** 21 praetermisisti **A$^2$c**, *corr.* **C**

mones. sed ego mihi ab illo hoc tempore non rationes exspectabam, quas tibi edidit, uerum id reliquum, quod ipse in Tusculano me referre in commentarium mea manu uoluit quodque idem in Asia mihi sua manu scriptum dedit. id si praestaret, quantum mihi aeris alieni esse tibi edidit, tantum et plus etiam mihi ipse deberet. sed in hoc genere, si modo per rem p. licebit, non accusabimur posthac, neque hercule antea neglegentes fuimus sed et amicorum ⟨et alienorum⟩ multitudine occupati. ergo utemur, ut polliceris, et opera et consilio tuo nec tibi erimus, ut spero, in eo molesti.

De serpirastris cohortis meae nihil ⟨est⟩ quod doleas. 8
ipsi enim se collegerunt admiratione [in te] integritatis meae. sed me mouerat nemo magis quam is, quem tu neminem putas. idem et initio fuerat et nunc est egregius. sed in ipsa decessione significauit sperasse se aliquid et id, quod animum induxerat, paulisper non tenuit sed cito ad se rediit meisque honorificentissimis erga se officiis uictus pluris ea duxit quam omnem pecuniam.

Ego a Curio tabulas accepi, quas mecum porto. Hor- 9
tensi legata cognoui. nunc aueo scire, quid hominis sit et quarum rerum a⟨u⟩ctionem instituat. nescio enim cur, cum portam Flumentanam Caelius occuparit, ego Puteolos non meos faciam.

1 hoc tempore **Z**$^{b}$**c** (*sed ante* ab illo **c**) *om.* **ΩIA**$^{2}$*Rom.* 5 esse tibi **O** esse ibi **ΔNPA**$^{2}$**c***Rom.* esset: ibi **I** 6 mihi ipse **NOP** ipse mihi **ΔIA**$^{2}$**c***Rom.* sed] *accedit* **H** 8 posthac **M**$^{2}$*al'*.**bmsO**$^{2}$**PIA**$^{2}$**c***Rom.* post hanc **M**$^{1}$**dHNO**$^{1}$ et *om.* **IA**$^{2}$**c**, *uulg.* 9 et alienorum *addidi cfr ad Q. fr.* I 2, 16, *ep.* I 9, 17 multitudine amicorum **s***Rom.* 12 de ... meae *u.* 14 *om.* **H** serpirastris **ΔOPI***Rom.* serperastris **NA**$^{2}$**c** est **M***corr.***IA**$^{2}$**c***Rom.* *om.* **Ω** 13 integritatis **N** in te integritatis **MdmsO** *Rom.* (*sed* inte **d**, ịn ṭẹ **m**) uit(a)e integritatis **M***corr.***bPIA**$^{2}$**c** *cfr* VII 2, 5 15 neminem **A**$^{2}$**c** nemo **ΩI***Rom.* et in initio **IA**$^{2}$**c** 18 meisque **M**$^{4}$**A**$^{2}$**c***Rom.* in iis qu(a)e **M**$^{1}$**mI** in iisque (hisque) **bdsHNO** mens **P** 19 omnem pecuniam *om.* (quam ego *coniungens*) **Z**$^{l}$ 21 aueo **sA**$^{2}$**c***Rom.* habeo **Ω**(*praet.* **s**)**I** 22 autionem **M**$^{4}$ actionem **ΔNOPC** rationem **M**$^{3}$(*del.*)**HIA**$^{2}$**c** (*sed* -ne **H**; *etiam in* **M** *lineola nas. deleta*) cum] non **I** 23–24 non faciam meos **A**$^{2}$**c** meos gressus non faciam **I**

10 Venio ad Piraeea, in quo magis reprehendendus sum, quod homo Romanus Piraeea scripserim, non Piraeum — sic enim omnes nostri locuti sunt —, quam ⟨in⟩ quod addiderim. non enim hoc ut oppido praeposui sed ut loco, et tamen Dionysius noster et, qui est nobiscum, Nicias Cous non rebatur oppidum esse Piraeea. sed de re uidero. nostrum quidem si est peccatum, in eo est, quod non ut de oppido locutus sum sed ut de loco, secutusque sum non dico Caecilium:

máne ut ex portu ín Piraeum

— malus enim auctor latinitatis est —, sed Terentium, cuius fabellae propter elegantiam sermonis putabantur a C. Laelio scribi:

heri áliquot adulescéntuli coímus in Piraéum,

et idem:

mercátor hoc addébat, captam e Súnio.

1 uenio ... ferret *p.* 109, 18 *om.* **H** Piræea **A**$^2$**c** Pireæa **I** piraea **O** pirea **Δ***Rom.*(*sed* pyr- **s**) pirrea **P** pyream **N** *etiam infra uariant cfr* VI 9, 1; VII 1, 1; *ep.* IV 5, 4; 12, 1; 2 2 pireum **Ω***Rom.* Piræeum **IA**$^2$**c**, *alii* 3 quam **M**$^2$**msO**$^2$**PIA**$^2$**c***Rom.* cum **M**$^1$**bdNO**$^1$ cui **M***corr.* in *add. post* quam *Buechelerus Mus. Rhen.* XI (*a.* 1857) *p.* 517 (= *Kl. Schr.* I *p.* 61), *post* addiderim **N**, *alii, post* quod **IA**$^2$**c**: *om.* **Δ OP***Rom.* 4 hoc M. (*i. e.* in) ut **I** 5 et (*ante* qui) **NOP** *om.* **ΔI A**$^2$**c***Rom.* et *ante* Nicias *add.* **A**$^2$**c***Rom.* 6 non **bO**$^2$ noẹn **Ms** noen **dm** noenu **M**$^2$**O**$^1$(?), *Tyrr.-Purs.* (noenum *dubitanter Lachmannus ad Lucr.* III 199) non enim **N** noem **I** nomen **A**$^2$**c***Rom.* *uerba* Cous non *om.* (*spat. rel.*) **P** *cfr etiam Schmidtius Die handschr. Überlief. der Briefe Cic:s p.* 68 (*sed correxit* **M**$^2$, *non* **M**$^3$) oppidi **A**$^2$**c***Rom.* re **M**$^2$**bdmsA**$^2$**c***Rom.* reo **M**$^1$**NOP** eo **M***corr.*, *alii* eoo **I** 9 non dico *om.* **M**$^1$, *add.* **M**$^2$ 10 *Com. Rom. fr. p.* 88 *Ribb.*$^3$ in *om.* **bds** 11 malus enim] In aliis **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ In aliis autem **N** sed] sed et **c** 14 *Ter. Eun.* 539 heria *om.* aliquot adulescentuli **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ coimus **M**$^2$**bdmsO**$^2$**PIA**$^2$**c***Rom.* cum imus **M**$^1$**O**$^1$ cum Unus **N** quum imus **C** coiimus *alii* in Piraeo *Ter.* 16 *cfr Ter. Eun.* 114 *sq.* 16 haec **IA**$^2$**c** captam] e praedonibus, Unde emerat, se audisse abreptam *Ter.* e sunio **M**$^2$**bdmsO**$^2$**A**$^2$**c***Rom.* e funio **N** e sumo **O**$^1$ e Sumio **I** exivnio **M**$^1$ ex samo **P**

quod si δήμους oppida uolumus esse, tam est oppidum Sunium quam Piraeus.

Sed quoniam grammaticus es, si hoc mihi ζήτημα persolueris, magna me molestia liberaris. ille mihi litteras 11 blandas mittit; facit idem pro eo Balbus. mihi certum est ab honestissima sententia digitum nusquam. sed scis illi reliquum quantum sit. putasne igitur uerendum esse, ne aut obiciat id nobis aliquis, si languidius, aut repetat, si fortius? quid ad haec reperis? soluamus, inquis. age, a Caelio mutuabimur. hoc tu tamen consideres uelim; puto enim, in senatu si quando praeclare pro re p. dixero, Tartessium istum tuum mihi exeunti: iube sodes nummos curare.

Qui⟨d⟩ superest? etiam. gener[e] est suauis mihi, Tul- 12 liae, Terentiae; quantumuis uel ingenii uel humanitatis, * satis. reliqua, quae nosti,' ferenda. scis enim, quos aperuerimus. qui omnes praeter eum, de quo per te egimus, reum me facerent. ipsis enim expensum nemo ferret. sed haec coram; nam multi sermonis sunt. Tironis reficiendi spes est in M'. Curio[nem]; cui ego scripsi tibi

1 si] est **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ si igitur **bds** δήμους] ΔΗaΛΟΤC **m** λαον [illegible] *Rom.* *om.* **bdsA**$^2$ 2 sunium **M**$^2$**bdmsO**$^2$**A**$^2$**c***Rom.* sumium **M**$^1$**NI** (sy- **N**) sumum **O**$^1$**P** (sa- **P**) 3 ζήτημα **A**$^2$**c** zetema **ΔNO***Rom.* thema **PI** 9 reperis **M**$^1$**NOI** ceperis **P** re(p)pereris **M**$^2$**c**$^s$**bdmsA**$^2$**c** *Rom.* a *et* 10 tu *om.* **M**$^1$, *add.* **M**$^2$ 12 Tatersium **bd** Tarcensium **N** exeunti **ΩC***Rom.* exeunti urbe **I** adeunti urbem **A**$^2$**c** 13 curare **ΩIA**$^2$**c***Rom.*(*in* **M** *non correctum*) curari *Muretus* *cfr tamen* XVI 15, 5; *de off.* I 15, 48 *de* -re *et* -ri *permutatis cfr* VII 26, 2; *ep.* V 15, 4; VIII 8, 6 14 quid superest? etiam *Corradus*: quod superest, etiam **A**$^2$**c** qui superest etiam **ΩI***Rom.* *cfr* IV 7, 3; *ad Q. fr.* III 1, 24 gener **M***corr.* **s**$^2$**A**$^2$**c** genere **ΔNOPI***Rom.* 15 dignitatis (*uel* comitatis) *addendum coni. Lehmannus* 16 aperuerimus **O**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.* aperierimus **ΔO**$^1$**P** *Ant. et alii codd. Mal.* apperuierimus **N** *cfr Lehm. Jahresber. d. phil. Ver.* XXIV (*a.* 1898) *p.* 182 18 facerent **NO**$^1$**P** facere rentur **ΔIA**$^2$**c***Rom.* facerentur **O**$^2$ *de dittographia in* **Δ** *cfr* II 16, 2; V 13, 1; 20, 1; VI 1, 17 ferret **FO**$^1$**P***Ant.* oferret **O**$^2$ offerret **bdO**$^2$ feret **N** offeret **MmsIA**$^2$**c** offert *Rom.* 19 sed] *accedit* **H** nam ista multi **A**$^2$**c** 20 M'.] M. **ΩIA**$^2$**c***Rom.* Curio **A**$^2$**c** curione **M***corr.***sHN** curionem **M**$^1$**bdmOPI***Rom.* *cfr* VII 2, 3

eum gratissimum facturum. data v Id. Dec. a Pontio ex Trebulano.

## IV

## CICERO ATTICO SAL.

1 Dionysium flagrantem desiderio tui misi ad te, nec mehercule aequo animo, sed fuit concedendum. quem quidem cognoui cum doctum, quod mihi iam ante erat notum, tum sanctum, plenum officii, studiosum etiam meae laudis, frugi hominem ac, ne libertinum laudare uidear, plane uirum bonum.

2 Pompeium uidi IIII Id. Decembres. fuimus una horas duas fortasse. magna laetitia mihi uisus est adfici meo aduentu; de triumpho hortari, suscipere partes suas, monere, ne ante in senatum accederem, quam rem confecissem, ne dicendis sententiis aliquem tribunum alienarem. quid quaeris? in hoc officio sermonis nihil potuit esse prolixius. de re p. autem ita mecum locutus est, quasi non dubium bellum haberemus. nihil ad spem concordiae. plane illum a se alienatum cum ante intellegeret, tum uero proxime iudicasse. uenisse Hirtium a Caesare, qui esset illi familiarissimus, ad se non accessisse, et cum ille a. d. VIII Id. Dec. uesperi uenisset, Balbus de tota re constituisset

1 Vale *ante* data (-um *Rom.*) *add.* **A**$^2$**c***Rom.*, *in fine* **I**

EP. IV. *Accedit* **E** 6 concedendum] non cedendum **M**$^1$**HO**$^1$(?), *corr.* **M**$^2$ cedendum **N** *cfr ep.* VII 12, 1; XI 2, 1 7 cum] quum **c** quod **M**$^1$**HN**, *corr.* **M**$^2$ iam ante **M***corr.* (*fort.* **M**$^4$)**bmsΣIA**$^2$**c***Rom.* in amante **M**$^2$**d** amantem (*uel* -nte) **M**$^1$ 8 tum] tamen **N** *om.* **M**$^1$, *add.* **M**$^2$ sanctum **ΩA**$^2$**c***Rom.* (*sed* sane tum **P**) sane **IA**$^2$(*in marg.*), *uulg.*, *sed cfr ep.* IV 13, 3 P. Nigidio, uni omnium doctissimo et sanctissimo 9 ne ut libertinum *Bouhier, alii* *cfr* II 20, 5 quod scripseram me Furio scripturum *i. e.* tibi ut Furio (II 19, 5), *ep.* VI 12, 4 fortem uirum, *sim.* 14 quam rem *bis* **N** 16 hoc iudicio et officio **P***Ant.***IA**$^2$**c** 17 de ... multa *p.* 111, 3 *om.* **H** 19 ab **IA**$^2$**c** 20 illi] sibi *Rom.* 22 uenisset et Balbus *Maduigius Adu. crit.* II *p.* 236, *fort. recte, sed cfr* IV 1, 6; VII 9, 2; VIII 12 D, 2 (*Pompeius*); XV 21, 1; *ep.* IV 2, 1; XIII 78, 2; *Lehmannus Quaest. Tull. p.* 26; *Eran.* XIX (*a.* 1919) *p.* 136

a. d. VII ad Scipionem ante lucem uenire, multa de nocte
eum profectum esse ad Caesarem. hoc illi τεκμηριῶδες
uidebatur esse alienationis. quid multa? nihil me aliud 3
consolatur nisi quod illum, cui etiam inimici alterum consulatum, fortuna summam potentiam dederit, non arbitror fore tam amentem, ut haec in discrimen adducat. quod si ruere coeperit, ne ego multa timeo, quae non audeo scribere. sed ut nunc est, a. d. III Non. Ian. ad urbem cogito.

## V

## CICERO ATTICO SAL.

Multas uno tempore accepi epistulas tuas, quae mihi, 1
quamquam recentiora audiebam ex iis, qui ad me ueniebant, tamen erant iucundae; studium enim et beneuolentiam declarabant. ualetudine tua moueor et Piliam in idem genus morbi delapsam curam tibi adferre maiorem sentio.
date igitur operam ut ualeatis. de Tirone uideo tibi curae 2
esse. quem quidem ego, etsi mirabiles utilitates mihi praebet, cum ualet, in omni genere uel negotiorum uel studiorum meorum, tamen propter humanitatem et modestiam malo
saluum quam propter usum meum. Philogenes mecum nihil 3
umquam de Luscenio locutus est; de ceteris rebus habes Dionysium. sororem tuam non uenisse in Arcanum miror.

1 VII. Iduum ad **$A^2$c** uenire] ut uenirem **P** uenisse **$A^2$c** 2 eum *om.* **I$A^2$** esse *om.* **m***Rom.* hoc **$M^1$ΣIc** h(a)ec **M***corr.* **bdms$A^2$***Rom.* *adscr.* coniectura **M***corr.***ds** 3 nihil] *accedit* **H** 4 cui] quo **$M^1$H**, *corr.* **$M^2$** cui . . . dederit *om.* **N** *inter* quo *et* etiam *add.* t **$M^3$** etiam] te iam **H** 5 fortunam summa potentia **P** dederit *Pius*: dederat **ΔEHOI$A^2$c***Rom.* dederunt **P** 8 Vale *add.* **I$A^2$c***Rom.*

EP. V. Multas . . . sed *p.* 112, 3 *om.* **E** 11 epistulas] litteras (*sed ante* accepi) **OP** *om.* **HN** 14 ualetudine **C** ualitudine **NP** in ualitudine **HOI** inualetudine (-lit-) **Δ$A^2$c***Rom.* *cfr* VII 2, 1 17 mirabiles *Rom.* mirabilis **ΔHNOI$A^2$c** mirabilem **P** utilitates **$M^1$bms***Rom.* utilitatis **M***corr.***dHNO** utilitatem **P** utilitatis fructum **I$A^2$c** 18 *prius* uel *om.* **I$A^2$c** 20 usum] iussum **P** 21 Luscenio **c**, *Victorius*: lusgenio **ΔHNI$A^2$***Rom.* ingenio **P** *cfr Schulzeus, Gesch. d. röm. Eigenn. p.* 184 22 in Arcanum] marcanum **$M^1$m**

de Chrysippo meum consilium probari tibi non moleste fero. ego in Tusculanum nihil sane hoc tempore; deuium est τοῖς ἀπαντῶσιν et habet alia δύσχρηστα. sed de Formiano Tarracinam pr. Kal. Ianuarias. inde Pomptinam summam, inde Albanum Pompei; ita ad urbem III Nonas, natali meo.

4 De re p. cotidie magis timeo; non enim boni, ut putant, consentiunt. quos ego equites Romanos, quos senatores uidi, qui acerrime cum cetera tum hoc iter Pompei uituperarent! pace opus est. ex uictoria cum multa mala tum certe tyrannus exsistet. sed haec prope diem coram.

Iam plane mihi deest, quod ad te scribam; nec enim de re p., quod uterque nostrum scit eadem, et domestica
5 nota sunt ambobus. reliquum est iocari, si hic sinat. nam ego is sum, qui illi concedi putem utilius esse, quod postulat, quam signa conferri. sero enim resistimus ei, quem per annos decem aluimus contra nos. quid sentis igitur? inquis. nihil scilicet nisi de sententia tua, nec prius quidem, quam nostrum negotium aut confecerimus aut deposuerimus. cura igitur ut ualeas. aliquando ἀπότριψαι quartanam istam diligentia, quae in te summa est.

2 deuium] redeuium **M¹m** 3 *adscr.* obuiantibus **M***corr.***ds** et habet alia *om.* **HN** ΔΥCΧΗCΤa (δύσχηστα) **Δ** *adscr.* turpia **M***corr.***ds** de] *accedit* **E** 4 inde . . . Nonas *om.* **bd** Pomptinam *Manutius*: pomptinum (pont-) **ΩIA²c***Rom.* (*sed* pomit- **M¹**, pomet- **H**) summam **MNPZ¹l** summa **H** sumam **msEOA²c** suniam *Rom.* 5 inde in A. *Bootius Obs. crit. p.* 51, *recc. edd., sed* petam (IX 19, 3) *uel sim. audiri uidetur* 6 putant **Ω***codd. Mal.***IA²c***Rom.* putantur (*coll.* VIII 1, 3, IX 2 a, 3 *sim.*) *Muellerus Mus. Rhen.* LIII (*a.* 1898) *p.* 125 putaui *Manutius* 7 consentiunt *om.* **M¹**, *add.* **M²** equites] quirites **H** Romanos] .r. **dmsE** ro. **bP** 10 tyrannus **ΩC***Rom.* tyrannis **IA²c** 11 mihi deest quid **M¹bdsHNOPIA²c** (*super* deest *adscr.* l' nihil est **M²**, *post del.*) nihil est quod **mE***Rom.* 12 *post* scit *distinguitur in* **Δ***Rom.* 13 iocari . . . esse *om.* **N** 15 quem *om.* **M¹**, *add.* **M²** 16 aluimus] alium iis **M¹**, *corr.***M²** sentis] senties *Wesenbergius, alii, sed haud scio an futurum* (*de sententia dicenda, cfr p.* 96, 4; 113, 15) *ex praesenti audiri possit:* nihil scilicet (sentio aut sentiam) nisi *eqs., ut Plaut. Pseud.* 380, *ep.* IX 23 *cfr etiam p.* 26, 2 18 disposuerimus **E** defecerimus deposuerimus *priore uoce inducta* **H** 19 ΑΠΟΤΡΕΙΨΑΙ **M** ΑΠΟΤΡΕΙΧΑΙ **P** *adscr.* abice **M***corr.***ds** quartanam *om.* **N** istanam **M** 20 Vale *add. Rom.*

## VI

## CICERO ATTICO SAL.

Plane deest, quod ad te scribam; nota omnia tibi sunt, nec ipse habeo, a te quod exspectem. tantum igitur nostrum illud sollemne seruemus, ut ne quem istuc euntem sine litteris dimittamus. 1

De re p. ualde timeo nec adhuc fere inueni, qui non concedendum putaret Caesari, quod postularet, potius quam depugnandum. est illa quidem impudens postulatio, opinione ualentior. cur autem nunc primum ei resistamus? 2

οὐ γὰρ δὴ τόδε μεῖζον ἔπει κακόν,

quam cum quinquennium prorogabamus aut cum, ut absentis ratio haberetur, ferebamus, nisi forte haec illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus. dices: quid tu igitur sensurus es? non idem, quod dicturus; sentiam enim omnia facienda, ne armis decertetur, dicam idem quod Pompeius, neque id faciam humili animo, sed rursus hoc permagnum rei p. malum est et quodam modo mihi praeter ceteros non rectum, me in tantis rebus a Pompeio dissidere.

EP. VI. 3 deest] nihil est **E** quod **E** quid Ω(*praet.* **E**)**IA**$^2$**c***Rom.* *cfr* VII 5, 4; 8, 4; 15, 1; 19; 26, 3 4 quid Ω**IA**$^2$**c***Rom.* nostrum illud] illud nostrum **mH***Rom.* nostrum **N** 5 istuc **M**$^2$(*in marg.*)Σ**A**$^2$**c** *Rom.* isthuc **m** istac **M**$^2$(*superscr.*)**bdsI** is tunc **M**$^1$ 9 impudens *om.* **M**$^1$**bs**, *add.* **M**$^2$ postulatio. sed is qui postulat opinione *Lehm. De Cic:is ad Att. epp. p.* 199 *sqq.* 10 resistamus **PIA**$^2$**c** resistam Ω(*praet.* **P**)*Rom.* 11 *Hom. Od.* XII 209, *ubi* οὐ μὲν δὴ *eqs.* ΟΥΤΑΡΛΗ **M** ΟΥΤΑΡΑΗ **P** οὐ γὰρ ἂν **M***corr.***bdmsA**$^2$**c***Rom.* τοῦδε **A**$^2$**c** ЄΠЄΙ **M** ἔπει **M***corr.***bdms** ЄΜπΕΙ **P** ἔπειτο **c** ἔποιτο **A**$^2$, *Crat. ind. Graec.*, *Rom.* ἔπι *uulg.* *adscr.* non enim hoc maius sequitur malum **M***corr.***ds** 12 quam . . . ferebamus *om.* **H** prorogamus **P** 13 habetur **P** tum] tamen **NP** (*sed ante* ut **N**) 14 bene pugnato pararemus parato *mediis uocibus nota* va cat *deletis* **P** 15 dices . . . decertetur *om.* **H** censurus **N**(*ut uid.*)*Rom.* 16 sentiam] sentenciam **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ 18 et *om.* **E** 19 me] *cfr Maduigius ad* III *de fin.* 3, 10 20 Vale *add.* **A**$^2$**c***Rom.*

8 *Sjögren.*

## VII

## CICERO ATTICO SAL.

1 Dionysius, uir optimus, ut mihi quoque est perspectus, et doctissimus tuique amantissimus, Romam uenit xv Kal. Ian. et litteras a te mihi reddidit. tot enim uerba sunt de Dionysio in epistula tua. illud † putato non adscribis: et tibi gratias egit. atqui certe ille agere debuit, et si esset factum, quae tu⟨a⟩st humanitas, adscripsisses. mihi autem nulla de eo παλινῳδία datur propter superioris epistulae testimonium. sit igitur sane bonus uir.' hoc enim ipsum bene fecit, quod mihi sui cognoscendi penitus etiam istam facultatem dedit.

2 Philogenes recte ad te scripsit; curauit enim, quod debuit. eum ego uti ea pecunia uolui, quoad liceret; itaque
3 usus est menses xiiii. Pomptinum cupio ualere et, quod scribis in urbem introisse, uereor, quid sit; nam id nisi graui de causa non fecisset. ego, quoniam iiii Non. Ian. compitalicius dies est, nolo eo die in Albanum uenire, ne molestus sim familiae. ueniam iii Non. Ian. igitur; inde ad urbem pr. Nonas. tua λῆψις quem in diem incurrat,

EP. VII. 3 Dionysius . . . fecisset *u.* 17 *om.* **E** ut *om.* **N** 5 a te mihi **s**(*in marg.*)**A**$^2$**c** a me tibi **ΩI***Rom.* 6 tot . . . testimonium *u.* 10 *om.* **H** 7 putato **ΔNOPZ**$^b$**I***Rom.* puto *Ant.* priuato **F** peccato **A**$^2$**c** priuatius **A**$^2$ (*in marg.*) *multi multa coniectarunt, ut* puto, puto tu, puta tu, optatum, perusitatum 8 tua est **A**$^2$**c***Rom.* tu si **ΔNOPI** 9 humaniter **s** *adscr.* retractatio **M***corr.***ds** 10 sit **M**$^2$c$^S$**bdmsA**$^2$**c***Rom.* sed **M**$^1$**Σ** sic **I** *accedit* **H** 13 Philogenes . . . XIIII *u.* 15 *om.* **H** 14 uti] ut **M**$^1$**dO** 15 pomptinum **mO***Rom.* pontinum (pomt-) *rell.* 17 ego] *accedit* **E** quarto idus Ian. **N** 18 uenire *secl.* *Buechelerus Mus. Rhen.* XIII (*a.* 1858) *p.* 593 (= *Kl. Schr.* I *p.* 132) *alii, iniuria* ne molestus sim familiae **Z**$^b$, *Wesenbergius* molestus familiae **ΩIA**$^2$**c***Rom.* *cfr ep.* VII 23, 3 *in omnibus codd.* (*praet.* **N**) *post* familiae *distinguitur, item Wesenb.* uenire, ⟨ne⟩ molestus familiae ueniam . III *eqs. recc. edd.* 19 III] tertio **MP** Non. Ian.] Nonarum **A**$^2$**c** Ian. *secl. alii sed cfr* III 9, 1 ante Kal. Maias . . . Id. Maiis igitur . . . nolo *p.* 115, 2 *om.* **E** inde igitur **s***Rom.* 20 ΔΗΨΙC **P** *om.* (*spat. rel.*) **bds**

nescio, sed prorsus te commoueri incommodo ualetudinis
tuae nolo.

De honore nostro nisi quid occulte Caesar per suos tri- 4
bunos molitus erit, cetera uidentur esse tranquilla; tranquil-
lissimus autem animus meus, qui totum istuc aequi boni
facit, et eo magis, quod iam a multis audio constitutum
esse Pompeio et eius consilio in Siciliam me mittere, quod
imperium habeam. id est Ἀβδηριτικόν. nec enim senatus
decreuit nec populus iussit me imperium in Sicilia habere.
sin hoc res p. ad Pompeium refert, qui me magis quam
priuatum aliquem mittit? itaque, si hoc imperium mihi
molestum erit, utar e⟨a⟩ porta, quam primum uidero. nam 5
quod scribis mirificam exspectationem esse mei neque ta-
men quemquam bonorum aut satis bonorum dubitare, quid
facturus sim, ego, quos tu bonos esse dicas, non intel-
lego. ipse nullos noui, sed ita, si ordines bonorum quae-
rimus; nam singulares sunt boni uiri. uerum in dissensio-
nibus ordines bonorum et genera quaerenda sunt. senatum
bonum putas, per quem sine imperio prouinciae sunt?
numquam enim Curio sustinuisset, si cum eo agi coeptum
es⟨se⟩t, quam sententiam senatus sequi noluit; ex quo

1 prorsus ịṇ te **m** incommodo *in fine uersus om.* **P** 3 quod **M**¹**HNO**¹**P**, *corr.* **M**² Cạesar *om.* **s** suos *om.* **IA**²**c** 6 faciat **N** a *om.* **M**¹**P**, *add.* **M**² 7 quod ... uidero *u.* 12 *om.* **H** 8 id est *per compendium* ·|· **EN** ΑΒΑΗΡΙΤΙΚΟΝ **MP** (-ΑΝΡ- **P**) 10 res p.] romanus populus **bs** (*corr. in marg.* **s**) refert] *cfr Muellerus ad* IV 17, 3, *Lehmannus Woch. f. kl. Phil.* XIV (*a.* 1897) *p.* 391 11 aliquem *bis* **P** mittit **Z**^bl^**c** mittat Ω**IA**²*Rom.*, *uulg.* *u.* Χάριτες *F. Leo dargebr. p.* 288 *sq.* 12 utar ea *uulg.*: utar e **M**²**bdmsN***Rom.* utare **M**¹ ut a re **P** utar **EIA**²**c** primam *Bosius, uulg. sed cfr in Cat.* III 6, 15, *pro Mil.* 34, 93, *de off.* III 3, 11; *Lehm. Jahresber. d. phil. Ver.* XXIV (*a.* 1898) *p.* 168 nam] *accedit* **H** 14 aut satis bonorum *om.* **M**¹, *add.* **M**², *sed rursus deleta sunt* dubitare *post* sim **N** 15 facturus **CZ**^bl^ sensurus Ω**IA**²**c***Rom.* ego] *hinc nouam epistulam incipiunt* **M**³**bdH** *sed uerba* Cicero Attico sal. *a* **M**³ *in marg. addita deleta sunt* *spatium ante* ego **O** esse *om.* **H** 16 sed ... uiri *u.* 17 *om.* **E** 17 discensionibus **N** dissessionibus **P** 19 bonum] bonorum **M**³(*del.*) **HI** 21 esset **bEP***Rom.* est Δ(*praet.* **b**)**HNOI** fuisset **A**²**c**

factum est, ut Caesari non succederetur. an publicanos, qui numquam firmi sed nunc Caesari sunt amicissimi? an faeneratores? an agricolas, quibus optatissimum est otium? nisi eos timere putas, ne sub regno sint, qui id numquam,
6 dum modo otiosi essent, recusarunt. quid ergo? exercitum retinentis, cum legis dies transierit, rationem haberi placet? mihi uero ne absentis quidem. sed cum id datum est, illud una datum est. annorum enim decem imperium et ita latum ⟨placet?⟩ placet igitur etiam me expulsum et agrum Campanum perisse et adoptatum patricium a plebeio, Gaditanum a Mytilenaeo, et Labieni diuitiae et Mamurrae placent et Balbi horti et †Tusculanum. sed horum omnium fons unus est. imbecillo resistendum fuit, et id erat facile; nunc legiones XI, equitatus tantus, quantum uolet, Transpadani, plebes urbana, tot tribuni pl., tam perdita iuuentus, tanta auctoritate dux, tanta audacia. cum hoc aut depugnandum
7 est aut habenda e lege ratio. depugna, inquis, potius quam seruias. ut quid? si uictus eris, proscribare, si uiceris, tamen seruias? quid ergo, inquis, ⟨f⟩acturus es? idem quod pecudes, quae dispulsae sui generis sequuntur greges. ut bos armenta, sic ego bonos uiros aut eos, quicumque dicentur boni, sequar, etiam si ruent. quid sit optimum male contractis rebus, plane uideo. nemini est enim exploratum, cum ad arma uentum est, quid futurum sit, at illud omnibus, si boni uicti sint, nec in caede principum clemen-

2 caesari **ΔEOIA**$^{2}$**c** caesaris **HNP***Rom.* 4 eos *et* ne *om.* **M**$^{1}$, *add.* **M**$^{2}$ sint] fuit **E** qui id **HNOPC** quid id **M**$^{1}$ quod **M**$^{2}$**bd** **msEIA**$^{2}$**c***Rom.* 5 quid ... ratio *u.* 17 *om.* **H** 6 dies **ENOP** diem **ΔIA**$^{2}$**c***Rom.* 7 est et illud **P** illud ... est *om.* **N** 9 *alterum* placet *add.* **IA**$^{2}$**c** *om.* **Ω***Rom.* *cfr Iudeich Mus. Rhen.* LXVIII (*a.* 1913) *p.* 5 igitur *om.* **N** 11 a] an **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{2}$ 12 Tusculani **c** 13 fuit] est **bd** 15 plebs **A**$^{2}$**c***Rom.* tot *om.* **m***Rom.* tot tribuni pl. *om.* **P** 17 depugna] *accedit* **H** 18 ut quid ... seruias *om.* **b** 19 facturus *Wesenb. Em. alt. p.* 110 : acturus **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.* *cfr p.* 115, 15; II 24, 3; *ep.* VIII 4, 4 (*Caelius*); IX 18, 4 21 sic ... boni *om.* **H** sic *ex* si **M**$^{2}$ 23 plane *om.* **bd** 24 est] sit *Muellerus, Wesenb. l. l., fort. recte* 25 sint *Rom.* : sunt **ΩIA**$^{2}$**c**

tiorem hunc fore, quam Cinna fuerit, nec moderatiorem quam Sulla in pecuniis locupletum. ἐμπολιτεύομαί σοι iam dudum et facerem diutius, nisi me lucerna desereret. ad summam: Dic, M. Tulli. — Adsentior Cn. Pompeio, id est T. Pomponio.

Alexim, humanissimum puerum, nisi forte, dum ego absum, adulescens factus est — id enim agere uidebatur —, saluere iubeas uelim.

## VIII

## CICERO ATTICO SAL.

Quid opus est de Dionysio tam ualde adfirmare? an 1
mihi nutus tuus non faceret fidem? suspicionem autem eo mihi maiorem tua taciturnitas attulerat, quod et tu soles conglutinare amicitias testimoniis tuis et illum aliter cum aliis de nobis locutum audiebam. sed prorsus ita esse, ut scribis, mihi persuades. itaque ego is in illum sum, quem tu me esse uis.

Diem tuum ego quoque ex epistula tua quadam, quam 2
incipiente febricula scripseras, mihi notaueram et animaduerteram posse pro re nata te non incommode ad me in

2 sulla (sylla, si-) **bmsENOPIA$^2$c***Rom.* syllam (*corr. ex* si- **M**) **MdH** *cfr ad Brut.* IX 15, 1 (= I 7, 1), *Eran.* X (*a.* 1910) *p.* 147; *Maduigius ad* II *de fin.* 3, 8 locupletum **ΔHNP***Rom.* locupletium **M***corr.***EOIA$^2$c** (*sed* -plect- **E**) *cfr Neue-Wag. 'Formenl.'* II *p.* 131 iam . . . uidebatur *u.* 7 *om.* **H** ЄΜΠΟΑЄΙΤЄΓΟΜΑΙ **M** ЄΜΠΟΛЄΙΤЄΙΟΜΑΙ **P** *adscr.* administro res ciuiles tibi **M***corr.***ds** συμπολιτεύομαι *auctore Buechelero Mus. Rhen.* XIII (*a.* 1858) *p.* 587 (= *Kl. Schr.* I *p.* 127) *plerique edd., sed cfr Headlamius apud Tyrr.-Purs. ad h. l. et ad* IV 18, 2 4 assentiar **mA$^2$c***Rom.* 5 id est T.] idem tito **P** T.] P. **ΔEO** id est T. Pomponio *om.* **N** 8 Vale *add. Rom.*

EP. VIII. 11 Quid . . . triente *p.* 118, 8 *om.* **E** 12 nutus **M$^1$mA$^2$c** *Rom.* notus **Z$^1$** nuntius **M$^3$**(*del.*)**bdsHNOPI** 13 taciturnitas tua **M$^1$** 14 testimoniis *om. et add.* **M$^1$** 15 aliis] malis (*ex* -lijs) **M$^2$***al.* malum **N** 16 itaque ego *bis* **P** ego si nihil sum **H** ego is ille sum **N** 17 me *om.* **H** 18 quoque *om.* **N** tua quadam **HNOP** quadam tua **ΔIA$^2$c***Rom., uulg.* 20 pro re nata posse te **s**

Albanum uenire III Non. Ianuarias. sed, amabo te, nihil incommodo ualetudinis feceris. quid enim est tantum in uno aut altero die?

3 Dolabellam uideo Liuiae testamento cum duobus coheredibus esse in triente sed iuberi mutare nomen. est πολιτικὸν σκέμμα, rectumne sit nobili adulescenti nomen mutare mulieris testamento. sed id φιλοσοφώτερον διευκρινήσομεν, cum sciemus, quantum quasi sit in trientis triente.

4 Quod putasti fore ut, antequam istuc uenirem, Pompeium uiderem, factum est ita; nam VI Kal. ad Lauernium consecutus est. una Formias uenimus et ab hora octaua ad uesperum secreto collocuti sumus. quod quaeris, ecquae spes pacificationis sit, quantum ex Pompei multo et accurato sermone perspexi, ne uoluntas quidem est. sic enim existimat, si ille uel dimisso exercitu consul factus sit, σύγχυσιν τῆς πολιτείας fore, atque etiam putat eum, cum audierit contra se diligenter parari, consulatum hoc anno neglecturum ac potius exercitum prouinciamque retenturum. sin autem ille fureret, uehementer hominem contemnebat et suis et rei p. copiis confidebat. quid quaeris? etsi mihi crebro ξυνὸς Ἐνυάλιος occurrebat, tamen leuabar cura

1 nihil] noui non **P** 2 quid . . . est *u.* 5 *om.* **H** 3 aut in altero **bdsN** 5 ΠΟΛЄΙΤΙΚΟΝ **M**[1]**P** *adscr.* ciuilis cura **M***corr.***ds** 6 rectumne] (*spat.*) ne **P** *accedit* **H** nomen mutare **HNP** mutare nomen **ΔΟΙΑ**[2]**c***Rom.*, *uulg.* 7 ΔΙЄΥΚΡΙΝΗϹΟΜЄΝ **MmC** ΔЄΙΝΚΡΙΝΗϹΟΜЄν **P** δισεκρινήσομεν **s** διακρινοῦμεν **A**[2]**c***Rom.* *adscr.* sapientius deliberabimus **M***corr.***ds** 9 Quod] *accedunt* **EH** (*sed* Quid **H**) 10 sexto **HNIA**[2]**c** laruernium **Mbd** 11 me consecutus **IA**[2]**c**, *plerique edd., sed cfr Ter. Heaut.* 905; *or. in M. Ant.* X 4, 8 octaua] VIII **P** uni **H** 12 secreto *om.* **N** loquuti fuimus **H** quod **ΔA**[2]**c***Rom.* quid **M***corr.***ΣI** ecqu(a)e **A**[2]**c***Rom.* et qu(a)e **ΩI** 14 intellexi perspexi **m** 15 uel *om.* **EP** 16 ϹΥΗΧΙϹΥϹΙΝ **P** ΠΟΛЄΥΤЄΛϹ (*uel* -ЄΙΤ-) **M** ΠΟΛЄΙΤЄΑϹ **P** *adscr.* confusionem rei p. **M***corr.***ds** 17 parari diligenter **IA**[2]**c** 19 sin . . . quaeris *u.* 20 *om.* **H** 21 ξυνὸς Ἐνυάλιος **C** (*duae litt. incertae*) ΝΟϹЄΝΥΔΝΟϹ **M**[1] ʒΙΝΟϹЄΝΥΑΙΟϹ **P** ὕπνος νήδυμος **M***corr.***bdmsA**[2]**c***Rom.* *adscr.* somnus dulcis **M***corr.***ds** *Hom. Il.* XVIII 309

uirum fortem et peritum et plurimum auctoritate ualentem audiens πολιτικῶς de pacis simulatae periculis disserentem. habebamus autem in manibus Antoni contionem habitam 5
x Kal. Ian., in qua erat accusatio Pompei usque a toga pura, querela de damnatis, terror armorum. in quibus ille: quid censes, aiebat, facturum esse ipsum, si in possessionem rei p. uenerit, cum haec quaestor eius infirmus et inops audeat dicere? quid multa? non modo non expetere pacem istam sed etiam timere uisus est. ex illa autem sententia relinquendae urbis mouet hominem, ut puto. mihi autem illud molestissimum, quod soluendi sunt nummi Caesari et instrumentum triumphi eo conferendum. est enim ἄμορφον ἀντιπολιτευομένου χρεωφειλέτην esse. sed haec et multa alia coram.

## IX

### ⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Cotidiene, inquis, a te accipiendae litterae sunt? — si 1
habebo, cui dem, cotidie. — at iam ipse ades. — tum igitur, cum uenero, desinam. unas uideo mihi a te non esse redditas, quas L. Quinctius, familiaris meus, cum ferret, ad bustum Basili uulneratus et despoliatus est. uidebis 2

2 *adscr.* ciuiliter **M***corr.***ds** 3 habebamus ... ille *u.* 5 *et* quid *u.* 8 ... esse *u.* 14 *om.* **H** 10 ex illa ... hoc *p.* 120, 2 *om.* **E** relinquend(a)e **NOPI** ĩrelinquende **M** ita relinquende **ms** infra relinquende **bd** ira relinquend(a)e **A**$^2$**c***Rom.* ita *uel* intra *uel* in *uel* M *uel* ī *codd. Mal.* (*ante* rel-) infamia relinquendae *Bootius*; *alii alia ex Medicei scriptura profecti* mouet *scil.* ea res *uel sim.*; *cfr* IV 8 a, 3 percussit, XV 1, 1 adfecerit, *sim.* 11 est *post* molestissimum **ΔIA**$^2$**c***Rom.*, *uulg.* *om.* **NOP** 12 et] et in **Mbd** 13 est . est **m***Rom.* ἀντιπολιτευομένου **C** ANTIΠΟΛЄΥΤЄΤΟΜЄΝΟΥ **M**$^1$ ANTIΠΟΛЄΙΤЄΤΟωЄΗΟΥ **P** ἀντιπολιτευόμενον **M***corr.***bdsmA**$^2$**c***Rom.* *adscr.* informem contra administratum in re p. aere alieno (h)onustum **M***corr.***ds**

EP. IX. *Noua ep. uulg.*; *cum superiore coni.* **ΩIA**$^2$**c***Rom.* *deest usque ad* hoc *p.* 120, 2 **E** 18 habeo **bNP** ades **M***corr.***OA**$^2$**c***Rom.* adest **ΔHNI** 21 basili **M***corr.***bdO**$^1$**P***Ant.* basilii **M**$^1$**msHNO**$^2$**IA**$^2$**c** *Rom.* spoliatus **M**$^1$ *praescripto* d' (= de) **M**$^1$, *quod del.* **M***corr.*

igitur, num quid fuerit in iis, quod me scire opus sit, et simul hoc διευκρινήσεις πρόβλημα sane πολιτικόν: cum sit necesse aut haberi Caesaris rationem illo exercitum uel per senatum uel per tribunos pl. obtinente; aut persuaderi Caesari, ut tradat prouinciam atque exercitum et ita consul fiat; aut, si id ei non persuadeatur, haberi comitia sine illius ratione illo patiente atque obtinente prouinciam; aut, si per tribunos pl. non patiatur, tamen quiescat, rem adduci ad interregnum; aut, si ob eam causam, quod ratio eius non habeatur, exercitum adducat, armis cum eo contendere, illum autem initium facere armorum aut statim, nobis minus paratis, aut tum, cum comitiis, amicis eius postulantibus, ut e lege ratio habeatur, impetratum non sit; ire autem ad arma aut hanc unam ob causam, quod ratio non habeatur, aut addita causa, si forte tribunus pl. senatum impediens aut populum incitans notatus aut senatus consulto circumscriptus aut sublatus aut expulsus sit dicensue se expulsum ad illum confugerit; suscepto autem bello aut tenenda sit urbs aut ea relicta ille commeatu et reliquis copiis intercludendus —: quod horum malorum, quorum
3 aliquod certe subeundum est, minimum putes. dices profecto persuaderi illi, ut tradat exercitum et ita consul fiat. est omnino id eius modi, ut, si ille eo descendat, contra dici nihil possit; idque eum, si non obtinet, ut ratio habeatur retinentis exercitum, non facere miror. nobis autem, ut quidam putant, nihil est timendum magis quam ille consul. — at sic malo, inquies, quam cum exercitu. — certe. sed

1 iis *uel* his *codd.* 1—2 et simul hoc **C** etsi multo hoc **ΩIA**$^2$**c** *Rom.* et simul . . . Hispania *p.* 121, 6 *om.* **H** 2 *adscr.* declarabis problema *et* ciuile **M***corr.***ds** Sane cum sit] *accedit* **E** (*sic*) 3 habere **m** *Rom.* 4 tr. pl. *hic et infra plerique codd.* persuadere *Rom.* 5 consul] cos. **mA**$^2$c*Rom.* eos **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$; *item infra u.* 26 **M**$^1$, *ubi corr.* **M**$^2$c$^S$ 6 ei *om.* **M**$^1$ 8 et *ante* tamen *add. Lambinus, sed cfr ad* VII 4, 2 12 partis **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$c$^S$ 13 imperatum **M**$^1$**NOI**, *corr.* **M**$^2$ 14 hanc *om. et add.* **M**$^1$ 16 S. C. *plerique codd.* 19 aut] ut **M**$^1$ ille a commeatu **A**$^2$**c** 20 quod **M**$^1$**ΣIc** quid **M**$^2$**bdmsA**$^2$ *Rom.* 21 tu dices **OP**

istuc ipsum sic, ⟨sci⟩o, magnum malum putat aliquis, neque ei remedium est ullum. — cedendum est, si id uolet: uide consulem illum iterum, quem uidisti consulatu priore. — at tum imbecillus plus, inquit, ualuit quam tota res publica. — quid nunc putas? et eo consule Pompeio certum est esse in Hispania. o rem miseram! si quidem id ipsum deterrimum est, quod recusari non potest et quod ille si faciat iamiam ⟨a⟩ bonis omnibus summam ineat gratiam. tollamus igitur hoc, quo illum posse adduci negant; de 4
reliquis quid est deterrimum? concedere illi, quod, ut idem dicit, impudentissime postulat. nam quid impudentius? tenuisti prouinciam per annos x, non tibi a senatu sed a te ipso per uim et per factionem datos; praeteriit tempus non legis sed libidinis tuae, fac tamen legis; ut succedatur, decernitur; impedis et ais: habe meam rationem. habe tu nostram. exercitum tu habeas diutius, quam populus iussit, inuito senatu? — depugnes oportet, nisi concedis. — cum bona quidem spe, ut ait idem, uel uincendi uel in libertate moriendi. iam si pugnandum est, quo tempore, in casu, quo consilio, in temporibus situm est. itaque te in ea

1 istud *uulg.* sic **MdΣI** sit **bmsA**$^2$**c***Rom.* scio *Sternkopfius* (*in ed. Hofm.*): o **ΩIA**$^2$**c***Rom.* *pro* sic o *coni.* dico *Ernestius*, sic *uel* sic malo *Bootius*, *alii* *cfr* VII, 11, 2 hoc ipsum uelle 2 ullum] al' stultum *in marg.* **M**$^1$, *ut uid.* (*deletum*) uolet id **IA**$^2$ 3 at] ac **Mdm NO** 4 inquit **M**$^1$**Σ** inquis **M**$^2$c$^s$**bdmsO**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.*, *alii*, *sed* inquit, *ut* putat aliquis *u.* 1, dicit *u.* 11, *de Pompeio dicitur; cfr Ed. Meyerus 'Caesars Monarchie'*$^3$ *p.* 280 *adn.* 2 6 o rem] *accedit* **H** 8 iam **IA**$^2$**c** a *uulg.*: cum **A**$^2$**c** *om.* **ΩI***Rom.* 9 tollamus ... est *u.* 20 *om.* **H** 10 quid] quod **A**$^2$**c** illi concedere **IA**$^2$**c** 12 annos decem (*uel* x) **Σ** decem (*uel* x) annos **ΔIA**$^2$**c***Rom.* 14 non legis sed libidinis tuae fac tamen legis **C** non legit **M**$^1$**EOP** non legas **N** non legitimum **M**$^2$**bdms***Rom.* legitimum **IA**$^2$**c** 15 impedisset ais **M**$^1$**bd** habes **bd** meam] in eam **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ mei **IA**$^2$**c** habe tu **c** habet tu **N** habet **M**$^1$**O**$^1$**P** habe **M**$^2$**bdmsEO**$^2$**IA**$^2$*Rom.* *cfr or. pro Rosc. com.* 11, 32 16 nostram *Wesenb. Em. alt. p.* 111: nostrum (*propter* exercitum) **ΩIA**$^2$**c***Rom.* *ante* exercitum *distinguitur in* **A**$^2$**c**, *post h. u. in* **ΩI**, *post* tu *Rom.* *cfr ep.* VIII 8, 9 (*Caelius*), XVI 12, 3; *Lebretonius 'Etudes' p.* 99 20 in] sine **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ si in **OP** itaque] *accedit* **H**

quaestione non exerceo. ad ea, quae dixi, adfer, si quid habes. equidem dies noctesque torqueor.

## X

## CICERO ATTICO SAL.

Subito consilium cepi, ut ante quam luceret exirem, ne qui conspectus fieret aut sermo, lictoribus praesertim laureatis. de reliquo neque hercule quid agam nec quid acturus sim scio; ita sum perturbatus temeritate nostri amentissimi consilii. tibi uero quid suadeam, cuius ipse consilium exspecto? Cn. noster quid consilii ceperit capiatue, nescio, adhuc in oppidis coartatus [s]et stupens. omnes, si in Italia consistat, erimus una; sin cedet, consilii res est. adhuc certe, nisi ego insanio, stulte omnia et incaute. tu, quaeso, crebro ad me scribe uel quod in buccam uenerit.

## XI

## CICERO ATTICO SAL.

1 Quaeso, quid est hoc? aut quid agitur? mihi enim tenebrae sunt. Cingulum, inquit, nos tenemus, Anconem amisimus; Labienus discessit a Caesare. utrum de impera-

2 Vale *add.* **IA$^2$c***Rom.*

EP. X *deest in* **EN** 5 liceret **H** 7 nec **bsHIA$^2$c***Rom.* ne **MdmP** neque **O** 7—8 acturus quid **IA$^2$c** 9 amentissimi **M***corr.* **A$^2$c** amantissimi **M$^1$(?)bdmsHO$^2$PI***Rom.* *om.* **O$^1$** quoius (quo ius, quo uis) *plerique codd.* 11 coartatus **bdsO$^1$P***Rom.* cohartatus **M$^1$**, *ut uid.* coarctatus **M$^2$(?)mIA$^2$c** cohortatus **M$^3$**(*del.*)**HO$^2$** et **M$^4$**(?) sed **ΔOP IA$^2$c***Rom.* (*ante h. u. interpungitur*) et . . . certe *u.* 13 *om.* **H** stupens **ΔO***Ant.***Z$^b$***Rom.* stupent **PIA$^2$c** 12 consistat] *cfr Blase Arch. Woelffl.* IX *p.* 31 consilia **M$^1$O$^1$**, *corr.* **M$^1$***al'. et* **M$^2$** 13 certe] certa **M$^1$** incerta **O$^1$** incerti **M$^2$bdmsO$^2$PIA$^2$c***Rom.* *ante* nisi *dist. plerique codd.* nisi] *accedit* **H** incaute agi iudico. tu **IA$^2$c** 14 ad me crebro **HIA$^2$c** Vale *add.* **IA$^2$c***Rom.*

EP. XI *deest in* **N**; *accedit* **E** 17 est hoc **EHOP** hoc est **ΔIA$^2$c** *Rom.* agatur **H** 18 singulum **M$^1$EH**, *corr.* **M$^2$** inquis **FP** anconam **s** 19 ab **IA$^2$c**

tore populi Romani an de Hannibale loquimur? o hominem amentem et miserum, qui ne umbram quidem umquam τοῦ καλοῦ uiderit! atque haec ait omnia facere se dignitatis causa. ubi est autem dignitas nisi ubi honestas? honestum igitur habere exercitum nullo publico consilio? occupare urbes ciuium, quo facilior sit aditus ad patriam? χρεῶν ἀποκοπάς, φυγάδων καθόδους, sescenta alia scelera moliri,

τὴν θεῶν μεγίστην ὥστ᾽ ἔχειν τυραννίδα —?

sibi habeat suam fortunam! unam mehercule tecum apricationem in illo lucratiuo tuo sole malim quam omnia istius modi regna, uel potius mori milies quam semel istius modi quicquam cogitare. quid si tu uelis? inquis. age, quis est, 2
cui uelle non liceat? sed ego hoc ipsum uelle miserius esse duco quam in crucem tolli. una res est ea miserior, adipisci, quod ita uolueris. sed haec hactenus. libenter enim in his molestiis ἐνσχολάζω † COCON.

Redeamus ad nostrum. per fortunas! quale tibi con- 3
silium Pompei uidetur? hoc quaero, quod urbem reliquerit. ego enim ἀπορῶ. tum nihil absurdius. urbem tu relinquas?

1 loquimur **ΔEFH***Ant.***CI** loquamur **P** loquuntur **A**$^2$**c***Rom.* 2 *adscr.* honestatis **M***corr.*, honesti **ds** 3 ait *om.* **H** se facere **IA**$^2$**c** 4 honestum **EO**$^1$**P** (*sic iam Lambinus*) nisi honestum **M**$^1$ num honestum **M**$^2$**bdmsO**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.* honestum . . . moliri *u.* 7 *om.* **H** 5 est igitur **OP***Rom.* occuparet **M**$^1$ 7 φυγάδων] ΦΔΓΓΛΔωΝ **M** ΦaPTaΛωΝ **P** *adscr.* aeris alieni absolutionem restitutiones exulum **M***corr.***ds** (*sed* ex. rest. **ds**) sescenta] cessent **P** 8 *adscr.* deorum maximam itaque habere tyrannidem **M***corr.***ds** (*sed* quidem *pro* itaque **s**) *Eur. Phoen.* 506 9 sibi] *accedit* **H** applicationem **M**$^1$**I**, *corr.* **M**$^2$ 10 Lucretino **A**$^2$**c***Rom.* *cfr Nipperd. Opusc. p.* 89 *sq.* solo **H** 11 milies **M**$^2$**c**$^s$**bdmsHO**$^2$**PI***Rom.* millies **EA**$^2$**c** moliens **M**$^1$ istius **Hc** illius **ΔEOPIA**$^2$**C***Rom.* 15 libenter . . . uenirent *p.* 124, 1 *om.* **H** 16 eNCXOΛaω **P** ἐνοχοδείξω **s** COCON **M**$^1$**mP** *om.* **M***corr.***bdsA**$^2$**c** (*alia manu* σώσον *add. in marg.* **M**) σοι *Victorius* τόσον *Tyrrellus* σῶς ὤν *coni. Baiterus* *del. Buechelerus Mus. Rhen.* XIII (*a.* 1858) *p.* 587 *sq.* (= *Kl. Schr.* I *p.* 128) *adscr.* studeo **M***corr.***ds** 17 redeamus **sIA**$^2$**c** *Rom.* debeamus **MbdmEOP** per] par **M**$^2$*al.* (*del.*) fortuna **M**$^1$ 18 queror **P** relinquerit **M**$^1$ 19 ἀπορῶ *om.* **s** *adscr.* dubito **M***corr.***ds** relinquis **bs**

ergo idem, si Galli uenirent? — non est, inquit, in parietibus res publica. — at in aris et focis. — fecit Themistocles. — fluctum enim totius barbariae ferre urbs una non poterat. at idem Pericles non fecit annum fere post quinquagesimum, cum praeter moenia nihil teneret; nostri olim urbe reliqua capta arcem tamen retinuerunt.

οὕτω που τῶν πρόσθεν ἐπευθόμεθα κλέα ἀνδρῶν.

4 rursus autem ex dolore municipali sermonibusque eorum, quos conuenio, uidetur hoc consilium exitum habiturum. mira hominum querela est — nescio istic, sed facies ut sciam —, sine magistratibus urbem esse, sine senatu. fugiens denique Pompeius mirabiliter homines mouet. quid quaeris? alia causa factast. nihil iam concedendum putant Caesari. haec tu mihi explica qualia sint.

5 Ego negotio praesum non turbulento. uult enim me Pompeius esse, quem tota haec Campana et maritima ora habeat ἐπίσκοπον, ad quem dilectus et negotii summa referatur. itaque uagus esse cogitabam. te puto iam uidere,

1 iidem **A**$^{2}$**c** non] *accedit* **H** 2 fecit] fecit idem **PIA**$^{2}$**c** *cfr Plut. Pomp.* 63 4 anno **M***corr.*(*sed* -um *post superscriptum*)**EOP** post] preter **P** quinquagesimo **E** 6 tamen] tum **E** 7 οὕτω **A**$^{2}$ οὕτως **c** ΟΥΤωC **Mm** ΟΡΤωC **P** ουτω (*ceteris omissis*) *Rom. totum u. om.* **bds** που **A**$^{2}$**c** ΝΟΥ **M** ΗΟV **m** ΠΟΡ **P** καὶ *Hom.* ἔμπροσθεν ἐπιθυμούμεθα (*om.* κλ. ἀ.) **A**$^{2}$, *Crat. ind. Graec.* πρόσθεν ἐπευθόμεθα κλέα ἀνδρῶν **MmPc**, 'uetus exemplar' *ind. Graec. Hom. Il.* IX 524 8 aut **M**$^{3}$**bd** municipali]-lium **M**$^{2}$c$^{S}$ 10 nescio **IA**$^{2}$**c***Rom.* nescis Ω *cfr* VI 2, 8, *Muellerus ad l.* 11 esse in senatu **M**$^{1}$**H**, *corr.* **M**$^{2}$ 13 factast] facta si **H** factas **M**$^{1}$**EOP** facta **M***corr.* **bdmsIA**$^{2}$**c***Rom.* 15 -bulento . . . cogitabam *u.* 18 *in fine paginae om.* **P**

16 campana et **MEOI** campania et **bdmsHA**$^{2}$**c***Rom.*, *uulg.* et Campana *Sternkopfius Woch. f. kl. Phil.* XVI (*a.* 1899) *p.* 486, 878, *fort. recte*

17 habeat **M***corr.***msO**$^{2}$**IA**$^{2}$**c***Rom.* habent **M**$^{1}$(*ut uid.*)**bdHO**$^{1}$(?) habeant **E** *adscr.* speculatorem **M***corr.***ds** negotii summa **MbdsEHO IA**$^{2}$**c** summa negotii **m***Rom.*, *uulg.* summa ne **M**$^{1}$ *sed* ne *del.*, negocii *adscr. in marg.* **M**$^{1}$ *signum, quo lectores ad marg. delegantur, particulae* et *superscriptum* conferatur **m***Rom.* 18 te] *accedit* **P**

quae sit ὁρμὴ Caesaris, qui populus, qui totius negotii status. ea uelim scribas ad me et quidem, quoniam mutabilia sunt, quam saepissime. acquiesco enim et scribens ad te et legens tua.

## XII

## CICERO ATTICO SAL.

Unam adhuc a te epistulam acceperam, datam xii Kal. 1
[Iun.], in qua significabatur aliam te ante dedisse, quam non acceperam. sed quaeso, ut scribas quam saepissime, non modo si quid scies aut audieris sed etiam si quid suspicabere, maximeque, quid nobis faciendum aut non faciendum putes. nam quod rogas curem, ut scias, quid Pompeius agat, ne ipsum quidem scire puto; nostrum quidem nemo. uidi Lentulum consulem Formiis x Kal., uidi 2
Libonem; plena timoris et erroris omnia. ille iter Larinum; ibi enim cohortes et Luceriae et Teani reliquaque in Apulia. inde utrum consistere uspiam uelit an mare transire, nescitur. si manet, uereor, ne exercitum firmum habere non possit; sin discedit, quo aut qua, aut quid nobis agendum sit, nescio. nam istum quidem, quoius φαλαρισμὸν times,

1 ὁρμὴ *Victorius*: hora me **M$^1$EO$^1$P** hora mei **H** (*sed* que sit hora quae sit hora mei) hora ui(a)e **M***corr.***dmsO$^2$** ora ui(a)e **bl***Rom.* ratio uiae **A$^2$c** 2 et quoniam quidem **IA$^2$** mirabilia **bs** 3 acquiesco . . . saepissime *u.* 9 *om.* **d$^1$** 4 Vale *add.* **IA$^2$c***Rom.*

EP. XII *deest in* **N** 7 epistulam a te **H** XII] ad (*i. e.* a. d.) XII **bs** Kal. (*uel* Kal. Febr.) *Corradus*: Kal. iun. (*uel* iu., iunias) **ΔP IA$^2$c***Rom.* kl'. iañ. **H** kl'. (*sequ. spat.*) **E** *cfr p.* 42, 6 8 significabant **M$^1$**, *corr.* **M$^2$** quam non acceperam *om.* **b** 10 *prius* si *om.* **E** 11 quid *om.* **E** 12 putes *Lambinus*: putas **ΩIA$^2$c***Rom.* *cfr p.* 126, 14; 129, 4 13 puto] cupio **H$^1$** 14 X. Cal. Iun. **A$^2$c** 15 erroris **MdmsEOP***codd. Mal.***IA$^2$c***Rom.* horroris **H** amoris **b** terroris *Manutius* ille . . . inde *u.* 17 *om.* **H** 16 teani **Mbd** theani **msEIA$^2$c** *Rom.* et teani *om.* **P** apuleia **M$^1$** 17 quispiam **H** an] aut **P** 19 sin inde discedit **H** 20 sit **IA$^2$c** est **Ω** *codd. Mal. Rom.* isthuc **bd** quoius (quouis) **ΔHOPI** cuius **EA$^2$c***Rom.* φιλάρισκον **s**

omnia taeterrime facturum puto. nec eum rerum prolatio nec senatus magistratuumque discessus nec aerarium clausum tardabit. sed haec, ut scribis, cito sciemus.

3 Interim uelim mihi ignoscas, quod ad te scribo tam multa totiens. acquiesco enim et tuas uolo elicere litteras maximeque consilium, quid agam aut quo me pacto geram demittamne me penitus in causam? non deterreor periculo sed dirrumpor dolore. tamne nullo consilio aut tam contra meum consilium gesta esse omnia! an cuncter et tergiuerser et iis me dem, qui tenent, qui potiuntur? αἰδέομαι Τρῶας nec solum ciuis sed etiam amici officio reuocor; etsi frangor

4 saepe misericordia puerorum. ut igitur ita perturbato, etsi te eadem sollicitant, scribe aliquid, et maxime, si Pompeius Italia cedit, quid nobis agendum putes. M'. quidem Lepidus — nam fuimus una — eum finem statuit, L. Torquatus eundem. me cum multa tum etiam lictores impediunt. nihil uidi umquam, quod minus explicari posset. itaque a te nihildum certi exquiro sed quid uideatur. denique ipsam ἀπορίαν tuam cupio cognoscere.

5 Labienum ab illo discessisse prope modum constat. si ita factum esset, ut ille Romam ueniens magistratus et senatum Romae offenderet, magno usui causae nostrae fuisset. damnasse enim sceleris hominem amicum rei p. causa

1 acerrime **P** eum **ΩC**, *plerique codd. Mal., Rom.* enim **IA**$^2$**c** probatio **M**$^3$**H** 2 senatus] senectus **M**$^1$**EHO**$^1$ magistratuum **M**$^1$, -que *add.* **M**$^2$ 3 haec *om.* **M**$^1$, *add.* **M**$^2$ 4 uelim *om.* **b** 7 demittamne *Manutius*: dimittam ne **ΩIA**$^2$**c***Rom.* 8 dirrumpor **OP** disrumpor **bsHA**$^2$**c** dirumpor **MdmE** *codd. Mal.***I** tamne **Z**$^1$ tam ne **M**$^1$**H** tam **M***corr.***bdmsEOP***codd. Mal.***IA**$^2$**c***Rom.* 9 concter **H** cunter **m** 10 et iis ... ut *u.* 12 *om.* **H** *adscr.* uereor troas **M***corr.***ds** *Hom. Il.* VI 442 13 scribito **bs** 14 M'. *Manutius*: M. **ΩIA**$^2$**c***Rom.* 16 me tamen multa tamen **I** etiam] ettam **M**$^1$ (*sed lineolis inter* t *et* t *interpositis*), *corr.* **M**$^2$**c**$^s$ et tam **H** 18 nihil **s***Rom.* 19 aΠPIaN **P** *adscr.* dubitationem **M***corr.***ds** 21 ut] et **bds** Romam ... Romae] *cfr ep.* III 3, 2; XII 14, 4 (*Lentulus*) magistratus *Wesenb. Em. p.* 25: magistratum **ΩIA**$^2$**c***Rom.* *cfr p.* 124, 11; 126, 2; 128, 3; *Corn. Nep.* II 7, 4 22 causae] scio **P**

uideretur, quod nunc quoque uidetur sed minus prodest. non enim habet, cui prosit, eumque arbitror paenitere, nisi forte id ipsum est falsum, discessisse illum. nos quidem pro certo habebamus.

Et uelim, quamquam, ut scribis, domesticis te finibus 6
tenes, formam mihi urbis exponas, ecquod Pompei desiderium, ecquae Caesaris inuidia appareat, etiam quid censeas de Terentia et Tullia, Romae eas esse an mecum an aliquo tuto loco. haec et si quid aliud ad me scribas uelim uel potius scriptites.

## XIII

### CICERO ATTICO SAL.

De Vennonianis rebus tibi assentior. Labienum ἥρωα 1
iudico. facinus iam diu nullum ciuile praeclarius, qui, ut aliud nihil, hoc tamen profecit: dedit illi dolorem. sed etiam ad summam profectum aliquid puto. amo etiam Pisonem. cuius iudicium de genero suspicor uisum iri graue. quamquam genus belli quod sit uides. ita ciuile est, ut non ex ciuium dissensione sed ex unius perditi ciuis audacia natum sit. is autem ualet exercitu, tenet multos spe et promissis, omnia omnium concupiuit. huic tradita urbs est nuda praesidio, referta copiis. quid est, quod ab eo non

2 cui] qui **P** 5 ut] ut tu **EOP** 6—7 ecquod . . . ecquae *Manutius*: et quod . . . et qu(a)e **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.* desiderium *om.* (*spat. rel.*) **bd** 7 inuidia *Victorius*: ịṇuia **M** in uia **HO**$^{1}$(*ut uid.*) iniuria **M**$^{2}$ (*superscr., del.*) **bdmsEO**$^{2}$**PIA**$^{2}$**c***Rom.* 9 tuto **EHIA**$^{2}$**c***Rom.* tuo **ΔOP** h(a)ec **M**$^{1}$**mEOP***Rom.* et h(a)ec **M**$^{3}$**bdsHIA**$^{2}$**c** uelim *om.* **M**$^{1}$, *add.* **M**$^{2}$ 10 Vale *add.* **IA**$^{2}$**c***Rom.*

EP. XIII. *Accedit* **N** 13 ΠΡωa **MmOP** Τρῶα **A**$^{2}$**c** *om.* (*spat. rel.*) **bds**(*sine spat.*)**E***Rom.* 16 perfectum **H** 18 genus **ΩZ**$^{l}$*corr.***IA**$^{2}$**c** *Rom.* totius **Z**$^{l1}$ sit **M**$^{1}$**mEOPZ**$^{l}$**IA**$^{2}$**c***Rom.* sic **s** si **N** si tu **M**$^{3}$(*del.*) **bdH** 19 dissessione **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{2}$ 20 ualet exercitu, tenet multos *Bosius*: ualet. exercitum tenet multa **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.* (*sed in* **HN** *non distinguitur*) *etiam post* tenet *dist.* **ΔHO***Rom.* 21 omnium omnia **bds** 22 referta **bP**

metuas, qui illa templa et tecta non patriam sed praedam
putet? quid autem sit acturus aut quo modo, nescio, sine
senatu, sine magistratu. ne simulare quidem poterit quic-
quam πολιτικῶς. nos autem ubi exsurgere poterimus aut
quando? quorum dux quam ἀστρατήγητος, tu quoque anim-
aduertis, cui ne Picena quidem nota fuerint; quam autem
sine consilio, res testis. ut enim alia omittam decem anno-
2 rum peccata, quae condicio non huic fugae praestitit? nec
uero nunc quid cogitet scio ac non desino per litteras
sciscitari. nihil esse timidius constat, nihil perturbatius.
itaque nec praesidium, cuius parandi causa ad urbem
retentus est, nec locum ac sedem praesidii ullam uideo.
spes omnis in duabus inuidiose retentis paene alienis legio-
nibus. nam dilectus adhuc quidem inuitorum est et a pug-
nando abhorrentium; condicionum autem amissum tempus
est. quid futurum sit, non uideo; commissum quidem a
nobis certe est siue a nostro duce, ut e portu sine guber-
naculis egressi tempestati nos traderemus.

3 Itaque de Ciceronibus nostris dubito quid agam; nam
mihi interdum amandandi uidentur in Graeciam. de Tullia

2 sine senatu **M**$^2$**bdmsEO**$^2$**PIA**$^2$**c***Rom.* ne senatus **M**$^1$**HNO**$^1$ (-tu **N**) 3 sine magistratu **ΩIA**$^2$**c***Rom.* sine magistratibus *Wesenb. Em. p.* 25, *fort. recte cfr p.* 126, 21 4 ΠΟΛΙΤΙΚΟϹ **P** *adscr.* ciuiliter *et* sine duce **M***corr.***ds** 5 tu . . . praestitit *u.* 8 *om.* **H** 6 quoi ne picena **M** *corr.* quo in epicena **M**$^1$ cui ne picena **M**$^2$**EIA**$^2$**c***Rom.* quoi (cui) ne epicen(e)a **bdmsO**$^2$ que in puteria **N** quo cui (*sequ. spat.*) **P** autem **ΩIC***Rom.* item **A**$^2$**c** 7 res testis **Z**$^{bl}$ res stet **ΔENOA**$^2$**c***Rom.* restet **P** resistet **I** 9 scio *om.* **bd** at **P** non] ne **bs** 10 esse *om.* **M**$^1$**I**, *add.* **M**$^1$ timidius **Ω**(*praet.* **m**)**IC** tardius **mA**$^2$**c***Rom.* 12 retentum **M**$^3$(*del.*)**HI** recens **P** 13 insidiose *Pius, recc. edd., sed cfr Caes. b. c.* I 4, 5 infamia duarum legionum, quas ab itinere Asiae . . . conuerterat (*sc.* Pompeius) legionibus **M**$^2$**bdmsO**$^2$**PIA**$^2$**c***Rom.* legibus **M**$^1$**EHNO**$^1$ 14 dilectus **M***corr.***mEO**$^2$ delectus **bdsPIA**$^2$**c***Rom.* dilectis **M**$^1$**HNO**$^1$ adhuc *om.* **c** inuitorum **M***corr.***msHOPIA**$^2$**c***Rom.* inuidorum **M**$^1$ *sed* d *exp.*, t *superscr.*; *post* al'. inuictorum *superscr.* **M**$^2$ (*del.*) inuitorum **M**$^2$ *uel* **M**$^3$ *in marg.* inuictorum **M**$^2$*al'*.**bdN** 16 sit] est **M**$^1$**m***Rom.*, *corr.* **M**$^3$ 17 duce] iudice **H** 20 amandandi **M**$^2$*al'*. am̄dādi **E** amendandi **HO** emandandi **m**$^2$**sPIA**$^2$**c***Rom.* demandandi **b** emendandi **M**$^1$**dm** commendandi **N**

autem et Terentia, cum mihi barbarorum aduentus ad urbem proponitur, omnia timeo; cum autem Dolabellae uenit in mentem, paulum respiro. sed uelim consideres, quid faciendum putes primum πρὸς τὸ ἀσφαλές — aliter enim mihi de illis ac de me ipso consulendum est —, deinde ad opiniones, ne reprehendamur, quod eas Romae uelimus esse in communi bonorum fuga. quin etiam tibi et Peducaeo — scripsit enim ad me — quid faciatis uidendum est; is enim splendor est uestrum, ut eadem postulentur a uobis quae ab amplissimis ciuibus. sed de hoc tu uidebis, quippe cum de me ipso ac de meis te considerare uelim.

Reliquum est, ut et quid agatur, quoad poteris, ex- 4
plores scribasque ad me, et quid ipse coniectura assequare; quod etiam a te magis exspecto. nam acta omnibus nuntiantibus a te exspecto futura. μάντις δ' ἄριστος —. loquacitati ignosces, quae et me leuat ad te quidem scribentem et elicit tuas litteras.

## XIII a

## ⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

Aenigma Oppiorum ex Velia plane non intellexi; est 1 (5)
enim numero Platonis obscurius. iam intellexi tuum aenigma;

1 ad urbem *om.* $M^1$m*Rom.*, *add.* $M^3$ 2 Dolabella $A^2$c 3 paululum **P** 4 *adscr.* ad tutum **M***corr.***ds** 5 illis] ipsis **I**$A^2$c 7 quin . . . uidendum est *om.* **H** peduceio **bdm***Rom.* 8 scripsit *Victorius*: scripsti $M^1$m scripsisti $M^2$*al'*.(*del.*)**bdsENOPI**$A^2$c*Rom.* 11 de me ipso ac de me iste $Z^1$ de ipso ac de me ista **ΩI**$A^2$c*Rom.* (*sed* isti **P**) 14 a te etiam $M^1$m*Rom.* omnibus iis nunciantibus $A^2$c 15 expeto **M**, *sed* -to *in ras.*, *ubi* -cto *uid. fuisse;* -cto *superscr.* $M^2$ *adscr.* augur optimus **M***corr.***ds** *Trag. Gr. fragm. p.* 674 *ed. Nauck* (*ex Eur.*) *cfr Cic. de diu.* II 5, 12 16 te equidem **EP**

EP. XIII a. *Nouam ep. hinc incipere monuerunt Corradus et Manutius;* § 5 *superiori adnexuit Bootius, uerba* Aenigma . . . obscurius *Schmidtius 'Briefwechsel' p.* 120; *uno tenore* **ΩI**$A^2$c*Rom.* 20 Oppiorum ex Velia *secl. Schuetzius, recc. edd.* ex uelea sane plane **P** 21 aenigma *om. in fine paginae* $M^1$, *add.* $M^2$, *secl. plerique edd.*

9 *Sjögren.*

Oppios enim de Velia saccones dicis. in eo aestuaui diu. quo aperto reliqua patebant et cum Terentiae summa congruebant.

2 (6) L. Caesarem uidi Menturnis a. d. VIII Kal. Febr. mane cum absurdissimis mandatis, non hominem sed scopas solutas, ut id ipsum mihi ille uideatur irridendi causa fecisse, qui tantis de rebus huic mandata dederit; nisi forte non dedit et hic sermone aliquo arrepto pro mandatis abusus est.

3 (7) Labienus, uir mea sententia magnus, Teanum uenit a. d. VIIII Kal.; ibi Pompeium consulesque conuenit. qui sermo fuerit et quid actum sit, scribam ad te, cum certum sciam. Pompeius a Teano Larinum uersus profectus est a. d. VIII Kalendas. eo die mansit Venafri. aliquantum animi uidetur nobis attulisse Labienus. sed ego nondum habeo, quod ad te ex his locis scribam. ista magis exspecto, quid illinc adferatur, quo pacto de Labieno ferat, quid agat Domitius in Marsis, Igu⟨u⟩i Thermus, P. Attius

1 *post* enim *uerba* numero . . . aenigma *p.* 129, 21 *repetiuit* **P**$^{1}$ saccones **ΩCZ**$^{b}$**I** Sanctones **A**$^{2}$**c** Santones *Rom.* dicis **Z**$^{b}$**A**$^{2}$**c***Rom.* dices **ΩIC** *cfr ad* V 10, 3 aestuaui *Lambinus et Turnebus* (*ex cod. Turn. teste Lambino*): estu aut **Ω***Rom.* aestu aut **IA**$^{2}$**c** die **A**$^{2}$**c***Rom.* 4 menturnis **MmH***Rom.* minturnis **bdsEIA**$^{2}$**c** in mturnis **P** miucius (*uel sim.*) **N** Febr. . . . Kal. *u.* 10 *om.* **N** 8 dedit] dederit **E** est] sit **IA**$^{2}$**c** 9 Teanum] *hic et u.* 12 tea- *uel* thea- *codd.* 10 VIII **sA**$^{2}$**c***Rom.* Cal. Febr. **IA**$^{2}$**c** ibi] *om.* **H** *accedit* **N** consulesque **bmsIA**$^{2}$**c***Rom.* cōs. que **M**$^{1}$**H**(*lin. nas. eras.* **M***corr.*) cons. que **d** ɔsul'que **E** consules quia **N** consulem quoque **P**; *item p.* 131, 11 *uariant codd.* 11 fuerit *om.* **P** 12 ab **IA**$^{2}$**c** 13 uenafri. aliquantum **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.*, *sed* -friam ali- **M**$^{1}$ (-am *induxit* **M***corr.*), *unde* Venafri. iam aliquantum *Buechelerus Mus. Rhen.* XI (*a.* 1857) *p.* 516 (= *Kl. Schr.* I *p.* 60), *recc. edd.* 14 ego] haec ego **M**$^{3}$ (haec *post eras.*) ego haec **H** 15 quod *Ernestius:* quid **ΩIA**$^{2}$**c***Rom.* *cfr ad* VII 6, 1 16 illinc **M***corr.***bdmsENOPA**$^{2}$**c***Rom.* illim **M**$^{1}$, *ut uid.* illi **H** illic **I** quo . . . Cinguli *om.* **H** 17 Marsis **IA**$^{2}$**c** maresis **ΩZ**$^{1}$ (*sed om.* **M**$^{1}$, *add.* **M**$^{2}$; -e- *expuncta in* **s**) mare *Rom.* Iguuii *Augustinus Steuchus:* igui **M**$^{1}$**EO**$^{1}$**Z**$^{1}$ igni **P** ingui **M**$^{2}$**bdmsO**$^{2}$ Tigui **N** Sisingui **A**$^{2}$**c***Rom.* Cn. **I** attius **MNO** accius **m** actius **bdsEPIA**$^{2}$**c***Rom.*

Cinguli, quae sit populi urbani uoluntas, quae tua coniectura de rebus futuris. haec uelim crebro, et quid tibi de mulieribus nostris placeat et quid acturus ipse sis, scribas. si scriberem ipse, longior epistula fuisset, sed dictaui propter lippitudinem.

## XIV

### CICERO ATTICO SAL.

A. d. vi Kal. Febr. Capuam Calibus proficiscens, cum 1
leuiter lippirem, has litteras dedi. L. Caesar mandata Caesaris detulit ad Pompeium a. d. viii Kal., cum is esset cum consulibus Teani. probata condicio est, sed ita, ut ille de iis oppidis, quae extra suam prouinciam occupauisset, praesidia deduceret. id si fecisset, responsum est ad urbem nos redituros esse et rem per senatum confecturos. spero posse in praesentia pacem nos habere; nam
et illum furoris et hunc nostrum copiarum suppaenitet. me 2
Pompeius Capuam uenire uoluit et adiuuare dilectum; in quo parum prolixe respondent Campani coloni. gladiatores Caesaris, qui Capuae sunt, de quibus ante ad te falsum ex Torquati litteris scripseram, sane commode Pompeius distribuit binos singulis patribus familiarum. scutorum in ludo CIↃ fuerunt. eruptionem facturi fuisse dicebantur. sane multum in eo rei p. prouisum est.

1 tua *etiam* **M** tua uoluntas coniectura **P** 3 scribas *om.* **Z**$^{1}$ 5 Vale *add.* **IA**$^{2}$**c***Rom.*

EP. XIV *deest in* **E** 8 ad VI . . . proficiscens *in fine superioris ep.* **P** 11 consulibus, cons., cos(s). *codd. et uett. edd.* 12 extra] contra **bds** 15 posse *Moserus, Buechelerus Mus. Rhen.* XIII (*a.* 1858) *p.* 589 (= *Kl. Schr.* I *p.* 129): esse **ΩI***Rom.* (*fort. ex u.* 14) etiam **A**$^{2}$**c** *secl. Schuetzius* 16 hunc] hunc uirum **I** 19 qui **M**$^{1}$**HOP** *om.* **M***corr.***bdmsNIA**$^{2}$**c***Rom.* de . . . est *u.* 23 *om.* **H** falsum *om.***O**$^{1}$**P** 20 A. *ante* Torquati *add.* **c** dixeram **bd** 22 CIↃ **Z**$^{b}$ M. **A**$^{2}$**c***Rom.* lↃↃ **MmO**, *alii* bis **bds** lentuli **N** *om.* **IP** bis *ante* erupt. *add.* **IA**$^{2}$**c** fuisse *om.* **A**$^{2}$**c** 23 prouisum **msNOPIA**$^{2}$**c***Rom.* profixum **Md** proflixum **b**

3 De mulieribus nostris, in quibus est tua soror, quaeso uideas, ut satis honestum nobis sit eas Romae esse, cum ceteri illa dignitate discesserint. hoc scripsi ad eas et ad te ipsum antea. uelim eas cohortere, ut exeant, praesertim cum ea prae[si]dia in ora maritima habeamus, cui ego praesum, ut in iis pro re nata non incommode possint esse. nam si quid offendimus in genero nostro — quod quidem ego praestare non debeo —, sed id fit maius, quod mulieres nostrae praeter ceteras Romae remanserunt. tu ipse cum Sexto scire uelim quid cogites de exeundo de totaque re quid existimes. equidem ad pacem hortari non desino; quae uel iniusta utilior est quam iustissimum bellum cum ciuibus. sed haec, ut fors tulerit.

## XV

### CICERO ATTICO SAL.

1 Ut ab urbe discessi, nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te litterarum darem, non quo haberem magno opere, quod scriberem, sed ut loquerer tecum absens; quo mihi, cum coram id non licet, nihil est iucundius.

2 Capuam cum uenissem a. d. vi Kal., pridie, quam has litteras dedi, consules conueni multosque nostri ordinis.

1 De] *accedit* **H** 2 ut **ΩIC***Rom.* utrum **A**$^2$**c** *cfr Muell. ad l.* 3 ceteri **MbdmHNOPI***Rom.* (*sed* -ra **P**) ceter(a)e **sA**$^2$**c**, *uulg.* *cfr u.* 9; *p.* 129, 6; *ep.* XIV 18, 1 illa **M***corr.***O**$^1$(?)**P** illi **M**$^1$**HN** ulla **M**$^2$**bdmsO**$^2$**IA**$^2$**c** *Rom.* *litterae* u *sinistra hasta erasa in* **M** 5 cum . . . praesum *om.* **P** praedia *Corradus et Manutius*: pr(a)esidia **ΩIA**$^2$**c***Rom.* *cfr ep.* XIV 18, 1 6 nata] tanta **P** 7 *sq. distinxit Lehm. Quaest. Tull. p.* 122 *coll.* I 10, 1, *ep.* XIV 5, 2, *sim.* 8 sed *om.* **sA**$^2$**c** 10 cogitas **IA**$^2$**c** 11 Equidem ad pacem **C** quidem pacem **M**$^1$**HNOP** (*sed* equi- **O**$^2$, *ut uid.*) pacem quidem **M***corr.***bdmsIA**$^2$**c***Rom.* 13 cum ciuibus **c** in ciuibus **ΩIA**$^2$*Rom.* (*sed om.* **M**$^1$, *add.* **M**$^2$) cura ut ualeas *add.* **P**, Vale **IA**$^2$**c***Rom.*
EP. XV. *Accedit* **E** 17 litterarum ad te **bds** haberem] hominem (*per comp.*) **H** 18 quod *Ernestius*: quid **ΩIA**$^2$**c***Rom.* *cfr p.* 130, 15 19 id *om.* **H***Rom.* licet **ΣF***Ant.* liceret **ΔIA**$^2$**c***Rom.* *cfr p.* 33, 2; IV 5, 2 21 dedi litteras **bds**, *plerique codd. Mal.*

omnes cupiebant Caesarem abductis praesidiis stare condicionibus iis, quas tulisset. uni Fauonio leges ab illo nobis imponi non placebat. sed is ⟨haud⟩ auditus in consilio. Cato enim ipse iam seruire quam pugnare mauult; sed tamen ait in senatu se adesse uelle, cum de condicionibus agatur, si Caesar adductus sit, ut praesidia deducat. ita, quod maxime opus est, in Siciliam ire non curat; quod metuo ne obsit, in senatu esse uult. Postum⟨i⟩us autem, de quo nominatim senatus decreuit, ut statim in Siciliam iret Fu⟨r⟩fan⟨i⟩oque succederet, negat se sine Catone iturum, et suam in senatu operam auctoritatemque quam magni aestimat. ita res ad Fannium peruenit. is cum imperio in Siciliam praemittitur. in disputationibus nostris summa 3
uarietas est. plerique negant Caesarem in condicione mansurum postulataque haec ab eo interposita esse, quo minus quod opus esset ad bellum a nobis pararetur. ego autem eum puto facturum, ut praesidia deducat. uicerit enim, si consul factus erit, et minore scelere uicerit, quam quo ingressus est. sed accipienda plaga est. sumus enim flagitiose imparati cum a militibus, tum a pecunia; quam quidem omnem, non modo priuatam, quae in urbe est, sed etiam publicam, quae in aerario est, illi reliquimus. Pompeius ad

1 omnes ... praemittitur *u.* 13 *om.* **H** 3 haud auditus *Bosius*: auditus **ΩIA$^{2}$c***Rom.* (*sed* auditus auditus **M**) *alii alia temptarunt, cfr Muell. ad l.* *de* est *omisso cfr* VII 17, 4; *ep.* X 6, 3; *de re p.* I 15, 24; *in M. Ant.* II 34, 87 8 metuo **C** metu **Ω***Rom.* metuit **IA$^{2}$c** obsit **M$^{1}$bd$^{2}$ΣIC** absit **M$^{2}$d$^{1}$msO$^{2}$A$^{2}$c***Rom.* post(h)umus **ΩIA$^{2}$c***Rom.* 9 senatus *om.* **bds** 10 Furfanioque *Schuetzius*: fufanoque (*uel* -sa-) **ΔEPIA$^{2}$c** fofanoque **N** Sufanoque *Rom.* negat] is negat **IA$^{2}$c** se *om.* **N** iturum sine Catone **IA$^{2}$** 11 quam *om.* **E**, *del. Manutius, Woelfflinus 'Lat. u. Rom. Komparation' p.* 73, *sed cfr* XIV 9, 2, *ep.* XI 13, 3 (*D. Brutus*) *post* magni *add.* rē, *ut uid.*, **M***corr.* (*eras.*) 12 (a)estimat **bIA$^{2}$c** *Rom.* extimat **MdmsN** restimat **E** retineat **P** itaque **ms***Rom.* peruenitis cum **M$^{1}$**, *corr.* **M$^{2}$** 13 permittitur **bP** in] *accedit* **H** 14 uarietas **EO$^{1}$PA$^{2}$c***Rom.* ueritas **ΔHNO$^{2}$I** condicionibus **N** 18 facturus **HN** erit] fuerit **IA$^{2}$c** minori **IA$^{2}$c** 18—19 est ingressus **IA$^{2}$c** 20 imparati **ΔOIA$^{2}$c** impati **EN** imperati **HP***Rom.* *cfr* VIII 12, 2 tum a] tum **s** tua **H**

legiones Appianas est profectus; Labienum secum habet. ego tuas opiniones de his rebus exspecto. Formias me continuo recipere cogitabam.

## XVI

## CICERO ATTICO SAL.

1 Omnes arbitror mihi tuas litteras redditas esse, sed primas praepostere, reliquas ordine, quo sunt missae per Terentiam. de mandatis Caesaris aduentuque Labieni et responsis consulum ac Pompei scripsi ad te litteris iis, quas a. d. v Kal. Capua dedi, pluraque praeterea in eandem
2 epistulam conieci. nunc has exspectationes habemus duas, unam, quid Caesar acturus sit, cum acceperit ea, quae referenda ad illum data sunt L. Caesari, alteram, quid Pompeius agat. qui quidem ad me scribit paucis diebus se firmum exercitum habiturum spemque adfert, si in Picenum agrum ipse uenerit, nos Romam redituros esse. Labienum secum habet, non dubitantem de imbecillitate Caesaris copiarum; cuius aduentu Cn. noster multo animi plus habet. nos a consulibus Capuam uenire iussi sumus ad Non. Febr.

Capua profectus sum Formias a. d. III Kal.; eo die cum Calibus tuas litteras hora fere nona accepissem, has statim
3 dedi. de Terentia et Tullia tibi adsentior. ad quas scripseram, ad te ut referrent. si nondum profectae sunt, nihil est, quod se moueant, quoad perspiciamus, quo loci sit res.

1 leges **H** Appianas *Lipsius* (*coll. Plut. Pomp.* 57): actianas **M**$^2$**bdNIA**$^2$**c***Rom.* accianas **msH** attianas **P** Acianas **M**$^1$ atianas **EO** secum **M**$^4$**PIA**$^2$**c** cum se **Ω**(*praet.* **P**)*Rom.* 3 Vale *add.* **IA**$^2$**c***Rom.*

EP. XVI. 7 quo *corr. in* que, *post* e *exp.*, o *superscr.* **M** quae **HNO**$^1$(?) 9 ac Pompei *Manutius*: ad pompeium **ΩIA**$^2$**c***Rom.* 10 Capua *uulg.*: capu(a)e **ΩIA**$^2$**c***Rom.* *cfr ad* V 8, 2 preter ea que in **P** in eadem epistola **H** 18 gneus **b** CN (Cn.) *uel* GN (Gn.) *rell. talia non semper notaui* multo animi plus] multo amplius **HN** amplius animi **P** 19 iussi sumus *ex* iussimus **M**$^1$, *ut uid.* Non.] VIIII **P** 20 *ante* Capua *signum nouae ep.* **M**$^4$ eo **ΩIA**$^2$**c** (*sed* ea **H**) eodem **C** 21 nona] .IX. **P** non **H** 24 quo **E** moueatur **H** loco **IA**$^2$**c**

## XVII

## ⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Tuae litterae mihi gratae iucundaeque sunt. de pueris in Graeciam transportandis tum cogitabam, cum fuga ex Italia quaeri uidebatur. nos enim Hispaniam peteremus; illis hoc aeque commodum non erat. tu ipse cum Sexto etiam nunc mihi uideris Romae recte esse posse; etenim minime amici Pompeio nostro esse debetis. nemo enim umquam tantum de urbanis prae[si]diis detraxit. uidesne me etiam iocari?

2 Scire iam te oportet, L. Caesar quae responsa referat a Pompeio, quas ab eodem ad Caesarem ferat litteras; scriptae enim et datae ita sunt, ut proponerentur in publico. in quo accusaui mecum ipse Pompeium, qui, cum scriptor luculentus esset, tantas res atque eas, quae in omnium manus uenturae essent, Sestio nostro scribendas dederit. itaque nihil umquam legi scriptum σηστιωδέστερον. perspici tamen ex litteris Pompei potest nihil Caesari negari omniaque et cumulate, quae postulet, dari. quae ille amentissimus fuerit nisi acceperit, praesertim cum impudentissime postulauerit. quis enim tu es, qui dicas: si in Hispaniam profectus erit, si praesidia dimiserit? tamen conceditur, minus honeste nunc quidem, uiolata iam ab illo re p. illatoque bello, quam si olim de ratione habenda impetrasset. et tamen uereor, ut his ipsis contentus sit. nam

EP. XVII. *Nouae epistulae initium hinc fecit Bosius; cum superiore coniungunt* **ΩIA$^2$c***Rom.*  4 in] tamen in **N**  7 nunc *om.* **E**  9 praediis *marg. ed:is Lamb. a.* 1584: praesidiis **ΩIA$^2$c***Rom. cfr p.* 132, 5  11 te iam **IA$^2$**  referat a *ex* referata **M$^2$**  12 quasque **IA$^2$c**  13 ita datae **IA$^2$c**  16 sextio **M$^1$sNP**, *corr.* **M$^3$**  sexto **O**  17 legi *bis* **d** *om.* **N**  *adscr.* magis sestiane **M***corr.***ds** (*sed* sebasti- **s**)  perspici . . . acerrimus *p.* 136, 3 *om.* **H**  19 et **ΔNOIA$^2$c***Rom.* *om.* **EP**  ei *Kochius Mus. Rhen.* XII (*a.* 1857) *p.* 274, *recc. edd., sed u. Comm. Tull. p.* 113  postulat **m***Rom.*  20 imprudentissime **N**  21 *cfr ep.* XVI 12, 3; *Caes. de b. c.* I 9, 5  22 tamen] a me non **M$^1$**, *corr.* **M$^2$**  23—24 re p. **M$^1$**, -s *et* -ca *add.* **M***corr.*  25 tamen] tum **P**

cum ista mandata dedisset L. Caesari, debuit esse paulo quietior, dum responsa referrentur; dicitur autem nunc esse acerrimus.

3 Trebatius quidem scribit se ab illo VIIII Kal. Febr. rogatum esse, ut scriberet ad me, ut essem ad urbem; nihil ei me gratius facere posse. haec uerbis plurimis. intellexi ex dierum ratione, ut primum de discessu nostro Caesar audisset, laborare eum coepisse, ne omnes abessemus. itaque non dubito, quin ad Pisonem, quin ad Seruium scripserit; illud admiror, non ipsum ad me scripsisse, non per Dolabellam, non per Caelium egisse. quamquam non aspernor Trebati litteras, a quo me unice diligi scio.
4 rescripsi ad Trebatium — nam ad ipsum Caesarem, qui mihi nihil scripsisset, nolui —, quam illud hoc tempore esset difficile; me tamen in praediis meis esse neque dilectum ullum neque negotium suscepisse. in quo quidem manebo, dum spes pacis erit; sin bellum geretur, non deero officio nec dignitati meae, pueros ὑπεκθέμενος in Graeciam. totam enim Italiam flagraturam bello intellego. tantum mali excitatum partim ex improbis, partim ex inuidis ciuibus. sed haec paucis diebus ex illius ad nostra responsa responsis intellegentur quorsum euasura sint. tum ad te scribam plura, si erit bellum; sin autem etiam indutiae, te ipsum, ut spero, uidebo.

2 referantur **N** autem nunc] nunc autem **M**$^1$ nunc **N** 4 Trebatius] *accedit* **H** scripsit **IA**$^2$**c** VIIII **M***corr.***ΣI** IX **A**$^2$**c** VIII **Δ***Rom.* 5 essem] irem **P** 6 pluribus **IA**$^2$**c** 9 itaque] ita **M**$^1$**m***Rom.*, *corr.* **M**$^3$ 11–12 non asperno **N** nonas per nos **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ 13 rescribi **M**$^1$**H**, *corr.* **M**$^2$ 15 presidiis **H** 17 gerent **H** 18 ὑπεκθέμενος **A**$^2$**c** ЄΠЄΚΘЄΜЄΝΟC **ΔOP***Rom.* (*sed-* ΦЄΜ- **P**) *adscr.* procul ponens **M***corr.***ds** 20 mali **M**$^3$**ΣC** malum **ΔIA**$^2$**c***Rom.* excitatum] est excitatum *Klotzius, fort. recte* (excitatum est *alii*) *sed cfr* VII 15, 2; *Eran.* XIX (*a.* 1919) *p.* 159 partim ex improbis *om.* **H** partim ex inuidis *om.* **b** 22 responsa responsis] *cfr or. in Verr.* V 59, 155 23 plura *om.* **m***Rom.* sin pax aut etiam *Schuetzius* sin aut pax aut e. *Wesenbergius* autem] aut **M***corr.*(?)**O**

Ego IIII Non. Febr., quo die has litteras dedi, in Formiano, quo Capua redieram, mulieres exspectabam. quibus quidem scripseram tuis litteris admonitus, ut Romae manerent. sed audio maiorem quendam in urbe timorem esse. Capuae Non. Febr. esse uolebam, quia consules iusserant. quicquid huc erit a Pompeio allatum, statim ad te scribam, tuasque de istis rebus litteras exspectabo. 5

## XVIII

## CICERO ATTICO SAL.

IIII Non. Febr. mulieres nostrae Formias uenerunt 1 tuaque erga se officia plena tui suauissimi studii ad me pertulerunt. eas ego, quoad sciremus, utrum turpi pace nobis an misero bello esset utendum, in Formiano esse uolui et una Cicerones. ipse cum fratre Capuam ad consules — Nonis enim adesse iussi sumus — III Non. profectus sum, cum has litteras dedi.

Responsa Pompei grata populo et probata contioni esse dicuntur. ita putaram. quae quidem ille ⟨si⟩ repudiarit, iacebit; si acceperit, —. utrum igitur, inquies, mauis? responderem, si, quem ad modum parati essemus, scirem. Cassium erat hic auditum expulsum Ancona eamque urbem 2 a nobis teneri. si bellum futurum est, negotium utile.

1 quarto **N** 2 capuam **bdEH**$^1$ 4 quendam maiorem **NP** 7 Vale *add.* **A**$^2$c

EP. XVIII *deest in* **E** *noua epistula in* **ΣIA**$^2$c *cum superiore coniungunt* **Δ***Rom., sed* Epl'a *in marg.* **M***corr.* 10 IIII **Δ***Rom.* Quarto **ΣIA**$^2$c 11—12 ad me pertulerunt **C** attulerunt **ΩIA**$^2$c*Rom.* 12 eas] res **M**$^1$**N**, *corr.* **M**$^2$ quoad *etiam* **M** turpi **NOPFZ**$^{bl}$ turpe **ΔHIA**$^2$c *Rom.* 13 misero **Σ***Ant.***Z**$^{bl}$ misere **ΔO**$^2$**IA**$^2$c*Rom.* 15 tertio (-cio) **NIA**$^2$c 16 cum ad te has **P** 18 ita putaram *om.* **M**$^1$, *add.* **M**$^2$, *ut uid.* ita . . . scirem *u.* 20 *om.* **H** ille si **PFI** si ille **A**$^2$c ille **ΔNO***Rom.* repuderit **Z**$^l$ 19 iacebit **P**, *Victorius*: tacebit **ΔNOIA**$^2$c *Rom.* igitur inquies **ΔO**$^2$**IA**$^2$c*Rom.* inquies igitur **N** inquies **O**$^1$**P** 21 ancona **M**$^1$**bdsHO** anc(h)one **M***corr.*(*eras.*)**mPA**$^2$c*Rom.* Anconem **I** *n. l.* **N**

Caesarem quidem L. Caesare cum mandatis de pace misso tamen aiunt acerrime dilectum habere, loca occupare, uincire praesidiis. o perditum latronem! ⟨o⟩ uix ullo otio compensandam hanc rei p. turpitudinem! sed stomachari desinamus, tempori pareamus, cum Pompeio in Hispaniam eamus. haec opt⟨i⟩o in malis, quoniam illius alterum consulatum a re p. ne data quidem occasione reppulimus. sed haec hactenus.

3 De Dionysio fugit me ad te antea scribere, sed ita constitui, exspectare responsa Caesaris, ut, si ad urbem rediremus, ibi nos exspectaret, sin tardius id fieret, tum eum arcesseremus. omnino quid ille facere debuerit in nostra illa fuga, quid docto homine et amico dignum fuerit, cum praesertim rogatus esset, scio, sed haec non nimis exquiro a Graecis. tu tamen uidebis, si erit, quod nolim, arcessendus, ne molesti simus inuito.

4 Q. frater laborat, ut tibi, quod debet, ab Egnatio soluat, nec Egnatio uoluntas deest nec parum locuples est, sed cum tale tempus sit, ut Q. Titinius — multum enim est nobiscum — uiaticum se neget habere idemque debitoribus suis denuntiarit, ut eodem faenore uterentur, atque hoc idem etiam L. Ligus fecisse dicatur nec hoc tempore

3 uincire **PA**$^2$**c** uinciri **ΔHOZ**$^b$*codd. Mal.***I***Rom.* uinceri **N** *cfr Muell. ad l., qui coll. or. de l. agr.* II 31, 86 Pompeios, Nuceriam suis praesidiis deuincient *h. l.* deuincire *mauult* *post.* o *unus cod. Mal.*, **Z**$^b$ (?), *uulg.*: *om.* **ΩIA**$^2$**c***Rom.* 6 optio *Gruterus*: opto **ΩIA**$^2$**c***Rom.* optima *Lipsius* alter **M**$^1$**HN**, *corr.***M**$^2$ 9 de . . . est *u.* 18 *om.* **H** 11 redierimus **P***Rom.* nos] non **Mdm**$^1$ 12 accerseremus **PA**$^2$**c** accersiremus **bds** quid **M**$^2$**bdmsIA**$^2$**c***Rom.* quod **M**$^1$**NOP** 13 illa *om.* **bds** amico **M***corr.***bsPIA**$^2$**c***Rom.* amicum **M**$^1$**dmNO** 14 esset **M**$^4$**PA**$^2$**c** essem **ΔNOIC***Rom.* scio **NO**$^1$**PF***Ant.***CZ**$^1$ *om.* **ΔO**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.* nimis **M***corr.***O**$^1$**PA**$^2$**c***Rom.* minus **ΔNO**$^2$**I** 16 accersendus **bdPA**$^2$**c** ne molesti simus inuito. Quintus frater *Victorius*: ne molestissimus inuitoque fratre **ΔNOPI** (*sed* molestimus **bd**, inuito **P**, molestissimo **I**) ne sit molestissimus inuitoque fratre. Frater **A**$^2$**c** ne sit molestissimus inuitusque. Frater *Rom.* 19 sed] *accedit* **H** 20 nobiscum est **IA**$^2$**c** 22 nec] ne **bds**

aut domi nummos Quintus habeat aut exi⟨ge⟩re ab Egnatio aut uersuram usquam facere possit, miratur te non habuisse rationem huius publicae difficultatis. ego autem, etsi illud ψευδησιόδειον — ita enim putatur — obseruo, μηδὲ δίκην, praesertim in te, a quo nihil umquam uidi temere fieri, tamen illius querela mouebar. hoc, quicquid est, te scire uolui.

## XIX

## CICERO ATTICO SAL.

Nihil habeo, quod ad te scribam, qui[n] etiam eam epistulam, quam eram elucubratus, ad te non dederim. erat enim plena spei bonae, quod et contionis uoluntatem audieram et illum condicionibus usurum putabam, praesertim suis. ecce tibi III Non. Febr. mane accepi litteras tuas, Philotimi, Furni, Curionis ad Furnium, quibus irridet L. Caesaris legationem. plane oppressi uidemur, nec quid consilii capiam scio. nec mehercule de me laboro; de pueris quid agam, non habeo. Capuam tamen proficiscebar haec scribens, quo facilius de Pompei rebus cognoscerem.

1 exigere **IA²c** exire **Ω***Rom.* 2 usuram **H** te **A²c***Rom.* et **ΩI** 4 ΨΕΓΑΗCΙΟΛΕΙΟΝ **P** ψευδεισιόδιον **M***corr.***bdms** *adscr.* mendacium *et* neque damnationem **M***corr.***ds** *cfr Paroemiogr. Gr.* II *p.* 759 *ed. Leutsch-Schneidewin* 6 illius *uulg.*: nullius **ΩI***Rom.* ne illius **A²c** in illius *Klotzius* 7 cura ut ualeas *add.* **OPIA²c**, Vale *Rom.*

EP. XIX *deest in* **E** 10 quod **bmsNIA²c***Rom.* quid **MdHOP** *cfr p.* 113, 3 qui *Lambinus, Wesenb. Em. p.* 123: quin **ΩIA²c***Rom.* (*sed* quid **N**) *cfr* II 6, 1; V 6, 1 11 dederim **M¹Σ** dedi **M²bdmsO²IA²c** *Rom.* 12 bone spei **s***Rom.* 13 putabat (*sic*) **M¹** impresertim **M¹** 14 tuis **NP** III **M¹mNO¹P** in *Rom.* IIII **M***corr.***bdsO²IA²c** Quarto **H** 15 ad Furium **IA²c** irrident **IA²c** 19 Vale *add.* **IA²c***Rom.*

## XX

## CICERO ATTICO SAL.

1 Breuiloquentem iam me tempus ipsum facit. pacem enim desperaui, bellum nostri nullum administrant. caue enim putes quicquam esse minoris his consulibus. quorum ego spe audiendi aliquid et cognoscendi nostri apparatus maximo imbri Capuam ueni prid. Non., ut eram iussus. illi autem adhuc, id est Nonis, nondum uenerant, sed erant uenturi inanes, imparati. Cn. autem Luceriae dicebatur esse et adire cohortes legionum Appianarum non firmissimarum. at illum ruere nuntiant et iam iamque adesse, non ut manum conserat — quicum enim? — sed ut fugam
2 intercludat. ego autem in Italia καὶ συναποθανεῖν — nec te id consulo —; sin extra, quid ago? ad manendum hiems, lictores, improuidi et neglegentes duces, ad fugam hortatur amicitia Cn., causa bonorum, turpitudo coniungendi cum tyranno; qui quidem incertum est Phalarimne an Pisistratum sit imitaturus. haec uelim explices et me iuues consilio, etsi te ipsum istic iam calere puto; sed tamen quantum poteris. ego si quid hic hodie noui cognoro, scies; iam enim aderunt consules ad suas Nonas. tuas cotidie litteras exspectabo; ad has autem, cum poteris, rescribes. mulieres et Cicerones in Formiano reliqui.

EP XX. *Accedit* **E** 3 me iam **mH***Rom.* ipsum *om. et add.* **M**[1] 5 his consulibus *fort. dat.*; *cfr or. in M. Ant.* II 37, 96 tibi, *ad Brut.* IX 25, 4 (= I 17, 4) Ciceroni quorum . . . aliquid (*i. e.* spe audiendi ex iis aliquid) *uarie temptata; cfr Madu. de fin.* IV 13, 32 8 adhuc id est Nonis **C** *om.* **ΩIA**[2]**c***Rom.** 9 Gneus **bP** Cn. . . . firmissimarum *u.* 10 *om.* **H** 10 Appianarum *Lipsius*: atinarum **E** itinarum **M**[1]**mOP** itinerum **M**[2]*al'*.**bdsNI** (-ris **b**) uicinarum **A**[2]**c***Rom.* *cfr p.* 134, 1 11 et iam iamque] etiam iamque **M**[1]**HO**, *corr.* **M**[2] etiam que **P** etiam et iam iam **d** etiam iam **b** 13 ego . . . tyranno *u.* 17 *om.* **H** *adscr.* et simul mori **M***corr.***ds** 14 te *om.* **M***corr.***bdE** me nondum **M**[1], *corr.* **M**[2] 15 lectores **M**[1] neglegentis **O**[1] duces **PIA**[2]**c** ducis **ΔENO***Rom.* 16 gnei **b** 17 qui] *accedit* **H** phalarim **m***Rom.* 19 iam istic **bds** cadere **H** carere **A**[2]**c***Rom.* 20 scis **M**[1]**H**, *corr.* **M**[2] sis **N** 22 rescribas **IA**[2] 23 Vale *add.* **A**[2]**c***Rom.*

# XXI

## CICERO ATTICO SAL.

De malis nostris tu prius audis quam ego; istinc 1
enim emanant. boni autem hinc quod exspectes, nihil est. ueni Capuam ad Non. Febr., ita ut iusserant consules. eo die Lentulus uenit sero. alter consul omnino non uenerat VII Idus; eo enim die ego Capua discessi et mansi Calibus. inde has litteras postridie ante lucem dedi. haec Capuae dum fui cognoui, nihil in consulibus, nullum usquam dilectum. nec enim conquisitores φαινοπροσωπεῖν audent, cum ille adsit contraque noster dux nusquam sit, nihil agat, nec nomina dant. deficit enim non uoluntas sed spes. Cn. autem noster — o rem miseram et incredibilem! — ut totus iacet! non animus est, non consilium, non copiae, non diligentia. mittam illa, fugam ab urbe turpissimam, timidissimas in oppidis contiones, ignorationem non solum aduersarii sed etiam suarum copiarum: hoc cuius modi
est? VII Id. Febr. Capuam C. Cassius tribunus pl. uenit, 2
attulit mandata ad consules, ut Romam uenirent, pecuniam de sanctiore aerario auferrent, statim exirent. urbe relicta redeant: quo praesidio? deinde exeant: quis sinat? consul ei rescripsit, ut prius ipse in Picenum. at illud totum erat

EP. XXI. 3 ego **ΩC***Rom.* nos **IA**$^{2}$**c** istinc **M**$^{2}$**bdmsEOPIA**$^{2}$**c** *Rom.* istim **N**, *Lambinus* istum **M**$^{1}$ isti **H** *cfr p.* 130, 16 4 emanant] emant **M**$^{1}$**O**$^{1}$, *corr.* **M**$^{2}$ amant **N** enuntiant **H** 5 ad *om.* **N** 7 eo . . . lucem *u.* 8 *om.* **H** calibis **M**$^{1}$ 10 enim] enim cogi **P** *in uoce* conquisitores *desinit* **N** *adscr.* apparere **M***corr.***ds** audent *om.* **E** 11 adsit contraque *Bootius*: adsit contra quem **sA**$^{2}$**c** ad se contra quem **Ω**(*praet.* **s**)**I***Rom.* 15 mitto **A**$^{2}$**c***Rom.* illam **PA**$^{2}$**c***Rom.* 17 eiusmodi **P** huiusmodi **H** 20 auferrent **msPA**$^{2}$**c** *Rom.* auferent **I** afferrent **MbdEH** *post* exirent *distinxit* **Md***Rom.*, *post* relicta **msEHPA**$^{2}$**c**, *post* redeant *demum* **bOI** 21 sinat? consul ei rescripsit **PIA**$^{2}$**c**(*sed* cos. **A**$^{2}$**c**; *sine dist.* **P**) sinat consulere. scripsit **Mbd mEHO** (*sine dist.* **EO**) sinat? consulem scripsit **s** sinat consulem? scripsit *Rom.* 22 ipse] et ipse **P** *om.* **H**

amissum; sciebat nemo praeter me ex litteris Dolabellae. mihi dubium non erat, quin ille iam iamque foret in Apulia, Cn. noster in naui.

3 Ego quid agam, σκέμμα magnum, neque mehercule mihi quidem ullum, nisi omnia essent acta turpissime, neque ego ullius consilii particeps; sed tamen, quod me deceat. ipse me Caesar ad pacem hortatur; sed antiquiores litterae, quam ruere coepit. Dolabella, Caelius me illi ualde satis facere. mira me ἀπορία torquet. iuua me consilio, si potes, et tamen ista, quantum potes, prouide. nihil habeo tanta rerum perturbatione, quod scribam. tuas litteras exspecto.

## XXII

## CICERO ATTICO SAL.

1 Pedem in Italia uideo esse nullum, qui non in istius potestate sit. de Pompeio scio nihil eumque, nisi in nauim se contulerit, exceptum iri puto. o celeritatem incredibilem! huius autem nostri — sed non possum sine dolore accusare eum, de quo angor et crucior. tu caedem non sine causa times, non quo minus quicquam Caesari expediat ad diuturnitatem uictoriae et dominationis, sed uideo, quorum
2 arbitrio sit acturus. † recte sit censeo cedendum de oppidis. egeo consilii. quod optimum factu uidebitur, facies. cum Philotimo loquere, atque adeo Terentiam habebis

3 noster ergo in **P** 4 ϵΚϵΜΜa **MP** ϵΚϵaaΜa **m** σκεψις *Rom.* *om.* (*spat. rel.*) **bds** *distinxi cum Pursero* (*sic* **M**) agam? **A**²c*Rom.* *uulg.* 5 esse acta **A**²c*Rom.* 8 illius **bds** 8–9 satisfacere. mira] satisfacerem ira **M**¹, *corr.***M**² satisfacere in me ira **H** satisfacerem mira **bd** 9 *adscr.* dubitatio **M***corr.***ds** 11 Vale *add.* **IA**²c*Rom.*

EP. XXII *deest in* **E** 14 esse nullum **HOP** nullum esse **ΔIA**²c *Rom.*, *uulg.* 15 in *om.* **M**¹**m**¹**H**¹, *add. man. prim., ut uid.* nauem *alii* 21 acturus . recte sit censeo cedendum de oppidis iis . egeo consilii **ΔHOPIA**²c*Rom.*, *sed* sic (*pro* sit) **PA**²c*Rom.*, iis *om.* **HO**¹**P**, consilio **P** *Ant.* *uaria temptarunt; cfr Muell. ad l.* 22 factu *om.* **H** uibitur **M**¹, *corr.* **M**²c^s

Idibus. ego quid agam? qua aut terra aut mari persequar eum, qui ubi sit nescio? etsi terra quidem qui possum? mari quo? tradam igitur isti me? fac posse tuto — multi enim hortantur —, num etiam honeste? nullo modo. ⟨e⟩quidem a te petam consilium, ut soleo. explicari res non potest; sed tamen, si quid in mentem uenit, uelim scribas, et ipse quid sis acturus.

## XXIII

## CICERO ATTICO SAL.

v Id. Febr. uesperi a Philotimo litteras accepi Domi- I
tium exercitum firmum habere, cohortes ex Piceno Lentulo et Thermo ducentibus cum Domiti exercitu coniunctas esse, Caesarem intercludi posse eumque id timere, bonorum animos recreatos Romae, improbos quasi perculsos. haec metuo equidem ne sint somnia, sed tamen M'. Lepidum, L. Torquatum, C. Cassium tr. pl. — hi enim sunt nobiscum, id est in Formiano, — Philotimi litterae ad uitam reuocauerunt. ego autem illa metuo ne ueriora sint, nos omnes paene iam captos esse, Pompeium Italia cedere,

2 *post.* qui] qua **H** 3 *post* quo *dist.* **ms**, *ante* igitur **MbdHPIA**$^2$**c** *Rom.* tradam] tendam **m**$^1$ traiiciam **A**$^2$**c***Rom.* istic **PIA**$^2$**c** fac me **P** 4 etiam **msZ**$^b$**A**$^2$**c***Rom.* et tam **MbdHP** et iam **I** equidem *Buechelerus Mus. Rhen.* XIII (*a.* 1858) *p.* 591 (= *Kl. Schr.* I *p.* 130): quidem **ΔHPIA**$^2$**c***Rom.* quid? **Z**$^b$ *post* quidem *dist.* **Mms** *cfr Lehmannus Quaest. Tull. p.* 34 *sq.* 6 uenerit *Wesenb. Em. alt. p.* 112 rescribas **H** 7 et tu ipse **P** acturus] *hic desinit fol.* 116 *r.* **H** *subscr.* Marci Tullij Ciceronis Epistolarum liber ad Atticum Explicit *sequitur fol.* 116 *u. Caesaris ep. ad Cic. quae est ad Att.* X 8 B Vale *add.* **IA**$^2$**c***Rom.*

EP. XXIII. *Accedit* **E** 10 v] Quinto **bOPIA**$^2$**c** Quinta *Rom.* uesperi a **c** uesperi e **M***corr.***bdsEOPIA**$^2$ uesperis e **m***Rom.* uesperis **M**$^1$ (*sed* -ș *expuncta, e adscripta*) 15 insomnia **A**$^2$**c**, *corr.* **C** M'. *Manutius*: M. **ΔEOPIA**$^2$**c***Rom.* 16 L.] uel **d** tribunum pl. *uulg.* hi] ii **A**$^2$**c***Rom.* 18 reuocarunt **sIA**$^2$**c** 19 plane *Wesenb. l. l.* (*coll. p.* 144, 5; IX 6, 2)

quem quidem — o rem acerbam! — persequi Caesar dicitur. persequi Caesar Pompeium? quid? ut interficiat? o me miserum! et non omnes nostra corpora opponimus? in quo tu quoque ingemiscis. sed quid faciamus? uicti, oppressi, capti plane sumus.

2 Ego tamen Philotimi litteris lectis mutaui consilium de mulieribus. quas, ut scripseram ad te, Romam remittebam; sed mihi uenit in mentem multum fore sermonem me iudicium iam de causa publica fecisse; qua desperata quasi hunc gradum mei reditus esse, quod mulieres reuertissent. de me autem ipse tibi adsentior, ne me dem incertae et periculosae fugae, cum rei p. nihil prosim, nihil Pompeio, pro quo emori cum pie possum, tum lubenter. manebo igitur, etsi uiuere —.

3 Quod quaeris, hic quid agatur, tota Capua et omnis hic dilectus iacet. desperata res est, in fuga omnes sunt, nisi quid eius modi fuerit, ut Pompeius istas Domiti copias cum suis coniungat. sed uidebamur omnia biduo triduoue scituri. [L.] Caesaris litterarum exemplum tibi misi; rogaras enim. cui nos ualde satis facere multi ad me scripserunt. quod patior facile, dum, ut adhuc, nihil faciam turpiter.

1 prosequi (*sed* 2 per-) **P** 4 faciam **bs** oppressi *om.* **M**$^{1}$, *add.* **M**$^{2}$ 9 de causa] dicta **P** 11 ipso *Manutius, uulg.* *cfr ep.* I, 1, 1 *al., Lebretonius 'Études' p.* 146 *sq.* 12 nihil (*ante* prosim)] nisi **bd** 13 cum] tum **IA**$^{2}$**c** possim **M**$^{1}$ 14 uiuere] uiuere non liceat. **IA**$^{2}$**c** triste sit uiuere. *Rom.* *aposiopesin* (*sc.* taedet *uel sim.*) *constituerunt uett. edd., Victorius, alii* 17 nisi quid eiusmodi fuerit **EP A**$^{2}$**c** nisi quid eius fuerit **ΔOI***Rom.* nisi qui deus iuuerit (*coll. ep.* XVI 12, 1 *ubi* quideus *ex* quideius **M**) *Tyrrellus, fort. recte* *cfr ep.* XVI 27, 2 (*Q. Cicero*) 18 triduo ut **P** 19 L. *secl. uulg.* 20 ualde facere satisfacere **P** *cfr* V 3, 3 21 Cura ut ualeas *add.* **P**, Vale **IA**$^{2}$**c***Rom.*

## XXIV

### CICERO ATTICO SAL.

Philotimi litterae me quidem non nimis sed eos, qui in his locis erant, admodum delectarunt. ecce postridie Cassio litterae Capua a Lucretio, familiari eius, Nigidium a Domitio Capuam uenisse; eum dicere Vibullium cum paucis militibus e Piceno currere ad Cn., confestim insequi Caesarem, Domitium non habere militum VI m⟨ilia⟩. idem scripsit Capua consules discessisse. non dubito, quin Cn. in fuga sit; modo effugiat. ego a consilio fugiendi, ut tu censes, absum.

## XXV

### CICERO ATTICO SAL.

Cum dedissem ad te litteras tristes et metuo ne ueras de Lucreti ad Cassium litteris Capua missis, Cephalio uenit a uobis. attulit etiam a te litteras hilariores nec tamen firmas, ut soles. omnia facilius credere possum, quam quod scribitis, Pompeium exercitum habere. nemo huc ita adfert

EP. XXIV *deest in* **E** 3 philotimei **M**[1]**m** (-tum- **m**) -ẹị *super-scripta* -i, *post erasa* **M***corr.* 5 Cassio **Z**[b] cassi(i) **ΔOPIA**[2]**c***Rom.*, *plerique edd.* *cfr Bootius ad l.*; *infra u.* 15 6 uibuịllum **M** uibullum **bd** 7 militibus *ex* mulieribus **M**[1], *ut uid.* militibus **M**[3] (*desinit* **M**[3], *cfr Comm. Tull. p.* 52) miliribus **d** sequi **M**[1], *corr.* **M**[2] 8 VI *M. Holzapfelius Klio* IV (*a.* 1904) *p.* 359: uim **ΔO**[2]**IA**[2]**c***Rom.* III **O**[1]**P** III milia *uulg.* *cfr* VIII 11 A; 12 A, 1 9 capua a lucretio familiari eius nigidium a domicio consules (*ex u.* 5) **M**[1] consules Capua **IA**[2]**c** 10 effugato **P** ego a *Klotzius*: a **M***corr.***bdmsO**[2]**IA**[2]**c***Rom.* e **M**[1]**O**[1](?) Ego **C** (Ego cons. *sic in marg. ed:is Crat.*) *om.* **P** tu *om.* **bds** 11 Vale *add.* **A**[2]**c***Rom.*

EP. XXV *deest in* **E** 14 metuo ne ueras] *cfr Krollius Glotta* X (*a.* 1920) *p.* 104 15 litteris *etiam post* de **M**[1] capua **OPc** capuam **ΔIA**[2]*Rom.* 16 a uobis **ΔC***Rom.* a nobis **O**(?)**P** ad nos **IA**[2]**c** 18 scribatis **bds** exercitum f̣ịṛṃụṃ habere **m** *cfr p.* 143, 11

10 *Sjögren.*

omniaque, quae nolim. o rem miseram! malas causas semper obtinuit, in optima concidit. quid dicam nisi illud eum scisse — neque enim erat difficile —, hoc nescisse? erat enim ars difficilis recte rem p. regere. sed iam iamque omnia sciemus et scribemus ad te statim.

## XXVI

## CICERO ATTICO SAL.

1 Non uenit idem usu mihi, quod tu tibi scribis: quotiens exorior. ego enim nunc paulum exorior, et maxime quidem iis litteris, quae Roma adferuntur de Domitio, de Picentium cohortibus. omnia erant facta hoc biduo laetiora. itaque fuga, quae parabatur, repressa est; Caesaris interdicta,

si te secundo lumine hic offendero,

respuuntur; bona de Domitio, praeclara de Afranio fama est.

2 Quod me amicissime admones, ut me integrum, quoad possim, seruem, gratum est; quod addis, ne propensior ad turpem causam uidear, certe uideri possum. ego me ducem in ciuili bello, quoad de pace ageretur, n⟨eg⟩aui esse, non quin rectum esset, sed quia, quod multo rectius fuit, id

1 o **O**$^1$**P***Ant.* *om.* **ΔO**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.* *cfr Lehmannus De Cic:is ad Att. epp. p.* 204 3 scisse **M**$^1$**OPI** nescisse **M**$^2$**c**$^S$(*del.*)**bdmsA**$^2$**c***Rom.* nescisse hoc **bds** 4 regere] rege **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$**c**$^S$ gerere **P** 5 statim] festinanter **P** Vale *add.* **A**$^2$**c**

EP. XXVI. *Nouam ep. faciunt* **EOPIA**$^2$**c**, *superiori continuant* **Δ***Rom.* 8 *uerba* Non . . . iis *u.* 10 *desunt in* **E** Non] Nunc **A**$^2$**c***Rom.* usu] iussu **O**$^1$**P** 11 picentium **MbdOPIC** picentum **m***Rom.* picenum **sA**$^2$**c** 12 c(a)esar **M**$^1$**m**, *corr.* **M**$^2$**c**$^S$ edicta **s** 14 *Enn. scaen.* 264 *Vahl.*, *Trag. Rom. fr. p.* 53 *Ribb.*$^3$ 15 respuentur **IA**$^2$**c** affranio **MmP** a(f)fricano **bd** 16 *post.* me] mihi (*coll. ep.* I 9, 10, VIII 6, 5) *Reidius* 18 uideri **A**$^2$**c***Rom.* uidere **ΔEOPI** *cfr ad* VII 3, 11 non possum **A**$^2$**c***Rom.* 19 in *om.* **EP** negaui *Victorius*: naui **Δ** **O**$^2$(?)**I** nam **O**$^1$(?)**P** nolui **A**$^2$**c***Rom.* negaui . . . officio *p.* 147, 8 *om.* **E** esse non posset quin **OP** 20 sed *om.* **O**$^1$**P**

mihi fraudem tulit. plane eum, cui noster alterum consulatum deferret et triumphum — at quibus uerbis! pro tuis rebus gestis amplissimis —, inimicum habere nolueram. ego scio et quem metuam et quam ob rem. sin erit bellum, ut uideo fore, partes meae non desiderabuntur.

De HS $\overline{xx}$ Terentia tibi rescripsit. Dionysio, dum 3
existimabam uagos nos fore, nolui molestus esse; tibi autem crebro ad me scribenti de eius officio nihil rescripsi, quod diem ex die exspectabam, ut statuerem, quid esset faciendum. nunc, ut uideo, pueri certe in Formiano uidentur hiematuri. et ego? nescio. si enim erit bellum, cum Pompeio esse constitui. quod habebo certi, faciam ut scias. ego bellum foedissimum futurum puto, nisi qui, ut tu sc⟨rib⟩is, Parthicus casus exstiterit.

1 cui **C** quin **ΔOI***Rom.* (*de* **O**$^1$ *non liquet*) cum (quum) **PA**$^2$**c** alterum consulatum **ΔOPIC** de altero consulatu **A**$^2$**c** altero consulatu *Rom.* 2 deferret *uulg*: de ea referret **ΔOPI** (*sed* re ferret **ms**) de eo referret *Rom.* referret **A**$^2$**c** at **A**$^2$**c***Rom.* a **ΔOPI** pro tuis rebus *Lambinus* (*coll.* VIII 9, 2): ut prorsus **ΔOP** et prorsus *Rom.* prorsus **IA**$^2$**c** 3 habere *om.* **bd** 5 parte **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$**c**$^s$ 6 de HS $\overline{xx}$ *Manutius*: de sextertiis (sest-) uiginti milibus **ΔOP***Rom.* (*sed* XX **ms**) de HS. XX millibus **A**$^2$**c** de sextertiis milibus **I** 8 scribenti **sPIA**$^2$**c***Rom.* scienti **MbdmO** *cfr u.* 13 nihil] *accedit* **E**, *sed* 10 nunc . . . nescio *om.* **E** 10 certe *etiam* **M** 11 et ego? nescio *Orellius*: et ego nescio **ΔOPI** num et ego, nescio **A**$^2$**c***Rom.* si] sin **ds** sed **P** 12 quod **A**$^2$**c** quid **ΔOPI** si quid *Rom.* habeo **P** faciam ut scias **sA**$^2$**c** sciam ut sciebam **MmOP** sciam **bd** ut scias scribam *Rom.* 13 futurum *om.* **M**$^1$, *add.* **M**$^2$ qui] quod **M**$^1$**I**, *corr.* **M**$^2$ ut *om.* **O**$^2$**I** tu *om.* **O**$^1$**P** scribis *Orellius*: scis **ΔOPIA**$^2$**c***Rom.* *cfr u.* 8; *p.* 161, 12 14 partheciis **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ Vale *add.* **A**$^2$**c***Rom.*

# LIBER OCTAVVS

## I

## CICERO ATTICO SAL.

1 Cum ad te litteras dedissem, redditae mihi litterae sunt a Pompeio. cetera de rebus in Piceno gestis, quae ad se Vibullius scripsisset, de dilectu Domiti, quae sunt uobis nota, nec tamen ⟨tam⟩ laeta erant in iis litteris, quam ad me Philotimus ⟨scrips⟩erat. ipsam tibi epistulam misissem, sed iam subito fratris puer proficiscebatur. cras igitur mittam. sed in ea Pompei epistula erat in extremo ipsius

Marci Tullii Ciceronis Epistolarum ad Atticum liber explicit septimus. Incipit liber octauus (*mixtis litteris maiusc. et minusc.*) **M** M · TVLLII · CICERONIS · EPISTOLARVM · AD · ATTICUM · LIBER · VII · EXPLICIT · INCIPIT · LIBER · OCTAVVS · FELICITER **m** M. TVLLII. CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER. VII. FINIT. VIII. INCIPIT **b** M · T · C · EPISTOLARVM AD ATHICVM LIBER OCTAVVS INCIPIT LEGE FELICITER **ds** (*sed* Ciceronis *et* Atti- s, lege *om.* s) Explicit lib'. vıȷ'. Incipit vıııȷ' **E** M · TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM LIBER · VII · EXPLICIT INCIPIT LIBER VIII **O** M · T · CI · AD AT · EPISTVLARVM LIBER SEPTIMVS EXPLICIT · INCIPIT OCTAVVS **P** M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM LIBER OCTAVVS **A**$^{2}$**c** (*sed* MARCI **c**, T. **A**$^{2}$) M. Tul. Ciceronis Epistolarū ad T. Pomponium Atticum Liber Octauus *Rom.* *om.* **I** *desunt* **HN**

EP. I. 4 Cum . . . mittam *u.* 10 *om.* **E** 6 ad te **A**$^{2}$**c** Vibullius] uibi (*uel* iubi) illius **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{2}$ Iubulius *Rom.* 7 nobis **bdsPI** tamen tam *Bosius*: tamen **ΔOPIA**$^{2}$**c***Rom.* tam **M***corr.* quam **MbdmO** quas **sPIA**$^{2}$**c***Rom.* quam quae *Orellius sed cfr Muelleri adn. ad* I 16, 11; VIII 3, 7 *ex.* 8 scripserat **M**$^{4}$**sA**$^{2}$**c***Rom.*, *uulg.* miserat **P** erat **M**$^{1}$**bdmO** Heri **I** 9 sed iam **sPA**$^{2}$**c***Rom.* miser iam **M**$^{1}$**bdm** miseriam **O** nisi tam **M**$^{4}$ nisi quod iam **I** 10 sed] *accedit* **E** *cfr* VIII 11 A erit **bm**$^{1}$**s**

manu: Tu censeo Luceriam uenias; nusquam eris tutius. id ego in eam partem accepi, haec oppida atque oram maritimam illum pro relicto habere, nec sum miratus eum, qui caput ipsum reliquisset, reliquis membris non parcere. ei statim rescripsi hominemque certum misi de 2
comitibus meis, non quaerere, ubi tutissimo essem; si me uellet sua aut rei p. causa Luceriam uenire, statim esse uenturum; hortatusque sum, ut oram maritimam retineret, si rem frumentariam sibi ex prouinciis suppeditari uellet. hoc me frustra scribere uidebam; sed uti in urbe retinenda tunc, sic nunc in Italia non relinquenda testificabar sententiam meam. sic enim parari uideo, ut Luceriam omnes copiae contrahantur et ne is quidem locus ⟨sit⟩ stabilis sed ex eo ipso, si urgeamur, paretur fuga.

Quo minus mirere, si inuitus in eam causam descendo, 3
in qua neque pacis neque uictoriae ratio quaesita sit umquam sed semper flagitiosae et calamitosae fugae. eundum, ut, quemcumque fors tulerit casum, subeam potius cum iis, qui dicuntur esse boni, quam uidear a bonis dissentire. etsi prope diem uideo bonorum, id est lautorum et locupletum, urbem refertam fore, municipiis uero his relictis refertissimam. quo ego in numero essem, si hos lictores molestis-

2 atque] ad que **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{2}$c$^{s}$  3 relicto **M**$^{1}$**O**$^{1}$**Z**$^{b}$  derelicto **M**$^{2}$ **bdmsEO**$^{2}$**PIA**$^{2}$**c**, *uulg.*  delicto *Rom.*  *cfr infra* 7, 2; 11, 2  5 parceret **M**$^{1}$**d**  6 non **ΔEOPI**  non me **A**$^{2}$c*Rom.*  me non *alii*  *Charis. Gr. L.* I *p.* 192, 23 *et* 217, 12 *K.* Cicero tamen ad Atticum libro VIII: ubi tutissimo, inquit, essent  tutissimo **C**  tupissimo **Z**$^{1}$  tu pessimo **M**$^{1}$  tutissime **M**$^{2}$**bdmsEOPIA**$^{2}$c*Rom.*  10 haec **IA**$^{2}$**c**  uidebam] uolebam **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{2}$  11 sic] sis **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{2}$c$^{s}$  in *om.* **M**$^{1}$, *add.* **M**$^{2}$  12 sic] si **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{2}$  13 ne] non **P**  sit *add. Muellerus* (*post* stabilis *Ernestius*): *om.* **ΔEPIA**$^{2}$c*Rom.*  *cfr Muell. ad l.*  14 ipso **ΔEPIC** ipsi **A**$^{2}$c*Rom.*  15 mirere si **M**$^{2}$**bdmsEO**$^{2}$**IA**$^{2}$c*Rom.*  mireris si **O**$^{1}$**P** mire res et **M**$^{1}$  mirere sed **M**$^{2}$c$^{s}$; *post* sed *induxit*, si *adscr.* **M**$^{2}$ si] si et **bds**  16 neque uictoriae neque pacis **m***Rom.*  sit *om.* **M**$^{1}$, *add.* **M**$^{2}$  17 sed] si **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{2}$  eundem **M**$^{1}$**bs**, *corr.* **M**$^{2}$  18 subeam] *hinc alia manus* **E**  19 a bonis **EO**$^{1}$**PIA**$^{2}$**c**  ab omnibus **ΔO**$^{2}$*Rom.*  20 locupletium **E**

simos non haberem, nec me M'. Lepidi, L. Volcaci, Ser. Sulpici comitum paeniteret, quorum nemo nec stultior est quam L. Domitius nec inconstantior quam Ap. Claudius.
4 unus Pompeius me mouet beneficio, non auctoritate. quam enim ille habeat auctoritatem in hac causa? qui, cum omnes Caesarem metuebamus, ipse eum diligebat, postquam ipse metuere coepit, putat omnes hostes illi esse oportere. ibimus tamen Luceriam. nec eum fortasse delectabit noster aduentus; dissimulare enim non potero mihi, quae adhuc acta sint, displicere.

Ego si somnum capere possem, tam longis te epistulis non obtunderem. tu, si tibi eadem causa est, me remunerere sane uelim.

## II

### ⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 Mihi uero omnia grata, et quod scripsisti ad me, quae audieras, et quod non credi⟨di⟩sti, quae digna diligentia mea non erant, et quod monuisti, quod sentiebas. ego ad Caesarem unas Capua litteras dedi, quibus ad ea rescripsi, quae mecum ille de gladiatoribus suis egerat, breues, sed beneuolentiam significantes, non modo sine contumelia sed

1 me M'. Lepidi L. *Manutius*: mea ulepidi luce (*sic*) **M**$^1$ me an lepidi lucei **EP** me auli lepidi luc(c)ei(i) **M**$^2$**dmsI***Rom.* me A. lepidi L. **b** me A. Lepidi, Luceij **A**$^2$**c** 2 Sulpici comitum] sulpicio me cum **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ nec *om.* **ms***Rom.* 3 Domitius] do. **MdEPI** Ap. Claudius] applaudius **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ 5 in *om.* **M**$^1$, *add.* **M**$^2$ 6 postquam uero ipse **IA**$^2$**c** ipse] per se **bd** 7 esse oportere **EOP** oportere esse **ΔIA**$^2$**c***Rom.* 8 Nuceriam **M**$^1$**E** miceriam **P** 9 quae] ea **M**$^1$, que *superscr.* **M**$^2$**c**$^8$ que et **P** 10 sunt **mEA**$^2$**c***Rom.* dispisere **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ 13 Cura ut ualeas *add.* **P**, Vale **A**$^2$**c***Rom.*

EP. II *deest in* **E**; *in* **bdO**$^1$ *cum superiore cohaeret; inscr. om.* **M** 17 credidisti **s***corr.* credis te **ΔO** credis ea **PIA**$^2$**c** credidisti ea *Rom.* digna] digna a **MmO** digna et **bd** 18 essent **IA**$^2$**c** 19 unus **M**$^1$**P**, *corr.* **M**$^2$**c**$^8$ 20 breuis *plerique codd.*

etiam ⟨cum⟩ huius maxima laude Pompei. id enim illa
sententia postulabat, qua illum ad concordiam hortabar.
eas si quo ille misit, in publico proponat uelim. alteras
eodem die dedi, quo has ad te. non potui non dare, cum
et ipse ad me scripsisset et Balbus. earum exemplum ad te
misi. nihil arbitror fore, quod reprehendas. si qua erunt, 2
doce me, quo modo μέμψιν effugere possim. nihil, inquies,
omnino scripseris. qui magis effugias eos, qui uolent fin-
gere? uerum tamen ita faciam, quoad fieri poterit. nam
quod me hortaris ad memoriam factorum, dictorum, scrip-
torum etiam meorum, facis amice tu quidem mihique
gratissimum, sed mihi uideris aliud tu honestum meque
dignum in hac causa iudicare, atque ego existimem. mihi
enim nihil ulla in gente umquam ab ullo auctore rei p.
ac duce turpius factum esse uidetur, quam a nostro amico
factum est. Quoius ego uicem doleo; qui urbem reliquit,
id est patriam, pro qua et in qua mori praeclarum fuit.
ignorare mihi uideris, haec quanta sit clades. es enim 3
etiam nunc domi tuae, sed inuitis perditissimis hominibus
esse diutius non potes. hoc miserius, hoc turpius quicquam?
uagamur egentes cum coniugibus et liberis; in unius homi-
nis quotannis periculose aegrotantis anima positas omnes

1 cum **A**$^2$c*Rom.* *om.* **ΔOPI** *cfr* I 16, 1; V 17, 6; VI 1, 2; 3, 6; XII 40, 1; *ep.* III 8, 2 huius **ΔOPI** *om.* **A**$^2$c*Rom.* Pompei *secl. Ernestius; cfr ad* VII 1, 2 cum maxima laude Pompei *cum* **A**$^2$c*Rom. recc. edd., fort. recte* id enim *Manutius*: idem in **M**$^1$**P** idem enim **M**$^2$**bdmsIA**$^2$c*Rom.* 4 non dare **ΔO**$^1$(?)**A**$^2$c*Rom.* dare **P** mandare **M**$^2$**m**$^2$**O**$^2$**I** 7 modo *om.* **s** μέμψιν *I. Fr. Gronovius*: esse **M**$^1$**O**$^1$(?)**Z**$^b$ enim **M**$^2$**msO**$^2$**IA**$^2$c*Rom.* ego **bd** eē *aut* ēt *aut* enim *codd. Mal.* *om.* **P** *cfr* XIII 13, 2, *Lehmannus Quaest. Tull. p.* 133 possim **d***Ant.* possum **MbmsOPIA**$^2$c*Rom.* 8 qui **C** quo **ΔPIA**$^2$c*Rom.* uelint **bds** 12 meque *corr. ex* neque **M**$^2$ 13 atque] et que **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$c$^S$ et quod **P** existimo *Wesenbergius sed cfr ep.* IV 14, 4; VI 10, 6, *al.* 15 ac duce turpius *ex* adducetur pius *corr.* **M**$^2$ esse uidetur factum **IA**$^2$c 16 quoius **M**$^1$**ms** *codd. Mal.* quouis **d** cuius **M**$^4$**bPIA**$^2$c*Rom.* 19 domitii esse sed inuites **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ 20 potest **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$

nostras spes habemus, ⟨non⟩ expulsi sed euocati ex patria; quam non seruandam ad reditum nostrum sed diripiendam et inflammandam reliquimus. ita multi nobiscum sunt, non in suburbanis, non in hortis, non in ipsa ⟨urbe⟩, et si nunc sunt, non erunt. nos interea ne Capuae quidem sed Luceriae, et oram quidem maritimam iam relinquemus; Afranium exspectabimus ⟨et⟩ Petreium. nam in Labieno parum est dignitatis. hic tu in me * illud desideras. nihil de me dico; alii uiderint. hic quidem quae est *? domi uestrae estis et eritis omnes boni. quis tum se mihi non ostendit? quis nunc adest hoc bello? sic enim iam appellandum est.

4 Vibulli res gestae sunt adhuc maximae. id ex Pompei litteris cognosces; in quibus animaduertito illum locum, ubi erit διπλῆ. uidebis de Cn. nostro ipse Vibullius quid existimet. quo igitur haec spectat oratio? ego pro Pompeio lubenter emori possum; facio pluris omnium hominum neminem. sed non † ita non in eo iudic[i]o spem de salute rei publicae. significas enim aliquanto secus, quam solebas, ut etiam Italia, si ille cedat, putes cedendum. quod ego nec rei p. puto esse utile nec liberis meis, praeterea neque rectum neque honestum. sed cur? poterisne igitur uidere

1 non **M***corr.***IA**$^2$**c** *om.* **ΔOP***Rom.* *cfr ad* V 21, 12 e **IA**$^2$**c***Rom.* 3 et infl.] inflammandamque **m***Rom.* 4 urbe **IA**$^2$**c** *om.* **ΔP***Rom.* 5 nunc **A**$^2$**c**, *Pius*: non **ΔOP***Rom.* *om.* **I** *cfr p.* 151, 19 sed] sed in **M**$^1$**bdm** 7 et **IA**$^2$**c***Rom.* *om.* **ΔOP** 8 *post* me *spatium in* **MmO** *codd. Mal.*, *non in* **bdsPZ**$^1$**IA**$^2$**c***Rom.*; καλόν, πρέπον, ἀξίωμα *sim. supplerunt critici* 9 quae] quid **PIA**$^2$**c** *post* est *spatium in* **Mms**, *non in* **bdOPZ**$^1$**I A**$^2$**c***Rom.* dignitas *suppl. Wesenbergius, alii alia* domi] Omui (*sic*) **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ 10 tum **A**$^2$**c***Rom.* tu **ΔO** tamen **PI** 11 iam enim **IA**$^2$ 13 Vibulli] uibi illi **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ (*in textu*) bibuli **M**$^2$(*superscr.*, *del.*)**PI** 15 διπλῆ *uulg.*: diple **ΔOPI***Rom.* ipse **A**$^2$**c** Vibullius] Iubulus **M**$^1$ uibullus **M**$^2$(*in textu*)**b** bibulus **M**$^2$**PI** 18 ita non **ΔO***Rom.* tamen ita **PIA**$^2$**c** sitam *Manutius* ut tu uno *Muellerus Mus. Rhen.* LIII (*a.* 1898) *p.* 126 ita uno *alii* in eo iudico *Manutius*, *uulg.*: meo iudicio (-tio) **ΔOPIA**$^2$**c***Rom.* 20 ut] aut **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ ego *ex* equo **M**$^2$ 22 sed cur] uidetur *Muellerus*

tyrannum? quasi intersit, audiam an uideam, aut locupletior mihi sit quaerendus auctor quam Socrates, qui, cum xxx tyranni essent, pedem porta non extulit. est mihi praeterea praecipua causa manendi; de qua utinam aliquando tecum loquar!

Ego XIII Kal., cum eadem lucerna hanc epistulam scripsissem, qua inflammaram tuam, Formiis ad Pompeium, si de pace ageretur, profectu⟨ru⟩s; si de bello, quid ero?

## III

## CICERO ATTICO SAL.

Maximis et miserrimis rebus perturbatus, cum coram 1
tecum mihi potestas deliberandi non esset, uti tamen tuo consilio uolui. deliberatio autem omnis haec est, si Pompeius Italia excedat, quod eum facturum esse suspicor, quid mihi agendum putes. et quo facilius consilium dare possis, quid in utramque partem mihi in mentem ueniat, explicabo breui.

Cum merita Pompei summa erga salutem meam fami- 2
liaritasque, quae mihi cum eo est, tum ipsa rei p. causa me adducit, ut mihi uel consilium meum cum illius consilio uel fortuna coniungenda esse uideatur. accedit illud:

2 triginta **IA$^{2}$c** 3 tyrannis **M$^{1}$** non *om.* **P** 6 XIIII **A$^{2}$c** 7 qua inflammaram **A$^{2}$c***Rom.* qua in (quam **P**) flammarum **ΔOPI** tua informis **bd** 8 profecturus *Rom., uulg.* profectus **ΔOPI** (*sed* -tis **M$^{1}$**) profecturus eram **A$^{2}$c** profectus *aut* praefectus (*sic Wesenb.*) *codd. Mal.* 8–9 quid ero **ΔO$^{1}$***Rom.* quid erit **O$^{2}$PI** *alterutrum codd. Mal.* uidero **A$^{2}$c** Cura ut ualeas *add.* **OP**, Vale **IA$^{2}$c***Rom.*

EP. III. *Accedit* **E** 12 cum *Victorius*: sum **ΔEOPIA$^{2}$c***Rom.* 13 tecum] te cum **M$^{1}$bdI** deliberandi potestas **m***Rom.* esset **M$^{1}$** est sed **M$^{2}$**(*del.*)**bdmsEO$^{2}$IA$^{2}$c***Rom.* esset sed **O$^{1}$P** uti] ut ita **M$^{1}$**, *corr.* **M$^{2}$** 15 italia excedat **M$^{2}$bdmsEO$^{2}$PIA$^{2}$c***Rom.* italiam accedat **M$^{1}$O$^{1}$** Italia cedat *Victorius, alii* 17 quid] quod **M$^{1}$O$^{1}$** 22 *post* fortuna *add.* mea cum illius fortuna *Klotzius, plerique edd. duce Malaspina* (*qui* cum fortuna *add.*) *om.* **ΔEOPIA$^{2}$c***Rom., Suepfleus et Boeckelius*

si maneo et illum comitatum optimorum et clarissimorum ciuium desero, cadendum est in unius potestatem. qui etsi multis rebus significat se nobis esse amicum — et ut esset a me est, tute scis, propter suspicionem huius impendentis tempestatis multo ante prouisum —, tamen utrumque considerandum est, et quanta fides ei sit habenda et, si maxime exploratum sit eum nobis amicum fore, sitne uiri fortis et boni ciuis esse in ea urbe, in qua cum summis honoribus imperiisque usus sit, res maximas gesserit, sacerdotio sit amplissimo praeditus, non futurus ⟨sit, qui fuerit⟩, subeundumque periculum sit cum aliquo fore dedecore, si quando Pompeius rem p. recuperarit.

3 In hac parte haec sunt; uide nunc, quae sint in altera. nihil actum est a Pompeio nostro sapienter, nihil fortiter; addo etiam, nihil nisi contra consilium auctoritatemque meam. omitto illa uetera, quod istum in rem p. ille aluit, auxit, armauit, ille legibus per uim et contra auspicia ferendis auctor, ille Galliae ulterioris adiunctor, ille gener, ille in ⟨ad⟩optando P. Clodio augur, ille restituendi mei quam retinendi studiosior, ille prouinciae propagator, ille absentis in omnibus adiutor. [f]idem etiam tertio consulatu, postquam esse defensor rei p. coepit, contendit, ut x tribuni pl. ferrent, ut absentis ratio haberetur, quod idem ipse sanxit lege quadam sua, Marcoque Marcello consuli finienti

6 fides ei sit **ΔE***Rom.* sit ei fides **O** ei fides sit **IA$^{2}$c** ei fides (*sequ.* adhibenda) **P** 10 sit qui fuerit *Lehmannus Jahresber. d. phil. Ver.* XIV (*a.* 1888) *p.* 254 *coll.* III 15, 8; *ep.* VII 3, 4; *ad Q. fr.* II 4, 6: sit sui iuris **IA$^{2}$c** *om.* **ΔEOP***codd. Mal.Rom.* sub eundem que **M$^{1}$**, *corr.* **M$^{2}$** 11 fore **MbdmEO$^{1}$PI** forte **sO$^{2}$A$^{2}$c***Rom.* *cfr de or.* II 82, 334 dedecore **sIA$^{2}$c***Rom.* docere **MdmEO$^{1}$**(?) decore **b** dolore **O$^{2}$**(?)**P** 12 recuperauerit **A$^{2}$c** 14 sapienter] saltenter **M$^{1}$**, *corr.* **M$^{2}$** attenter **Z$^{l}$** 15 adde **IA$^{2}$c** nisi **PIA$^{2}$c** ni **MdmEO** non **s***Rom.* tum **b** 17 per uim et **M***corr.* serui mei **M$^{1}$bdmOI***Rom.* Seruii mei **sC** C. Metelli **A$^{2}$c** *om.* **EP** 19 ille *om.* **M$^{1}$**, *add.* **M$^{2}$** adoptando **A$^{2}$c** optando **ΔEOPI***Rom.* 20 prorogator **b**, *unus cod. Mal.* 21 omnibus rebus *Wesenbergius cfr* XI 13, 4; *ad Q. fr.* I 4, 5 idem **M$^{4}$PIA$^{2}$c***Rom.* fidem **M$^{1}$bdmEO** fede **s** 24 Marcoque] M. q; **bdm***Rom.* consule **M$^{1}$**

prouincias Gallias Kalendarum Martiarum die restitit. sed
ut haec omittam, quid foedius, quid perturbatius hoc ab
urbe discessu siue potius turpissima fuga? quae condicio
non accipienda fuit potius quam relinquenda patria? malae
condiciones erant, fateor, sed num quid hoc peius? at 4
recuperabit rem publicam. quando? aut quid ad eam spem
est parati? non ager Picenus amissus? non patefactum iter
ad urbem? non pecunia omnis et publica et priuata ad-
uersario tradita? denique nulla causa, nullae uires, nulla
sedes, quo concurrant, qui rem p. defensam uelint. Apulia
delecta est, inanissima pars Italiae et ab impetu huius belli
remotissima; fuga et maritima opportunitas uisa quaeri
desperatione. inuite cepi Capuam, non quo munus illud
defugerem, sed in ea causa, in qua nullus esset ordinum,
nullus apertus priuatorum dolor, bonorum autem esset ali-
quis, sed hebes, ut solet, et, ut ipse sensissem, multitudo
et infimus quisque propensus in alteram partem, multi
mutationis rerum cupidi, dixi ipsi me nihil suscepturum
sine praesidio et sine pecunia. itaque habui nihil omnino 5
negotii, quod ab initio uidi nihil quaeri praeter fugam.

1 Gallicas **c** kalend'. martiarum *Rom.* k. (*uel* kl'., Cal., *sim.*) mart. (martis, -tii, -tiis) **ΔEOPIA[2]c** die *om.* **IA[2]c** 2 hoc *om.* **M[1]**, *add.* **M[2]** 3 turpissimam que sum fuga **M[1]** turpissima nequissima fuga *coni. Hofmannus* 4 non] non ante **I** 6 recuperauit **M[1]O**, *corr.* **M[2]** recubit **E** 9 tradit **M[1]O**, *corr.* **M[2]** causa] *cfr Muellerus ad l.* nulla uiris **M[1]E** 13 desperationem **M[1]O** inuite **M[2]bdmsEO[2]P IA[2]c***Rom.* inte **O[1]** in te **M[1]** *cfr* inuitius *de or.* II 89, 364 cepit **M[1]E P[1]** coepit **O[1]** non recepi *Lehmannus* *de re cfr* VII 11, 5; 17, 4; VIII, 2, 3; 11 D, 5; 12, 2; *ep.* XVI 11, 3 14 in ea *Lambinus*: sine **ΔEOIA[2]c** *Rom.* ne in **P** 15 erat **A[2]c** 16 sensissem] sensi, esset *Orellius* sensi *Lambinus, Rothsteinius Woch. f. kl. Phil.* IX (*a.* 1892) *p.* 1166, *sed cfr Buechelerus Mus. Rhen.* XIII (*a.* 1858) *p.* 592 (= *Kl. Schr.* I *p.* 131) 17 infimus quisque] infimusque **M[1]** 18 cupidi, dixi *dist. Buechelerus l. l.*: cupidi . dixi (Dixi) **ΔEOPIA[2]c***Rom.* 19 habui **C** habuit **ΔEOP IA[2]c***Rom.* 20 negotii **PIA[2]c***Rom.* negotio**ΔEO** 20—156, 1 fugam eam **M***corr.***msEF***Ant.***IA[2]c***Rom.* fuga mea **M[1]** fugam meam **O** fugam in eum **bd** fugam quo eam **P**

eam si nunc sequor, quonam? cum illo non; ad quem cum essem profectus, cognoui in iis locis esse Caesarem, ut tuto Luceriam uenire non possem. infero mari nobis incerto cursu hieme maxima nauigandum est. age iam, cum fratre an sine eo? cum filio, an quo modo? in utraque enim re summa difficultas erit, summus animi dolor. qui autem illius impetus erit in nos absentes fortunasque nostras? acrior quam in ceterorum, quod putabit fortasse in nobis uiolandis aliquid se habere populare. age iam, has compedes, fasces, inquam, hos laureatos ecferre ex Italia quam molestum est! qui autem locus erit nobis tutus, ut iam placatis utamur fluctibus, ante quam ad illum uenerimus?
6 qua autem aut quo, nihil sciemus. at si restitero et fuerit nobis in hac parte locus, idem fecero, quod in Cinnae dominatione Philippus, quod L. Flaccus, quod Q. Mucius, quoquo modo ea res huic quidem cecidit; qui tamen ita dicere solebat, se id fore uidere, quod factum est, sed malle quam armatum ad patriae moenia accedere. aliter Thrasybulus, et fortasse melius. sed est certa quaedam illa Muci ratio atque sententia, est illa etiam Philippi, et, cum sit necesse, seruire tempori et non amittere tempus, cum sit datum. sed in hoc ipso habent tamen eidem fasces molestiam. sit enim nobis amicus, quod incertum est, sed sit;

1 quonam (quo nam) **MmsIA**$^2$**c***Rom.* quoniam **bdEO** qui **P** 4 hiemem **M**$^1$ 5 sine eo *Hofmannus*: sine et **M***corr.***bdsEOPI** sine **mA**$^2$**c***Rom.* si nec **M**$^1$ an] aut *duo codd. Mal.* 7 illius impetus **EOP** impetus illius **ΔIA**$^2$**c***Rom., uulg.* apsentis *in textu*, al'. absentes *in marg.* **M**$^1$; *ceteri codd. uariant* 8 putabit **PIA**$^2$**c** putauit **ΔEO***Rom.* 10 fascis **M**$^1$ efferre] h(a)ec ferre **ΔEOPIA**$^2$**c***Rom.* 11 nobis erit **OP** 13 sciemus **ΔEOPI**, *Frederkingius Philol.* LVIII (*a.* 1899) *p.* 630 scimus **A**$^2$**c***Rom., uulg. cfr p.* 26, 2 15 dominatione] damnatione **I** dominatione et Marii tyrannide **A**$^2$**c** (*sed* dña- **A**$^2$) L. Philippus *Lambinus* Q.] que **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ 16 cecidit quidem **M**$^1$ 17 fore] fere **A**$^2$**c** est sed] est sed hoc **A**$^2$ sed hoc **c** 18 alter **m***Rom.* 19 fortis se **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ certa **A**$^2$**c***Rom.* certe **ΔEOPIC** 20 Philippi *multis suspectum defendit Frederkingius l. l. p.* 631, *J. D. Duff, 'Journ. of Phil.'* XXXIII (*a.* 1914) *p.* 140 *sq.; cfr etiam Hofm.-Sternk. ad l.*

deferet triumphum. non accipere ne periculosum sit, ⟨accipere⟩ inuidiosum ad bonos. o rem, inquis, difficilem et inexplicabilem! atqui explicanda est. qui⟨d⟩ enim fieri potest? ac ne me existimaris ad manendum esse propensiorem, quod plura in eam partem uerba fecerim, potest fieri, quod fit in multis quaestionibus, ut res uerbosior haec fuerit, illa uerior. quam ob rem, ut maxima de re aequo animo deliberanti, ita mihi des consilium uelim. nauis et in Caieta est parata nobis et Brundisi.

Sed ecce nuntii scribente me haec ipsa noctu in Caleno, 7
ecce litterae Caesarem ad Corfinium, Domitium Corfini cum firmo exercitu et pugnare cupiente. non puto etiam hoc Cn. nostrum commissurum, ut Domitium relinquat; etsi Brundisium Scipionem cum cohortibus duabus praemiserat, legionem Fausto conscriptam in Siciliam sibi placere a consule duci scripserat ad consules. sed turpe Domitium deserere erit implorantem eius auxilium. et quaedam spes, mihi quidem non magna sed in his locis firma, Afranium in Pyrenaeo cum Trebonio pugnasse, pulsum Trebonium, etiam Fabium tuum transisse cum cohortibus; summa autem Afranium cum magnis copiis aduentare. id si est, in Italia fortasse manebitur. ego autem, cum esset incertum iter

1 ne] uereor ne *Wesenb. Em. alt. p.* 112 uide ne *Muellerus* 2 inuidiosum] accipere inuidiosum *Orellius, alii* an accipere inuidiosum **PIA$^2$c** non accipere periculosum est ab hoc, accipere, ne per. sit, inu. ad b. *Lehmannus* (*de* ne *Tusc. disp.* II 5, 14 *conferens*) *cfr* IX 2 A, 1 3 quid **P**, *Klotzius*: qui **ΔEOIA$^2$c***Rom.* 5 in eam partem **sEO$^1$PF***Ant.* in ea parte **M***corr.***bdmIA$^2$c***Rom.* mea in parte **M$^1$** 8 in Caieta] *cfr Mommsenus C. I. L.* X *p.* 603, *Nissenus 'It. Landeskunde'* II *p.* 660 10 calleno **MdmsI***Rom.* 12 cupientem **A$^2$c** 15 a Fausto *Manutius* *cfr* VIII 12 D, 1 (*Pompeius*), *Klotzius Glotta* VI (*a.* 1915) *p.* 216 a **EOPA$^2$c** ac **ΔI***Rom.* consule *Manutius*: consulibus **ΔEOPI***Rom.* Coss. **A$^2$c** *cfr ep. Pompei* VIII 12 A, 3 16 ducis **Δ** 16—17 deserere erit **M$^2$bdmsEPI***Rom.* desererit **O** deserit (s *ex* t *aut* r) **M$^1$** erit deserere **A$^2$c** 17 et] est *uulg.* et est *Lehm.* 19 trebonio **A$^2$c***Rom.* petronio **ΔEOIC** petreio **P** 20 summa **M$^2$mEOP***codd. Mal.***A$^2$c***Rom.* suum **M$^1$bdsI**

Caesaris, quod uel ad Capuam uel ad Luceriam iturus putabatur, Leptam misi ad Pompeium ⟨et⟩ litteras; ipse, ne quo inciderem, reuerti Formias.

Haec te scire uolui scripsique sedatiore animo, quam proxime scripseram, nullum meum iudicium interponens sed exquirens tuum.

## IV

## CICERO ATTICO SAL.

1 Dionysius quidem tuus potius quam noster, cuius ego cum satis cognossem mores, tuo tamen potius stabam iudicio quam meo, ne tui quidem testimonii, quod ei saepe apud me dederas, ueritus superbum se praebuit in fortuna, quam putauit nostram fore; cuius fortunae nos, quantum humano consilio effici poterit, motum ratione quadam gubernabimus. cui qui noster honos, quod obsequium, quae etiam ad ceteros contempti cuiusdam hominis commendatio defuit? ut meum iudicium reprehendi a Q. fratre uulgoque ab omnibus mallem, quam illum non efferrem laudibus, Ciceronesque nostros meo potius labore subdoceri quam me alium magistrum quaerere. ad quem ego quas litteras, dei immortales, miseram! quantum honoris

2 misi ad pompeium **EOP** ad pompeium misi **ΔIA$^2$c***Rom.* et litteras **IA$^2$c** cum litteris **s**, *Muellerus* litteras **MbdmEOP***Rom.* (*sed post* misi **P**) *cfr ad Brut.* IX 22, 1 (= I 14, 1) 6 Cura ut ualeas *add.* **OP**, Vale **IA$^2$c***Rom.*

EP. IV. 11 tui quidem testimonium **P** tuum quidem testimonium **A$^2$c** *cfr Leo ad Plaut. Mil. glor.* 1274, *Haulerus ad Ter. Phorm.* 971 12 ueritus] ueritatem **P** in fortunam **bds***Rom.* 14 motum animi ratione **I** 17 a Q.] atque **M$^1$bd**, *corr.* **M$^2$** 18 efferre **A$^2$c**, *Manutius, alii* efferre me *Wesenb. Em. alt. p.* 112, *Purserus, sed recte confert Muell. in Verr.* II 37, 91; *similiter Plaut. Asin.* 121 *sq.*; *cfr etiam ep.* V 12, 2 malles contexere an seiungeres; *Lucr.* I 701 *sqq.* 20 alium **bdsEO$^1$**(?)**PIA$^2$** alium uis (aliumuis) **M$^1$mO$^2$***Rom.* alium iis **M***corr.*, *uulg.* his alium **c** 21 quas *post* immortales **m***Rom.* quantam *utroque loco Rom.*

significantes, quantum amoris! Dicaearchum mehercule aut
Aristoxenum diceres arcessi, non unum omnium loquacis-
simum et minime aptum ad docendum. sed est memoria 2
bona. me dicet esse meliore. quibus litteris ita respondit,
ut ego nemini, cuius causam non reciperem. semper enim:
si potero, si ante suscepta causa non impediar.
numquam reo cuiquam tam humili, tam sordido, tam no-
centi, tam alieno tam praecise negaui quam hic mihi plane
⟨sine⟩ ulla exceptione praecidit. nihil cognoui ingratius; in
quo uitio nihil mali non inest. sed de hoc nimis multa.

Ego nauem paraui. tuas litteras tamen exspecto, ut 3
sciam, quid respondeant consultationi meae. Sulmone C.
Atium Paelignum aperuisse Antonio portas, cum essent
cohortes quinque, Q. Lucretium inde fugisse scis, Cn. ire
Brundisium, ⟨Domitium⟩ desertum. confecta res est.

## V

## CICERO ATTICO SAL.

Cum ante lucem VIII Kal. litteras ad te de Dionysio 1
dedissem, uesperi ad nos eodem die uenit ipse Dionysius,

1 significationem **M**$^1$(?; *fort.* significanti)**m***Rom.*, *corr.* **M**$^2$ 2 non unum **M**$^2$(*del.*)**m**(*in marg.*)**EOPIA**$^2$**c** hominum **bdm** (*ex* -em **d**; e *superscr. in* **m**) hom̂ʒ **M**$^1$ Noui unum hominem **s** uero unum hominem *Rom.* non unum hominem *alii* 4 decet **IA**$^2$**c** meliorem **EIA**$^2$**c** 7 *cfr de or.* I 52, 226 9 sine ulla **M**$^4$**sA**$^2$**c***Rom.* ulla **M**$^1$**bdm**$^2$**EO** nulla **m**$^1$**PI**

11 nauem **A**$^2$**c** autem **ΔEOPI***Rom.* tuas **A**$^2$**c** duas **ΔEOPI***Rom.*

12 consulationi **M**$^1$ 13 Atium *Lambinus*: attium **Mbdm** actium **sEPI***Rom.* Accium **A**$^2$**c** 14 inde] in die **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ uidi **E** fugisse **M**$^1$**O**$^1$**PC** effugisse **M**$^2$**bdmsEIA**$^2$**c***Rom.* scito *Schmidtius 'Briefwechsel' p.* 145 Cn. (GN., Gn̄.) ire **MEO**$^1$**P** CN. noster **bdmsO**$^2$*Rom.* Quo Cn. noster? **IA**$^2$**c** 15 Domitium *Lipsio auctore add. Wesenb. Em. alt. p.* 113: *om.* **ΔEOPIA**$^2$**cC***Rom.* *cfr p.* 157, 13 deseruit **s***Rom.* Vale *add.* **IA**$^2$**c***Rom.*

EP. V *deest in* **E** 17 *inscr. om.* **M** 18 litteras ad te **mOPF** *Ant.***Z**$^b$*Rom.* ad te litteras **M***corr.***bdsIA**$^2$**c** literas ad te literas **M**$^1$ de Dionysio **Z**$^b$ dionysio **OPF***Ant.* *om.* **ΔIA**$^2$**c***Rom.* 19 eodem die ad nos **IA**$^2$**c** Dionysius *del. Bootius* *cfr Comm. Tull. p.* 160 *sq.*

auctoritate tua permotus, ut suspicor; quid enim putem aliud? etsi solet eum, cum aliquid furiose fecit, paenitere. numquam autem certior fuit quam in hoc negotio. nam, quod ad te non scripseram, postea audiui a tertio miliario tum eum isse

πολλὰ μάτην κεράεσσιν ἐς ἠέρα θυμήναντα·

multa, inquam, mala cum dixisset suo capiti, ut aiunt. sed o meam mansuetudinem! conieceram in fasciculum una cum tua uementem ad illum epistulam. hanc ad me referri uolo nec ullam ob aliam causam Pollicem seruum a pedibus meis Romam misi. eo autem ad te scripsi, ut, si tibi forte reddita esset, mihi curares referendam, ne in illius manus perueniret.

2 Noui si quid esset, scripsissem. pendeo animi exspectatione Corfiniensi, in qua de salute rei p. decernetur. tu fasciculum, qui est M'. Cvrio inscriptus, uelim cures ad

2 eum cum] cum tamen **P** 3 cerritior *Bosius, recc. edd., sed cfr Lehmannus Jahresb. d. phil. Ver.* 24 (*a.* 1898) *p.* 169 4 a] *cfr Muellerus ad l.* 5 isse **ΔOPIA**$^2$**c***Rom.* ipse **Z**$^b$ 6 *Graeca ut supra* **Z**$^{b(1)}$ μαθεῖν **bd**$^1$**A**$^2$**c***Rom.* ΚΑΕΡΕCCIH **Mm** ΚΑΕΡΕΤΙΝ **P** *om.* **bdA**$^2$**c***Rom.* ЄCHЄPAЄΥΛΛЄΙΗΑΗΤΑ **M** ЄCHЄ ΡΑθυμειν δῆτα **m** ЄCIЄPAΘHMЄINANTA **P** ῥαθυμεῖν δῆτα **M***corr.***bdA**$^2$**c***Rom.* (*sed* καὶ *ante* ῥαθ. *add.* **A**$^2$**c***Rom.*) *Graeca om.* (*spat. rel.*) **s** *adscr.* multa temere pigrescere utique **M***corr.***dm** *unde h. u. sumpserit ignoratur cfr Cat.* 64, 111 7 capiti *Rom.* capite **ΔOPIA**$^2$**c** 8 sed o meam **Z**$^b$ sed meam **sP** sed in eam **MbdmI** sede in eam **O** sed mea (*sequ.* mansuetudine) **A**$^2$**c** *Rom.* 9 uementem *Lachmannus ad Lucr.* II 1024: uenientem **ΔOPI A**$^2$**c***Rom.* 11 meis] meum *Victorius cfr or. pro Dei.* 1, 2 14 exspectatione] *cfr ad Brut.* IX 2, 2 (= II 2, 2); *ep.* VIII 8, 4 (*Caelius*); *Eran.* X (*a.* 1910) *p.* 145 *sq.*; exspectatur *ad Att.* IV 16, 7, *de quo cfr Sternkopfius Herm.* XL (*a.* 1905) *p.* 19 15 decernetur **bdmsP***Rom.* decernitur **M**$^2$**IA**$^2$**c** decerneret **M**$^1$ 16 tu **A**$^2$**c***Rom.* ut **ΔOPI** M. Curio inscriptus **C** *praenomen correxit Manutius* de marco curioni scriptus **ΔOPI** (*sed* M. **bdms**, -one **sO**$^1$(?)**P**) de marco curio inscriptus **M***corr.***Z**$^b$ (*ut uid., nam de* inscriptus *tacet Bosius*) M. Decurioni scriptum *Rom.* M. Decurioni descriptus **A**$^2$**c** *de datiuo cfr* M. Lucretio flam. Martis decurioni Pompei⟨s⟩ *in epistula in pariete Pompeiana picta, C. I. L.* IV 879

eum perferendum Tironemque Curio commendes et, ut det ei, si quid opus erit in sumptum, roges.

## VI

## CICERO ATTICO SAL.

Obsignata iam ista epistula, quam de nocte daturus eram, sicut dedi — nam eam uesperi scripseram —, C. Sosius praetor in Formianum uenit ad M'. Lepidum, uicinum nostrum, cuius quaestor fuit. Pompei litterarum ad consules exemplum attulit: 1

*Pompeius*

Litterae mihi a L. Domitio a. d. XIII Kal. Mart. allatae sunt. earum exemplum infra scripsi. nunc, ut ego non scribam, tua sponte te intellegere scio, quanti rei p. in⟨tersit⟩ omnis copias in unum locum primo quoque tempore conuenire. tu, si tibi uidebitur, dabis operam quam primum ad nos uenias, praesidii Capuae, quantum constitueritis satis esse, relinquas. 2

Deinde supposuit exemplum epistulae Domiti, quod ego ad te pridie miseram. di immortales, qui me horror perfudit! quam sum sollicitus, quidnam futurum sit! hoc 3

1 et ut det ei *Bootius*: ut ut peti **Mm** ut peti **bdsOPI***Rom.* ut ei **A**$^2$**c** 2 Vale *add.* **IA**$^2$**c***Rom.*

EP. VI *deest in* **E** 5 obsignata iam ista epistola **P** obsignata iam epistola ista **O**$^1$ (*sed* ista *del.*) obsignatam ista epistola **M**$^1$ obsignata iam epistola (-ula) **M**$^2$**bdmsO**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.* quam *om.* **bd** 7 praetor **I** Præ. **A**$^2$ præt. **c** P.R. (p.r., pr.) **ΔP***Rom.* M'.] M. **ΔOPIA**$^2$**c***Rom.* *cfr* VII 12, 4 8 quoius **Mdms** 9 *post* attulit *add.* Cicero Attico s(alutem) **bds** 10 XIII *Corradus*: VIII **ΔOPIA**$^2$**c***Rom.* *cfr* VIII 11 D, 3; 12 D, 1 12 scribam *Corradus*: sciebam **ΔOPIA**$^2$**c***Rom.* tua sponte te **C** sua sponte **ΔOPI***Rom.* mea sponte **A**$^2$**c** *post* intellegere *spatium in* **MO** intersit *Victorius*: in **M**$^1$**bdOP** sit **mA**$^2$**c***Rom.* interest **M**$^4$ *om.* **sI** 13 omnes **bdP** 14 tu] sed tu **M**$^1$ quam **ΔO**$^2$**IA**$^2$*Rom.* ut quam **O**$^1$**Pc** *cfr ep.* X 21, 6 (*Plancus*), *Varr. r. r.* I 13, 7 15 constitueritis **MmOP***Rom.* constitueris **bdsIA**$^2$**c** 15—16 esse satis **IA**$^2$**c** 16 relinquas. Vale **IA**$^2$**c** 17 Deinde] *noua ep.* **MbdOP**

11 *Sjögren.*

tamen spero, magnum nomen imperatoris fore, magnum in aduentu terrorem. spero etiam, quoniam adhuc nihil nobis obfuit † nihil mutasset nec tegentia hoc quod cum
4 fortiter et diligenter, tum etiam mehercule. modo enim audiui quartanam a te discessisse. moriar, si magis gauderem, si id mihi accidisset. Piliae dic non esse aequum
5 eam diutius habere nec id esse uestrae concordiae. Tironem nostrum ab altera relictum audio. sed eum uideo in sumptum ab aliis mutuatum; ego autem Curium nostrum, si quid opus esset, rogaram. malo Tironis uerecundiam in culpa esse quam inliberalitatem Curi.

## VII

## CICERO ATTICO SAL.

1 Unum etiam restat amico nostro ad omne dedecus, ut Domitio non subueniat. at nemo dubitat, quin subsidio uenturus sit. ego non puto. deseret igitur talem ciuem et eos, ⟨quos⟩ una scis ⟨es⟩se, cum habeat praesertim xx ipse

1 *ut supra* **ΔOIA**$^2$c*Rom.* spero magnum imperatoris fore in aduentu terrorem **P** 2 quoniam . . . audiui *ut supra* **ΔOPZ**$^1$**IA**$^2$c*Rom.*, *sed* immutasset **P**, imitasset **Z**$^1$, mutasse **A**$^2$c *ad hanc formam* obfuit timiditas et neclegentia, hoc . . . mehercule ⟨bonis copiis suscipiatur, bene euenturum. De te quoque mehercule;⟩ modo . . . *scriptum fuisse coni. Madu. Adu. crit.* III *p.* 178, *ubi* timiditas (*uel, ut aliis placet,* leuitas) et neglegentia *probabilia, cetera incerta* 3 cum] tum **IA**$^2$c *om.* **Z**$^1$ 4 hercule **Z**$^1$ enim] etiam **IA**$^2$c, *corr.* **C** autem *Rom.* 5 a **OPA**$^2$c*Rom.* in **ΔI** 7 uestrae *in marg.*, nostrae *in textu* **A**$^2$ 8 altera] *cfr* VII 2, 2 10 uerecundia **Mbdm**$^2$ in culpam **Mbdm**$^2$(?)**I** 11 in liberalitatem **MbI** in libertatem **m** Vale *add.* **A**$^2$c*Rom.*

EP. VII. *Accedit* **E** 15 Domitio] domitor **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$c$^s$ presidio **m**$^1$ 16 futurus **s** ciuem] cui est **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ 17 eos, quos una scis esse, cum habeat *Victorius* eos quos una] eos una **ΔOPI** eos una est **E** eos una quos **A**$^2$c*Rom.* scis esse cum habeat] scisse secum habeat **ΔEOPI** is secum habeat **A**$^2$c*Rom.* scis secum habere **C**

XX *scripsi Strena phil. Ups.* (*a.* 1922) *p.* 170: ex **Md**$^1$**mEPOIA**$^2$c*Rom.* et **bd**$^2$**s** is *uel* et *priores* *cfr* VIII 12 A 1 *et* 2 ipsius **P** ipso **O**$^2$**IA**$^2$c*Rom.*

cohortis, xxx Domitius? nisi me omnia fallunt, deser⟨et⟩.
incredibiliter pertimuit; nihil spectat nisi fugam. cui tu
— uideo enim quid sentias — me comitem putas debere
esse. ego uero quem fugiam habeo, quem sequar non 2
habeo. quod enim tu meum laudas et memorandum dicis,
malle quod dixerim me cum Pompeio uinci quam cum istis
uincere, ego uero malo, sed cum illo Pompeio, qui tum
erat aut qui mihi esse uidebatur; cum hoc uero, qui ante
fugit, quam scit aut quem fugiat aut quo, qui nostra tradi-
dit, qui patriam reliquit, Italiam relinquit, si malui, contigit:
uictus sum. quod superest, nec ista uidere possum, quae
numquam timui ne uiderem, nec mehercule istum, propter
quem mihi non modo meis sed memet ipso carendum est.
Ad Philotimum scripsi de uiatico, siue a Moneta — 3
nemo enim soluit — siue ab Oppiis, tuis contubernalibus.
cetera apposita tibi mandabo.

## VIII

## CICERO ATTICO SAL.

O rem turpem et ea re miseram! sic enim sentio, id 1
demum aut potius id solum esse miserum, quod turpe sit.
aluerat Caesarem; eundem repente timere coeperat, condi-
cionem pacis nullam probarat, nihil ad bellum pararat,

1 cohortis **MbdmEOPI***Rom.* cohortes **s** cohorteis **A**$^2$**c** xxx **bsE OP** triginta **MdmIA**$^2$**c***Rom.* Domitius **ΔEOPIA**$^2$**c***Rom.* *om. uulg.* fallunt **A**$^2$**c***Rom.* fallant **ΔEOPI** deseret **M***corr.*(*del.*) deser **M**$^1$ **O**$^1$(?) de se **M**$^2$**bdmsEO**$^2$**PIA**$^2$**c***Rom.* (*scil. ad sequentia relatum*) 2 cui tu **M**$^4$**EOPIA**$^2$**c***Rom.* quoi tu **M***corr.***ms** quo itu **M** *om.* (*spat. rel.*) **bd**

4 *Quint. I. O.* VI 3, 109 Attico scripsit (*sc.* Cicero) de Pompeio et Caesare: h a b e o q u e m f u g i a m, q u e m s e q u a r n o n h a b e o; VIII 5, 18

5 meum] mecum **sP***Rom.* consilium *ante* laudas *add.* **PIA**$^2$**c** 9 sciat quem **IA**$^2$**c** 10 Italiam deseruit si **IA**$^2$**c** contigit tunc uictus **PIA**$^2$**c** 11 quid **IA**$^2$**c** 13 meomet (meo met) **M**$^1$**EO**$^1$**P** 16 apposita **ΔO**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.* (*sed* opp- **b**) posita **EO**$^1$**P** Vale *add.* **IA**$^2$**c***Rom.*

EP. VIII *deest in* **E** 20 aut] uti **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ 22 pararat **sPIA**$^2$**c***Rom.* parat **MbdmO**

urbem reliquerat, Picenum amiserat culpa, in Apuliam se compegerat, ibat in Graeciam, omnes nos ἀπροσφωνήτους,
2 expertes sui tanti, tam inusitati consilii relinquebat. ecce subito litterae Domiti ad illum, ipsius ad consules. fulsisse mihi uidebatur τὸ καλὸν ad oculos eius et exclamasse ille uir, qui esse debuit,

πρὸς ταῦθ' ὅ τι χρὴ καὶ παλαμάσθων,
καὶ πάντ' ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθων·
τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ.

at ille tibi πολλὰ χαίρειν τῷ καλῷ dicens pergit Brundisium. Domitium autem aiunt re audita et eos, qui una essent, se tradidisse. o rem lugubrem! itaque intercludor dolore, quo ⟨minus⟩ ad te plura scribam. tuas litteras exspecto.

## IX

### CICERO ATTICO SAL.

1 Epistulam meam quod peruulgatam scribis esse, non fero moleste, quin etiam ipse multis dedi describendam. ea enim et acciderunt iam et impendent, ut testatum esse uelim, de pace quid senserim. cum autem ad eam hortarer,

1 miserat **M**$^1$, a- *add.* **M**$^2$ culpa] *cfr* XI 9, 1; *Liu.* III 2, 11 2 ἀπροσφωνήτους **C** ἀπροσφώνητος **Δ** ΑΠΟCΦΡΟΝΗΤωC **P** ἀπροσηγορήτους **A**$^2$**c***Rom.* *adscr.* sine salutatione **M***corr.***ds** 3 experti **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ expertis **P** tanti ac tam **IA**$^2$**c** 5 *adscr.* honestum **M***corr.***ds** 7 ταῦθ' *Victorius*: ΑΙΥΘ **Mm** ΑΡΙΤ **P** πρὸς ταῦθ' ὅτι] τι **M***corr.***bds** ποιείσδων ὅτι **A**$^2$**c** ποιεισθονονεστωτι *Rom.* 8 καὶ πάντ' ἐπ] ΚΑΙΠΑΝΤΕΝ **P** ΚΛΠΑΗΤΕΗ **M**$^1$ δῆτ' ἐν ἐμοὶ **M***corr.***bdmsA**$^2$**c***Rom.* (*sed* ἐμοὶ καὶ **A**$^2$**c**, εμοικαν *Rom.*) *adscr.* quid opus est honestum enim mecum **M***corr.***ds** (*sed* est et hon- **ds**) *Aristoph. Acharn.* 659 *sqq.*, *Trag. Graec. fragm. p.* 657 *sq. Nauck*$^2$ 10 at ille tibi] at ille **IA**$^2$ *om.* **m** *Rom.* *adscr.* plurimum gaudere honestati **M***corr.***ds** 11 se *post* trad. **I** *om.* **A**$^2$ 12 tradisse **M** o rem] eo **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ 13 minus *add. Bosius*: *om.* **ΔOPIA**$^2$**c***Rom.*, *sed* non *ante* scribam *add.* **P**, *post* scribam *add.* non habeo **IA**$^2$**c** cura ut ualeas *add.* **P**, Vale **IA**$^2$**c***Rom.*

EP XI. *Accedit* **E** 15 *inscr. om.* **M** 16 esse scribis **m**$^1$**E***Rom.* 18 ea] meam **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ 19 ad ea **bd**

eum praesertim hominem, non uidebar ullo modo facilius moturus, quam si id, quod eum hortarer, conuenire eius sapientiae dicerem. eam si admirabilem dixi, quo eum ad salutem patriae hortabar, non sum ueritus, ne uiderer adsentari, cui tali in re lubenter me ad pedes abiecissem. qua autem est aliquid impertias temporis, non est de pace, sed de me ipso et de meo officio ut aliquid cogitet. nam quod testificor me expertem belli fuisse, etsi id re perspectum est, tamen eo scripsi, quo in suadendo plus auctoritatis haberem; eodemque pertinet, quod causam eius probo.

Sed quid haec nunc? utinam aliquid profectum esset! 2
ne ego istas litteras in contione recitari uelim, si quidem ille ipse ad eundem scribens in publico proposuit epistulam illam, in qua est pro tuis rebus gestis amplissimis — amplioribusne quam suis, quam Africani? ita tempus ferebat —, si quidem etiam uos duo tales ad v miliarium, quo[d] nunc ipsum unde se recipienti, quid agenti, quid acturo? quanto autem ferocius ille causae suae confidet, cum uos, cum uestri similes non modo frequentes sed laeto uultu gratulantes uiderit? num igitur peccamus? minime uos quidem; sed tamen signa conturbantur, quibus

2 id quod] quod id quod **M**$^1$ id ad quod **A**$^2$**c** 3 quo eum] quem **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ cum eum *aut* quoniam eum *recc. edd., fort. recte* *u.* Χάριτες *F. Leo dargebr. p.* 290 5 cui] qui **M**$^1$**I** 6 qua] quod *Wesenb. Em. alt. p.* 113 impartias **bdms** non ut de **A**$^2$**c** 8 fuisset **M**$^1$ (-t *del.*) et si (etsi) **EOPIA**$^2$**c***Rom.* si **Δ** re]uere **E** 13 ne **EOPIA**$^2$**c** nec **Δ***Rom.* 14 proposui **M**$^1$**EP** 15 pro tuis] potius **M**$^1$ *cfr* VII 26, 2 16 amplioribus nequam **M**$^1$ *superscr.* ue quam **M**$^2$ (*sic* **bdsPIA**$^2$**c***Rom.*, *sed* quam *om.* **P**) 17 duos **sIA**$^2$**c** quintum **IA**$^2$**c**, *uulg.* 18 quo nunc *Wesenb. l. l.*: quod nunc **C** quod ad nunc **ΔEOPI** quid ad hunc **A**$^2$**c***Rom.* (*sed* quod *Rom.*) quid n. i. de se *Bootius, alii* 19 acturo] *cfr Schmalzius 'Berl. phil. Woch.'* XXXI (*a.* 1911) *p.* 351 20 similis . . . frequentis . . . gratulantis *plerique codd.* 21 laeto]taeto **M**$^1$ *adscr. in marg.* al' leto **M**$^1$; *superscr.* tecto **M**$^2$**cs** (*del.*) tacito **P** toto **Z**$^b$ peccauimus **A**$^2$**c***Rom.*

uoluntas a simulatione distingui posset. quae uero S. C. uideo? sed apertius, quam proposueram.

3 Ego Arpini uolo esse pr. Kal., deinde circum uillulas nostras errare, quas uisurum me postea desperaui.

## IX a

## ⟨CICERO ATTICO SAL.⟩

1 (3) Εὐγενῆ tua consilia et tamen pro temporibus non incauta mihi ualde probantur. Lepido quidem — nam fere συνδιημερεύομεν, quod gratissimum illi est — numquam placuit ex Italia exire, Tullo multo minus. crebro enim illius litterae ab aliis ad nos commeant. sed me illorum sententiae minus mouebant; minus multa dederant illi rei p. pignora. tua mehercule auctoritas uehementer mouet; adfert enim et reliqui temporis recuperandi rationem et praesentis tuendi. sed, obsecro te, quid hoc miserius quam alterum plausus in foedissima causa quaerere, alterum offensiones in optima? alterum existimari conseruatorem inimicorum, alterum desertorem amicorum? et mehercule, quamuis amemus Cn. nostrum, ut et facimus et debemus, tamen hoc, quod talibus uiris non subuenit, laudare non possum. nam siue timuit, quid ignauius? siue, ut quidam

1 potest **bs** S. C. **ΔEOA²c***Rom.* senatus consulta **I**, *uulg.* S. c. consulto **P** 3 ergo **IA²** pridie **sA²c** pr. (p. r., P. R.) *rell., sed* p. k. **E**, praetor **I** Kal. **P** Cal. **A²c** *om.* **ΔEO***Rom.* (*spat. rel. in* **M**) 4 *a* Deinde *quasi noua epistula* (*sed om. inscr.*) **M** nostra seruire **M¹**, *corr.* **M²**

EP. IX a. *Nouam epistulam fecit Bardtius 'Festschrift zu O. Hirschfelds 60. Geb. Tage' p. 11 sqq.* *cum superiore coniungunt* **ΔEOPIA²c***Rom., priores edd.* 7 *adscr.* nobilia **M***corr.***ds** 9 CYNAIHAIEPEYOMEN **MP** (*sed* -HMEP- **P**) *adscr.* simul consumimus diem **M***corr.***ds** 10 exire tullo **M***corr.***EOPC** exiret ullo **M¹** exire tullio **ms***Rom.* exire ullo **bd** exire ullo modo **IA²c** minus **EO¹PC** (minus mouebant *in marg. add.* **O²**) minus . mouebant minus (*ex u.* 12) **Δ***Rom.* minus mouebant minae **IA²c** 11 me illorum **IA²c** meliorum **ΔEO***Rom.* illorum **P** 14 rationem recuperandi **bds** 16—17 alterum autem offensiones **A²c** 17 assensiones **s** 21 quidem **M¹**, *corr.* **M²**

putant, meliorem suam causam illorum caede fore putauit, quid iniustius? sed haec omittamus; augemus enim dolorem retractando.

vi Kal. uesperi Balbus minor ad me uenit occulta uia (4) 2
currens ad Lentulum consulem missu Caesaris cum litteris, cum mandatis, cum promissione prouinciae, Romam ut redeat. cui persuaderi posse non arbitror, nisi erit conuentus. idem aiebat nihil malle Caesarem, quam ut Pompeium adsequeretur — id credo — et rediret in gratiam: id non credo et metuo, ne omnis haec clementia ad unam illam crudelitatem colligatur. Balbus quidem maior ad me scribit nihil malle Caesarem quam principe Pompeio sine metu uiuere. tu, puto, haec credis. sed cum haec scribebam v Kal., Pompeius iam Brundisium uenisse poterat; expeditus enim antecesserat legiones xi Luceria. sed hoc τέρας horribili uigilantia, celeritate, diligentia est. plane quid futurum sit nescio.

## X

## CICERO ATTICO SAL.

Dionysius cum ad me praeter opinionem meam uenisset, locutus sum cum eo liberalissime; tempora exposui,

1 cedem **M$^1$OI** 4—5 occulta uia currens *Manutius* (accurrens *Orellius*): occultauit occurrens **ΔEOPIA$^2$c***Rom.* *cfr* IX 2, 3; 3, 1 5 iussu **PIA$^2$c** 7 cui] qui **Mbdm** quoi **s** 8 eidem **M$^1$bd** alebat **M$^1$**, *corr.* **M$^2$** malle] male **EOP** mali **M$^1$**, *corr.* **M$^2$** minus malle **I** 9 et] ut **IA$^2$c** 10 et] id **M$^1$**, *corr.* **M$^2$** unam] Cinneam (*coll. ep.* I 9, 11) *Tyrr.-Purs.* Cinnanam *uel* Sullanam *alii, sed cfr Ed. Meyerus 'Caesars Monarchie'$^3$ p.* 297 11 crudelitatem **EO$^1$PA$^2$c***Rom.* credulitatem **ΔO$^2$I** cuidem **M$^1$**, *corr.* **M$^2$** 12 scripsit **E** male **M$^1$EOP**, *corr.* **M$^2$** principem **M$^1$**, *corr.* **M$^2$** 13 haec credis. sed] et credidisset **M$^1$**, *corr.* **M$^2$** 14 poterat uenisse **IA$^2$c** 15 Kal. *post* XI *add. Orellius, uulg., sed cfr* V 20, 2; XV 4, 1 16 TEPAC *etiam* **E** *om.* **b** *adscr.* mo(n)strum **M***corr.***dms** est. plane quid *uulg.*: est plena. quid **M$^1$OP** enim plena quid **E** est plenum. quid **M$^2$bdmsIA$^2$c***Rom.* 17 Vale *add.* **IA$^2$c***Rom.*

EP. X. 20 Dionysius . . . posset *p.* 168, 5 *desunt in* **E** 21 liberatissime **M$^1$m**

rogaui ut diceret, quid haberet in animo; me nihil ab ipso inuito contendere. respondit se, quod in nummis haberet, nescire quo loci esset; alios non soluere, aliorum diem nondum esse. dixit etiam alia quaedam de seruulis suis, qua re nobiscum esse non posset. morem gessi; dimisi a me, ut magistrum Ciceronum non lubenter, ut hominem ingratum non inuitus. uolui te scire, et quid ego de eius facto iudicarem.

## XI

### CICERO ATTICO SAL.

1 Quod me magno animi motu perturbatum putas, sum equidem, sed non tam magno quam tibi fortasse uideor. leuatur enim omnis cura, cum aut constitit consilium aut cogitando nihil explicatur. lamentari autem licet, illud tamen totos dies; sed uereor ne, nihil cum proficiam, etiam dedecori sim studiis ac litteris nostris. consumo igitur omne tempus considerans, quanta uis sit illius uiri, quem nostris satis diligenter, ut tibi quidem uidemur, expressimus. tenesne igitur, moderatorem illum rei p. quo referre uelimus

1 ab eo ipso **O$^1$P** 2 quod **OPA$^2$c** quot **ΔI***Rom.* in nummis **ΔOPZ$^1$A$^2$c***Rom.* nummo **I** 3 non]mõ **O$^2$***Rom.* soluere **PIA$^2$c** solueret **ΔO(O$^2$?)***Rom.* 4 esse] uenire **A$^2$c**, *corr.* **C** etiam **ΔO$^1$PC***Rom.* enim **O$^2$IA$^2$c** 5 morem ei gessi **P** morem . . . inuitus **E** *cetera desunt* a] ad **M$^1$O$^1$** 7 uolui te **M***corr.***sO$^2$IA$^2$c***Rom.* soluite **M$^1$m** solute **bd** docui **P** et *om.* **A$^2$c**, *nonnulli editores; cfr Comm. Tull. p.* 115, *Muellerus ad l.* 8 Vale *add.* **IA$^2$c***Rom.*

EP. XI. *Accedit* **E** 11 me] ego **M$^1$** 13 constitit **ΔEO$^2$P***Rom.* consistit **IA$^2$c** constent **O$^1$**(?]**C** consilium **M$^2$bdmsEO$^2$PIA$^2$c***Rom.* consilia **M$^1$O$^1$**(?)**C** aut] ut **M$^1$O$^2$**(?), *corr.* **M$^2$** 14 lamentari]tamen lari **M$^1$** *post* licet *distinguitur in* **MdIA$^2$c***Rom.* tamen] autem **I** quidem *Bootius, Maduigius Adu. crit.* II *p.* 236 15 sed *om. nonnulli codd. Mal.* 16 dedecori sim **m***Rom.* dedecoris in **M$^1$OP** dedecori sim. In (*uel* sim in) **M$^2$bdsEIA$^2$c** igitur *om.* **IA$^2$c** 17 nostris **M$^1$EO$^1$P** nostris libris **M$^2$bdmsO$^2$IA$^2$c***Rom., uulg; cfr Comm. Tull. p.* 166 18 uiderem **E** 19 uelimus **M***corr.***O$^2$** (*ut uid.*) uolumus **msEP***codd. Mal.* **IA$^2$c***Rom.* uolemus **bd** uelimus *nunc* **M**, *sed* -i- *ex corr.; super* -i- *aliquid scriptum, post erasum*

omnia? nam sic quinto, ut opinor, in libro loquitur Scipio: ut enim gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori uictoria, sic huic moderatori rei publicae beata ciuium uita proposita est, ut opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, uirtute honesta sit. huius enim operis maximi inter homines atque optimi illum esse perfectorem uolo. hoc 2
Cn. noster cum antea numquam tum in hac causa minime cogitauit. dominatio quaesita ab utroque est, non id actum, beata et honesta ciuitas ut esset. nec uero ille urbem reliquit, quod eam tueri non posset, nec Italiam, quod ea pelleretur, sed hoc a primo cogitauit, omnes terras, omnia maria mouere, reges barbaros incitare, gentes feras in Italiam armatas adducere, exercitus conficere maximos. genus illud Sullani regni iam pridem appetitur, multis, qui una sunt, cupientibus. an censes nihil inter eos conuenire, nullam pactionem fieri potuisse? hodie potest. sed neutri σκοπὸς est ille, ut nos beati simus; uterque regnare uult.

Haec a te inuitatus breuiter exposui. uoluisti enim me, 3
quid de his malis sentirem, ostendere. προθεσπίζω igitur, noster Attice, non ⟨h⟩ariolans, ut illa, cui nemo credidit, sed coniectura prospiciens:

iamque mari[a] magno ....

1 V **m***Rom.* *de re p.* V 6, 8 3 sic huic *om.* **bds** 6—7 maximum ... optimum **P** 7 profectorem **P** effectorem **A**²**c**, *corr.* **C** 8 minime] maxime **m** 10 ut *ante* beata **c** 12—13 omnis ... gentis **M** 13 excitare **P** feras] exteras **P** in italiam armatas **EOP** armatas in italiam **ΔIA**²**c***Rom.*, *uulg.* 16 an] an tu **OP** conuenirent ullam **M**¹, *corr.* **M**² 17 CKOΠOC *etiam* **E** *adscr.* intentio l' finis **M**¹ *et* **M***corr.*, finis l'intentio **m**, intentio **d**, mentio **s** 18 beati simus **M**²**msIA**²**c***Rom.* beatissimus **M**¹**bdEOP** 20 ΠPOЄCΠI-ZωI **M** ΠPSЄΠIȜωI **E** ΠPΘЄCΠIXωI **P** *adscr.* diuino **M***corr.***ds** igitur *om.* **m***Rom.* 21 ariolas **M**¹**E** ariolans *rell.* ut illa *uulg.*: utilia **ΔEOPIA**²**c***Rom.* *de Cassandra agitur* cui nemo] conuenio **M**¹, *corr.* **M**² 23 *Enn. Scen.* 65 *Vahl., Trag. Rom. fragm. p.* 24 *Ribb.*³ maria **ΔEOPI***Rom.* maiora **A**²**c**

non multo, inquam, secus possum uaticinari; tanta malorum impendet Ἰλιάς. atque hoc nostra grauior est causa, qui domi sumus, quam illorum, qui una transierunt, quod illi 4 [qui] alterum metuunt, nos utrumque. cur igitur, inquis, remansimus? uel tibi paruimus uel non occurrimus uel hoc fuit rectius. conculcari, inquam, miseram Italiam uidebis proxima aestate † aut utriusque in mancipiis ex omni genere collectis, nec tam iptio pertimescenda[m] quae Luceriae multis sermonibus denuntiata est igitur quam uniuersam interitus †: tantas in confligendo utriusque uires uideo futuras. habes coniecturam meam. tu autem consolationis fortasse aliquid exspectasti. nihil inuenio, nihil fieri potest miserius, nihil perditius, nihil foedius.

5 Quod quaeris, quid Caesar ad me, scripsit, quod saepe, gratissimum sibi esse, quod quierim, oratque in eo

1 non multo $M^1$**bdEOP** tumultu $M^2$**ms***Rom.* tumultu. non multo **I**$A^2$**c** uatiginari $M^1$ maiorum **E** 2 IΛIac *etiam* **E** tempestas (*sequ. spat.*) **I** 3 transierunt] terra si erunt $M^1$, *corr.* $M^2$ 4 qui *del. Buechelerus Mus. Rhen.* XIII (*a.* 1858) *p.* 589 (= *Kl. Schr.* I *p.* 129) *ut ex u.* 3 *adscitum; cfr p.* 171, 15 quidem $A^2$**c***Rom.*, *alii* metuunt $A^2$**c***Rom.* manuunt **MmEO** maniuit (*uel sim.*) **bd** inaniunt **s** malunt **I** *om.* (*spat. rel.*) **P** nos utrumque $A^2$**c***Rom.* nostrumque **ΔO** urm'que (*i. e.* uestrumque) **E** neutrumque **I** *om.* **P** 7 aut] q aut $M^1$, q *del.* **M***corr.* ab $A^2$**c***Rom.* in *om.* $A^2$**c***Rom.* 8 iptio **ΔEOI** emptio $Z^b$ ipse **P** irruptio $A^2$**c***Rom.* singulis est proscriptio *Buechelerus l. l. p.* 592 (131) pertimescenda $A^2$**c***Rom.* pertimescendam **ΔEOI** pertimescebam **P** 9 est igitur **ΔEOPI** est $A^2$**c***Rom.* esse dicitur *Gronouius, uulg.* uniuersam **ΔEOPI** uniuersae $A^2$**c***Rom.* uniuersae rei p. *Buechelerus l. l.* 7—10 aestate aut alterius aut utriusque immanibus copiis ex ... nec tam direptio pertimescenda, quae ... denuntiata esse dicitur, quam uniuersae interitus *Maduigius Adu. crit.* III *p.* 179 *alii aliter* 10 tantas] tam **I** confligendo *Victorius*: obligendo **ΔEOPI** obligando $A^2$**c***Rom.* uires] ut res $M^1$, *corr.* $M^2$ 11 habe **Mbds** coniecturas meas **E** consolationes $M^1O^1$ consiliationis **m** 12 aliquid (*post del*) fortasse (*ex* -ssis) aliquid **M** 14 Quid queris? quid **bd** Quid queris . aliud **P** scripsit **ΔEOPI** scripserit $A^2$**c***Rom.* scripserit, (*sc.* scripsit) *uulg.* scripserit, scripsit *coni. Purserus, sed cfr p.* 171, 11; *ep.* XI 21, 3; XVI 18, 1: 21, 7; *malim* quid C. ad me (*sc.* scripserit), scripsit, quod *eqs.*; *cfr* X 12, 3; *ep.* I 9, 23; *ad Q. fr.* I 3, 1; *Eran.* XIX (*a.* 1919—20) *p.* 135 15 quod quie rimor atque $M^1$, *corr.* $M^2$

ut perseuerem. Balbus minor haec eadem mandata. iter autem erat eius ad Lentulum consulem cum litteris Caesaris praemiorumque promissis, si Romam reuertisset. uerum cum habeo rationem dierum, ante puto tramissurum, quam potuerit conueniri.

Epistularum Pompei duarum, quas ad me misit, negle- 6 gentiam meamque in rescribendo diligentiam uolui tibi notam esse. earum exempla ad te misi.

Caesaris hic per Apuliam ad Brundisium cursus quid 7 efficiat, exspecto. utinam aliquid simile Parthicis rebus! simul aliquid audiero, scribam ad te. tu ad me uelim bonorum sermones. Romae frequentes esse dicuntur. scio equidem te in publicum non prodire, sed tamen audire te multa necesse est. memini librum tibi adferri a Demetrio Magnete ad te missum περὶ ὁμονοίας. eum mihi uelim mittas. uides, quam causam mediter.

## A

## CN. POMPEIVS PROCOS. S. D. M. CICERONI IMP.

Q. Fabius ad me uenit a. d. IIII Id. Februarias. is nuntiat *Pompeius* L. Domitium cum suis cohortibus XII et cum cohortibus

1 minor] iunior **m***Rom.* mandata dat **IA**$^2$**c** 2 erat eius **EOP** eius erat **ΔIA**$^2$**c***Rom.* 3 promissis **M**$^2$**bsO**$^2$**PIA**$^2$**c***Rom.* .P. R. omissis **M**$^1$**E** pr. omissis **m** pro omissis **d** uerum] ueni **M**$^1$ 4 habeo] ab eo **M**$^1$**P** tramissurum **M**$^2$**mE** transmissurum **sOIA**$^2$**c***Rom.* transmissum **P** remissurum **M***corr.***bd** irremissurum **M**$^1$ 11 simul] simul atque **sA**$^2$**c***Rom.* *post* uelim *distinguunt* **MbdmPIA**$^2$**c***Rom.* 12 sermones qui rome **s** 14 necis est **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ tibi librum **IA**$^2$**c** 15 magnete **sA**$^2$**c***Rom.* magnite **mEOI** magni te **Mbd** magni thc **P** mis(s)um **EO**$^1$**P** missum scio **ΔO**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.* (*fort. ex uersu* 12, *cfr supra p.* 170, 4) ΠЄΡΙΟaΙΟΝΟΙaC **E** *adscr.* de concordia **M***corr.* **ds** eum] enim **M**$^1$**bds** uellem **MbdE** 16 Cura ut ualeas *add.* **P**, Vale **IA**$^2$**c**

EP. XI A *deest in* **E** *Inscriptionem* CICERO.ATTICO.SAL(UTEM) *habent* **M**$^1$**O** (*item epp.* B *et* C) *sed del.* **M** *corr.* (*item* B *et* C) *ueram inscriptionem tamquam epistulae partem exhibent* **MOP***Rom.* *inscr. om.* **I** POM(PEIVS) **ΔOPA**$^2$**c** MAGNVS **Z**$^b$(?) *codd. Mal., alii* Pompeius Magnus *Rom.* salutem dicit *Rom.* S. D. *om. sed* S. *post* IMP. *add.* **A**$^2$**c**

*Pompeius* XIIII, quas Vibullius adduxit, ad me iter habere; habuisse in animo proficisci Corfinio a. d. v Idus Febr., C. Hirrum cum v cohortibus subsequi. censeo ad nos Luceriam uenias; nam te hic tutissime puto fore.

## B

## M. CICERO IMP. S. D. CN. MAGNO PROCOS.

1 A. d. xv Kal. Mart. Formiis accepi tuas litteras, ex quibus ea, quae in agro Piceno gesta erant, cognoui commodiora esse multo, quam ut erat nobis nuntiatum, Vibullique uirtutem industriamque libenter agnoui.

Nos adhuc in ea ora, ubi praepositi sumus, ita fuimus, ut nauem paratam haberemus. ea enim audiebamus et ea uerebamur, ut, quodcumque tu consilium [per]cepisses, id nobis persequendum putaremus. nunc quoniam auctoritate et consilio tuo in spe firmiore sumus, si teneri posse putas Tarracinam ⟨et⟩ oram maritimam, in ea manebo, etsi praesidia in oppidis nulla sunt. nemo enim nostri ordinis in his locis est praeter M. Eppium, quem ego Minturnis esse

M.] marco **MsO** M. T. **A**$^2$**c** M. Tul. *Rom.* CICERO. **sA**$^2$ *p.* 171, 20 XII *Wesenbergius* (*coll.* 12 A, 1 *et* 3): XI **ΔOPIA**$^2$**c***Rom.* *uerba* cum *et p.* 172, 1 quas *et* habere *om.* **M**$^1$, *add.* **M**$^2$
1 iubullius **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ uibullus **b** 2 a. d.] & ad **IA**$^2$**c** hirrun **M** hircium **PIA**$^2$**c**, *corr.* **C** hyrium (*ut uid.*) **O** 4 Vale *add.* **A**$^2$**c***Rom.* EP. XI B. *Accedit* **E** 6 *inscriptionem* CICERO ATTICO SAL'. *ante ueram* **M**$^1$**O** *del.* **M***corr.* Cicero proconsul .s. d. GN. Imperatori **P** M. T. CICERO (C. **A**$^2$) CN. POM. PROCONS. S. **A**$^2$**c** M. Tul. Cicero Imperator Cn. Pompeio Magno Procoss. S. p. d. *Rom.* 7 formis **Mdms EO**$^2$ 9—10 Iubullique **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ bibulique **P** 10 uirtutem et industriam que (*sed* et *expunctum*) **M** uirtutem et industriam **mO***Rom.* 11 oro **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ ubi] *cfr Muellerus ad l.* 13 cepisses *Baiterus*: percepisses **ΔEOPA**$^2$**c***Rom.* (*fort. propter* persequendum) praecepisses **I**, *alii* 15 tenerit **M**$^1$ putas posse **M**$^1$**OP** (-em **M**$^1$), *transp.* **M***corr.* 16 et **IA**$^2$**c** *om.* **ΔEOP***Rom.*, *Lehmannus Quaest. Tull. p.* 25 *cfr p.* 149, 2 in eam **M**$^1$ 18 eppium **M** (*fort. ex corr.*) oppium **bdmsEOP IA**$^2$**c***Rom.* *cfr ep.* VIII 8, 5; *bell. Afr.* 89, 5 minturnis **bdsEPIA**$^2$**c** menturnis **MmO***Rom.*

uolui, uigilantem hominem et industrium. nam L. Torquatum, uirum fortem et cum auctoritate, Formiis non habemus; ad te profectum arbitramur.

Ego omnino, ut tibi proxime placuerat, Capuam ueni 2
eo ipso die, quo tu Teano Sidicino es profectus. uolueras enim me cum M. Considio pro praetore illa negotia tueri. cum eo uenissem, uidi T. Ampium dilectum habere diligentissime, ab eo accipere Libonem, summa item diligentia et in illa colonia auctoritate. fui Capuae, quoad consules. iterum, ut erat ⟨e⟩dictum a consulibus, ueni Capuam ad Non. Februarias. cum fuissem triduum, recepi me Formias.

Nunc quod tuum consilium aut quae ratio belli sit, 3
ignoro. si tenendam hanc oram putas, quae et opportunitatem et dignitatem habet et ciues egregios et, ut arbitror, teneri potest, opus est esse, qui praesit; sin omnia unum in locum contrahenda sunt, non dubito, quin ad te statim ueniam, quo mihi nihil optatius est, idque tecum, quo die ab urbe discessimus, locutus sum. ego, si cui adhuc uideor segnior fuisse, dum ne tibi uidear, non laboro, et tamen, si, ut uideo, bellum gerendum est, confido me omnibus facile satis facturum.

M. Tullium, meum necessarium, ad te misi, cui tu, si 4
tibi uideretur, ad me litteras dares.

1 nam *om.* **M**$^1$**I**, *add.* **M**$^2$ 4 tibi proxime **EOP** proxime tibi **ΔIA**$^2$**c***Rom.*, *uulg.* 5 teanos **M**$^1$ 6 pro praetore **IA**$^2$**c** pro P. R. **M** pro · pr · **dm** propr. **bs***Rom.* ,p. p.r. **E** pro. R. P. **O** pro popl'o ro. **P** 7 uidi T. Ampium *Victorius*: uidit amplum **M**$^1$ uidi amplum *rell.* 8 item diligentia **ΔEO**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.* (dilli- **M**$^1$**E**) intelligentia **M**$^2$**c**$^s$ (*del.*)**O**$^1$(?)**P** 10 iterum] uerum **bds** edictum *Lambinus*: dictum **ΔEO PIA**$^2$**c***Rom.* 13 tenebam **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ horam **M**$^1$ putas *om.* **P** et **M***corr.***m**$^2$**sEO**$^2$**P***Rom.* est **M**$^1$**bdm**$^1$**O**$^1$ *om.* **IA**$^2$**c** 14 ciues egregios **EOP** egregios ciues **ΔIA**$^2$**c***Rom.*, *uulg.* 15 praesit **M**$^2$**bdmsO**$^2$**IA**$^2$**c** *Rom.* praeest **M**$^1$**EO**$^1$(?)**P** sin **O**$^1$(?)**PIA**$^2$**c** in̦ **MO** (*sed fort. rasura ante* in **O**) *om.* **M***corr.***bdmsEO**$^2$*Rom.* unum in **EP** in unum **M**$^2$**bdmsOIA**$^2$**c** *Rom.* unum **M**$^1$ 17 mihi *om.* **bd** esset **bd** quo die] quod te **M**$^1$**EP**, *corr.* **M**$^2$ 18 cui] qui **M**$^1$ al'cui (*in marg.*) **M**$^1$ 19 ne] non **E** uidear **EP***Rom.* uideor **ΔOIA**$^2$**c** 20 facile *om.* **O**$^2$**I** 21 *post* facturum *spatium in* **Md** 23 Vale *add.* **A**$^2$**c***Rom.*

## C

## CN. MAGNUS PROCOS. S. D. M. CICERONI IMP.

*Pompeius* S. u. b. Tuas litteras libenter legi. recognoui enim tuam pristinam uirtutem etiam in salute communi. consules ad eum exercitum, quem in Apulia habui, uenerunt. magno opere te hortor pro tuo singulari perpetuoque studio in rem p., ut te ad nos conferas, ut communi consilio rei p. adflictae opem atque auxilium feramus. censeo uia Appia iter facias et celeriter Brundisium uenias.

## D

## M. CICERO IMP. S. D. CN. MAGNO PROCOS.

1 Cum ad te litteras misissem, quae tibi Canusi redditae sunt, suspicionem nullam habebam te rei p. causa mare transiturum eramque in spe magna fore ut in Italia possemus aut concordiam constituere, qua mihi nihil utilius uidebatur, aut rem p. summa cum dignitate defendere. interim nondum meis litteris ad te perlatis ex iis mandatis, quae D. Laelio ad consules dederas, certior tui consilii factus non exspectaui, dum mihi a te litterae redderentur, confestimque cum Q. fratre et cum liberis nostris iter ad te

EP. XI C *deest in* **E** 2 *de inscr.* **M**$^1$**O** *u. supra ad p.* 171, 18 D.] p. **M**$^1$ d. **M**$^2$ CN. POM. PROCONS. M. T. CICERONI IMPE. S. **A**$^2$**c** (*sed* CICERO. **A**$^2$) Cn. Pompeius Magnus Procoss. M. Tul. Ciceroni Impera. S. p. d. *Rom.* 3 S. u. b. *Lambinus* (*sed* b. e.): Sub **M**$^1$**O**$^1$ *om.* **M***corr.***bdmsO**$^2$**PIA**$^2$**c***Rom.* 8 atque] utque **c** consilium **IA**$^2$**c** 9 Cura ut ualeas *add.* **IA**$^2$**c**

EP. XI D. *Accedit* **E** 11 M. T. CICERO. CN. POM(P). PROCONS. S. **A**$^2$**c** *inscr. ut ep.* XI B *Rom.* Gneo magno proconsuli **P** 12 cum *om.* **M**$^1$, *add.* **M**$^2$ misissem] dedissem **bs** dedissem misissem **P** *de plusquamperfecto cfr Muellerus ad l., Maduigius ad* II *de fin.* 16, 54 cannusii **M** 14 in spem magnam **M**$^1$ ut] uti **M**$^1$**m***Rom.* in italiam **M**$^1$**P** 15 quam **M** 18 D. Laelio *Corradus*: dialio **ΔOIA**$^2$**c** *Rom.* de alio **P** dialię **E** 19 factum **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$**c**$^3$ ad te **E** 20 confestim **M**$^1$**bdO**$^1$ cum Q. **M***corr.***bdmsO**$^2$**A**$^2$**c***Rom.* cum Quinto **I** cum que (*per comp.*) **M**$^1$ cum **EO**$^1$**P**

in Apuliam facere coepi. cum Teanum Sidicinum uenissem, 2
C. Messius, familiaris tuus, mihi dixit aliique complures Caesarem iter habere Capuam et eo ipso die mansurum esse Aeserniae. sane sum commotus, quod, si ita esset, non modo iter meum interclusum sed me ipsum plane exceptum putabam. itaque tum Cales processi, ut ibi potissimum consisterem, dum certum nobis ab Aesernia de eo, quod audieram, referretur.

At mihi, cum Calibus essem, adfertur litterarum tuarum 3
exemplum, quas tu ad Lentulum consulem misisses. hae scriptae sic erant, litteras tibi a L. Domitio a. d. XIII Kal. Mart. allatas esse, earumque exemplum subscripseras, magnique interesse rei p. scripseras omnes copias primo quoque tempore in unum locum conuenire et ut praesidio quod satis esset Capuae relinqueret. his ego litteris lectis in eadem opinione fui, qua reliqui omnes, te cum omnibus copiis ad Corfinium esse uenturum; quo mihi, cum Caesar ad oppidum castra haberet, tutum iter esse non arbitrabar.

Cum res in summa exspectatione esset, utrumque simul audiuimus, et quae Corfini acta essent et te iter Brundisium facere coepisse; cumque nec mihi nec fratri meo dubium esset, quin Brundisium contenderemus, a multis,

2 Messius *Manutius*: missius **ΔEOPIA**$^{2}$**c***Rom.* mihi dixit **C** mihi **MbdEOP** *om.* **msIA**$^{2}$**c***Rom.* aleque **M**$^{1}$ complures **ΔEOPIC** complures attulerunt **A**$^{2}$**c***Rom.* 3 Capuam nunciauit et **I** 4 Aeserni(a)e **EOc** Eserni(a)e (es-) *rell.*, *sed* -mie **I**, asserunt **P**; (*u.* 7 Aes- **c**) *uerba* quod . . . putabam *affert Nonius p.* 293, 37 *M.* si ita esset] si est *Non.* 6 ceptum **M**$^{1}$ captum **M**$^{2}$(*del.*)**m**, ex- *add.* **M**$^{2}$ putabat *Non.* 7 considerem **E** ab esermia **I** ab (*sequ. spat.*) **P** 9 at **M** *corr.* **bdmsIA**$^{2}$**c***Rom.* ac **M**$^{1}$(*ut uid.*)**EOP** tuarum] tuarum in **M**$^{1}$ *om.* **IA**$^{2}$**c** 10 misisses he *corr. ex* -isse seu he **M**$^{1}$ 11 litere **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{2}$ a L.] alutio **E** 13 scripseras *multis odiosum sed cfr* II 5, 3; III 23, 1; *ep.* XIV 2, 1 omnis **MO** 14 ut] id **b** praesidio **MdmsEOC** *Rom.* praesidii **PIA**$^{2}$**c** praesidium **b** *cfr* VIII 6, 2 15 quod] quo **M**$^{1}$**EO**$^{1}$ (*ut uid.*), *corr.* **M**$^{2}$ esse **M**$^{1}$ ego *om.* **bds** 16 qua reliqui] quare hi qui **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{2}$ 17 ad] et **E** Corfinium] corint(h)um **M**$^{1}$**E**, *corr.* **M**$^{2}$ quo] quod **bd** 20 simul] scimus **M**$^{1}$, *corr.* **M**$^{2}$ audiuimus **EOP***Rom.* audimus **ΔIA**$^{2}$**c** acta sunt essent *media uoce deleta* **M**

qui e Samnio Apuliaque ueniebant, admoniti sumus, ut caueremus, ne exciperemur a Caesare, quod is in eadem loca, quae nos petebamus, profectus celerius etiam, quam nos possemus, eo, quo intenderat, uenturus esset. quod cum ita esset, nec mihi nec fratri meo nec cuiquam amicorum placuit committere, ut temeritas nostra non solum nobis sed etiam rei p. noceret, cum praesertim non dubitaremus, quin, si etiam tutum nobis iter fuisset, te tamen iam consequi non possemus.

4 Interim accepimus tuas litteras Canusio a. d. x Kal. Mart. datas, quibus nos hortaris, ut celerius Brundisium ueniamus. quas cum accepissemus a. d. III Kal. Mart., non dubitabamus, quin tu iam Brundisium peruenisses, nobisque iter illud omnino interclusum uidebamus neque minus nos esse captos, quam qui Corfini fuissent. neque enim eos solos arbitrabamur capi, qui in armatorum manus incidissent, sed eos nihilo minus, qui regionibus exclusi intra praesidia atque intra arma aliena uenissent.

5 Quod cum ita sit, maxime uellem primum semper tecum fuisse; quod quidem tibi ostenderam, cum a me Capuam reiciebam. quod feci non uitandi oneris causa, sed quod uidebam teneri illam urbem sine exercitu non posse; accidere autem mihi nolebam, quod doleo uiris fortissimis accidisse. quoniam autem tecum ut essem non

1 admoniti . . . a Caesare *adfert Nonius p.* 293, 39 *M.* 2 exciperemus **M**$^1$**b**, *corr.* **M**$^2$**c**$^s$ quod is] qui is **bd** 4 intenderet **I**, *uulg. cfr Eran.* XVI (*a.* 1916) *p.* 7, *Lebretonius Études p.* 365 *sqq.* quod] quo **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ 8 nobis tutum **m***Rom.* iam *om.* **M**$^1$**P**, *add.* **M**$^2$ 10 interim **C** inde prim **E** inde primas (*sequ.* cepimus) **O**$^1$**P** inde primo (*sequ.* acce-) **ΔO**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.* 11 celeriter **bd** 12 perueniamus **P** (*fort. ex u.* 13) 14 uidebamus **M**$^2$**bdmsEO**$^2$*Rom.* uidebatur **O**$^1$(?)**P IA**$^2$**c** uidebatur in iis **M**$^1$ 15 esse **bsEO**$^1$(?)**PIA**$^2$**c** isse **MdmO**$^2$*Rom.* corfini(i) **ΔEOPC***Rom.* corfinium **IA**$^2$**c** fuissent **C** uenissent **ΔEOPIA**$^2$**c***Rom.* 16 arbitramur **M**$^1$**PI**, *corr.* **M**$^2$ qui in] quin **M**$^1$ 17 expulsi **s** 18 atque] ad que **M**$^1$ 19—20 tecum semper **IA**$^2$**c** fuisse **M***corr.***bdmsEPA**$^2$**c***Rom.* fuissem **M**$^1$**OI**, *uulg. cfr* II 2, 2; IV 16, 9; *ep.* V 20, 5 20 a **M**$^1$**EOPA**$^2$**c***Rom.* *om.* **M***corr.***bdmsI** 24 quoniam] quando **m***Rom.* ut essem] esse **s**

contigit, utinam tui consilii certior factus essem! nam suspicione adsequi non potui, quod omnia prius arbitratus sum fore, quam ut haec rei p. causa in Italia non posset duce te consistere. neque uero nunc consilium tuum reprehendo sed fortunam rei p. lugeo, nec, si ego, quid tu secutus sis, non perspicio, idcirco minus existimo te nihil nisi summa ratione fecisse.

6 Mea quae semper fuerit sententia, primum de pace uel iniqua condicione retinenda, deinde de urbe — nam de Italia quidem nihil mihi umquam ostenderas —, meminisse te arbitror. sed mihi non sumo, ut meum consilium ualere debuerit; secutus sum tuum, neque id rei p. causa, de qua desperaui, quae et nunc adflicta est nec excitari sine ciuili perniciosissimo bello potest, sed te quaerebam, tecum esse cupiebam, neque eius rei facultatem, si qua erit, praetermittam.

7 Ego me in hac omni causa facile intellegebam pugnandi cupidis hominibus non satis facere. primum enim prae me tuli me nihil malle quam pacem, non quin eadem timerem, quae illi, sed ea bello ciuili leuiora ducebam. deinde suscepto bello, cum pacis condiciones ad te adferri a teque ad ea honorifice et large responderi uiderem, duxi meam rationem; quam tibi facile me probaturum pro tuo in me beneficio arbitrabar. memineram me esse unum, qui pro

4 tuum *om.* **m***Rom.* 5 fortunam **ΔEOPC***Rom.* formam **IA**$^2$**c** 6 secutus sis **EOP** sis secutus **ΔIA**$^2$**c***Rom., uulg.* 7 ratione] cum ratione **O**$^1$**P** ratione in **M**$^1$ 8 mea que **OP** meaque *rell.* fuerat **EP** 9 uel iniqua] uelim qua **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ 11 consilium *om.* **P** alere **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$**c**$^8$ ualuere **E** 12 qua *om.* **bd** 13 quae] quale **M** 15 qua] que **M**$^1$ 19 premet uti **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ qui **M**$^1$**P**, -n *add.* **M**$^2$ 20 eo bello ciuile mora **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ 21 deinde **C** inde **ΔEOPIA**$^2$**c***Rom.* suspecto **E** 22 a teque (a te que) **M**$^1$**EO**$^1$**P** atque **M**$^2$**bdmsO**$^2$**IA**$^2$**c***Rom.* ea] eas *Corradus cfr Comm. Tull. p.* 167 large **M**$^4$, *ut uid.* tarde **M**$^2$**bdmsOPIA**$^2$**c***Rom.* targe **E** *quae prima littera fuerit in* **M** — *nam* arge *uix dubium* — *non liquet* duxi meam] duxi meam tecum **IA**$^2$**c** (*sed* dixi **A**$^2$**c**) 23 me facille **E** 24 qui pro . . . esse unum *p.* 178, 2 *om.* **E**

12 *Sjögren.*

meis maximis in rem p. meritis supplicia miserrima et crudelissima pertulissem, me esse unum, qui, si offendissem eius animum, cui tum, cum iam in armis essemus, consulatus tamen alter et triumphus amplissimus deferebatur, subicerer eisdem proeliis, ut mea persona semper ad improborum ciuium impetus aliquid uideretur habere populare. neque haec non ego prius sum suspicatus, quam mihi palam denuntiata sunt, neque ea tam pertimui, si subeunda essent, quam declinanda putaui, si honeste uitare possem.
8 quam breuem illius temporis, dum in spe pax fuit, rationem nostram uides, reliqui facultatem res ademit. iis autem, quibus non satis facio, facile respondeo. neque enim ego amicior C. Caesari umquam fui quam illi neque illi amiciores rei p. quam ego. hoc inter me et illos interest, quod, cum et illi ciues optimi sint et ego ab ista laude non absim, ego condicionibus, quod idem te intellexeram uelle, illi armis disceptari maluerunt. quae quoniam ratio uicit, perficiam profecto, ut neque res p. ciuis a me animum neque tu amici desideres.

2 offendisse **M**$^1$**E** 3 tum] tu **M**$^1$**bdO** *del.* **M**$^4$ 4 altissimus **E** 5 subiicerer **M**$^4$(?)**IA**$^2$**c***Rom.* subicerem **sP** subi(i)cere **M**$^1$**bdmE**(?)**O** procellis *Maduigius Adu. crit.* II *p.* 236, *alii, sed apte conferunt* I 16, 1, *ep.* IX 11, 2 *Suepfleus et Boeckelius* 7 neque *Muellerus Philol.* XIX (*a.* 1863) *p.* 326, *Maduigius l. l.*: atque **ΔEOPIA**$^2$**c***Rom.* haec ut ego **E** ego haec non **bds** 10 quam *del. Wesenbergius, Maduigius l. l. ut ex u.* 9 *adscitum* 11 res] spes **P** 12 facite **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ enim *om.* **M**$^1$, *add.* **M**$^2$ 13 amicicior (-citi-) **M**$^1$*al'*.**bdP** amiciciores **P** amicitiores **O** 15 ciues et optimi **A**$^2$**c** absum **M**$^1$**P** 16 te intellexeram **MEOPIA**$^2$**c** intellexeram te **bdms***Rom.* 17 uicit **M**$^4$ misit **ΔEOP** insit **I** omissa est **A**$^2$**c***Rom.* 18 cuius **M**$^1$ 19 Vale *add.* **A**$^2$**c***Rom.*

## XII

## CICERO ATTICO SAL.

Mihi molestior ⟨lippitudo⟩ erat etiam quam ante fuerat; 1 dictare tamen hanc epistulam malui quam Gallo Fadio, amantissimo utriusque nostrum, nihil ad te litterarum dare. nam pridie quidem, quoquo modo potueram, scripseram ipse eas litteras, quarum uaticinationem falsam esse cupio. huius autem epistulae non solum ea causa est, ut ne quis a me dies intermittatur, quin dem ad te litteras, sed etiam haec iustior, ut a te impetrarem, ut sumeres aliquid temporis, quo, quia tibi perexiguo tempore opus est, explicari mihi tuum consilium plane uolo, ut penitus intellegam.

Omnia sunt integra nobis; nihil praetermissum est, quod 2 non habeat sapientem excusationem, non modo probabilem. nam certe neque tum peccaui, cum imperatam iam Capuam, non solum ignauiae dedecus sed etiam perfidiae suspicionem fugiens, accipere nolui, neque cum post condiciones pacis per L. Caesarem et Fabatum allatas caui, ne animum eius offenderem, cui Pompeius iam armatus armato consulatum triumphumque deferret. nec uero haec extrema quis- 3 quam potest iure reprehendere, quod mare non transierim.

EP. XII. 3 *Verba* mihi ... nam *u.* 6 *desunt in* **E** molestius **I** lippitudo **A**$^2$c*Rom.* *om.* **ΔOPI** 4 quam *om.* **P** Fadio *Orellius*: Fabio (fa-) **ΔOPIA**$^2$c*Rom.* 8 ea] mea **M**$^1$ 10 hec *ex* hoc **M***corr.* impetrarem] *cfr Lebretonius 'Études' p.* 248 11 quo quia tibi **M**$^2$**bdmsEIA**$^2$c*Rom.* quo tibi quia **O**$^2$**P** quod tibi et quia **M**$^1$**O**$^1$ (*ut uid.*) tempore *om.* **sA**$^2$**c**, *alii, fort. recte* quo tibi quidem perexiguo opus est; explicari enim mihi *Maduigius Adu. crit.* III *p.* 180 15 imperatam **M**$^1$**OPCZ**$^{bl}$ impatam **E***Rom.* imparatam **M**$^2$**bdmsIA**$^2$c *cfr* VIII 3, 4; Χάριτες *F. Leo dargebr. p.* 292 *sqq.* *de* per *et* par *confusis cfr* VI 1, 17 parte, VII 15, 3 imparati 16 dedecus *Orellius*: delectus **msA**$^2$c*Rom.*, *quod fort. teneri potest* deiectus **M**$^1$**bdEOPI** delictum **M**$^4$ (*ut uid.*), *Corradus cfr* Χάριτες *l. l.* 17 cum] tum **m***Rom.* 18 per L.] spere **M**$^1$, *sed* s- *et* -e *del.*, L. *adscr.* **M***corr.* al' sperate **M**$^1$ (*in marg.*) al' sprete **M**$^2$, *quae post deleta sunt* L. (*om.* per) **O**$^1$**P** L. *post* et *add. Wesenb.* Fabatum **M**$^1$**Z**$^l$ fabium **M**$^2$**bdmsEOPIA**$^2$c*Rom.* 21 non *om.* c *cfr ad* V 21, 12

id enim, etsi erat deliberationis, tamen obire non potui. neque enim suspicari debui, cum praesertim ex ipsius Pompei litteris, idem quod te uideo existimasse, non dubitarim, quin is Domitio subuenturus esset, et plane, quid rectum et quid faciendum mihi esset, diutius cogitare malui.

4 Primum igitur, haec qualia tibi esse uideantur, etsi significata sunt a te, tamen accuratius mihi perscribas uelim, deinde aliquid etiam in posterum prospicias fingasque, quem me esse deceat et ubi me plurimum prodesse rei p. sentias, ecquae pacifica persona desideretur, an in bellatore sint omnia.

5 Atque ego, qui omnia officio metior, recordor tamen tua consilia; quibus si paruissem, tristitiam illorum temporum non subissem. memini, quid mihi tum suaseris per Theophanem, per Culleonem, idque saepe ingemiscens sum recordatus. qua re nunc saltem ad illos calculos reuertamur, quos tum abiecimus, ut non solum gloriosis consiliis utamur sed etiam paulo salubribus. sed nihil praescribo; accu-
6 rate uelim perscribas tuam ad me sententiam. uolo etiam exquiras, quam diligentissime poteris — habebis autem, per quos possis —, quid Lentulus noster, quid Domitius agat, quid acturus sit, quem ad modum nunc se gerant, num quem accusent, num cui suscenseant — quid dico, num cui?

1 deliberationis] *cfr ep.* IX 6, 2; *Tyrr.-Purs. ad l., Lehmannus Quaest. Tull. p.* 133 2 cum praesertim **EOPc** praesertim cum **ΔIA**$^2$*Rom., uulg.* 3 quod idem (*sic Faërnus*) *aut* id quod *alii* te uideo **EOPIA**$^2$**c** uideo te **Δ***Rom., uulg.* 4 rectum] responderem **P** 5 et *om.* **bd** mihi] m *uel* in **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ diutius *om.* **M**$^1$, *add.* **M**$^2$ 6 etsi] etsi saepius **IA**$^2$**c** 7 significata sint **m***Rom.* sunt significata **c** 8 etiam imposterum **Md** 10 sentias] sententia est **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ ecquae **IA**$^2$**c** et qu(a)e **M**$^2$**bdmsOP***Rom.* eque **E** que **M**$^1$ 14–15 suaseris s pertheo panem **M**$^1$ 15 per] et per **bds** *om.* **A**$^2$**c** ingemis censuum **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ 16 calculos *corr. ex* cauculos **M** 18 etiam] in **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ salubribus **ΔEOP***codd. Mal.***Z**$^1$**I***Rom., Malaspina coll. Ter. Heaut.* 205 salubrioribus **A**$^2$**c**, *uulg.* perscribo **MbdmEI** 22 sit] est **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ 23 cui] qui *utroque loco* **M**$^1$, *corr.* **M**$^2$ succenseat **MbdEO** quid **P** quod **ΔEOIA**$^2$**c***Rom.* num cui] nunquem uel cui **P** num cui, id est **IA**$^2$**c**

num Pompeio. omnino culpam omnem Pompeius in Domitium confert, quod ipsius litteris cognosci potest, quarum exemplum ad te misi. haec igitur uidebis; et, quod ante ad te scripsi, Demetri Magnetis librum, quem ad te misit de concordia, uelim mihi mittas.

## A

## CN. MAGNVS PROCOS. S. D. C. MARCELLO L. LENTVLO COSS.

Ego, quod existimabam dispersos nos neque rei p. 1 *Pompeiu*
utiles neque nobis praesidio esse posse, idcirco ad L. Domitium litteras misi, primum ut ipse cum omni copia ad nos ueniret; si de se dubitaret, ut cohortes xviiii, quae ex Piceno ad me iter habebant, ad nos mitteret. quod ueritus sum, factum est, ut Domitius implicaretur, ut neque ipse satis firmus esset ad castra facienda, quod meas xviiii et suas xii cohortes in tribus oppidis distributas haberet — nam partim Albae, partim Sulmone collocauit — neque ⟨se⟩, si uellet, expedire posset.

Nunc scitote me esse in summa sollicitudine. nam et 2
tot et tales uiros periculo obsidionis liberare cupio neque subsidio ire possum, quod his duabus legionibus non puto

